tur:nec vnq̄ in lapidibus scribi debent nisi ad hoc aliqua vrgens causa prefuerit que in leuitico nullatenus fuit:quoniam si ad solam memoriam leuiticus in lapidibus sculpendus erat: hoc non requirebat:quoniam in pergameno aut alīs scriptus ad memoriam posterorum profuisset: ⁊ non solum ad quantācunq̄ memoriam: sed etiam ad memoriam eternam. Sic enīz patet de libro deuteronomij qō deus voluit conseruari ad memoriam eternam filiorum israel reconditum in arca federis ⁊ manu moysi scriptum:ille tamen non in lapidibus sed in communi materia librorum descriptus est.sic habetur Deuteronomij.31.cum dicitur. postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atq̄ complenit precepit leuitis qui portabant arcam federis dicens:tollite librum istum ⁊ ponite eum in latere arce federis vt sit ibi ⁊tra te in testimoniū. ¶Itē non debebat leuiticus describi in lapidibus etiam si maneret in testimonium contra posteros:quoniam deuteronomius moysi non solum in memoriam:sed magis in testimoniū contra israelitas positus est.cum dicatur Deuteronomij.31.ponite eum in latere arce federis vt sit ibi in testimonium contra te.nō tamen scriptum fuit in lapidibus sed in materia communi librorum. ¶Item si diceremus leuiticum in tabulis debere scribi ⁊ ille tabule lapidee in arca reconderentur vt maneret in testimoniū q̄ deus dedisset legem israelitis non erat hoc necessariuz:quoniam satis erat duas lapideas tabulas decalogi manere in arca in testimonium:nec magis probaret legem a deo datam fuisse leuiticus scriptus in tabulis ⁊ in arca reconditus:q̄ si solus decalogus in tabulis ibi repositus esset. ¶Item fundamentalis ratio huius dubitationis est:quoniam dato q̄ vellemus leuiticum in lapideis tabulis scribi debuisse vt maneret in testimonium q̄ deus iudeis legem illam dedisset:tñ hoc non conueniebat quia iudei ex illo solum conuinci debebāt qō ipsi susceperant:sed non susceperunt a deo imediate leges leuitici:sed moyses eas populo recitauit: semper ergo negare possent se a deo istas recepisse.solum igitur illud in lapidibus in testimonium contra israelitas manere debebat qō ipsi a deo immediate susceperūt.⁊ ista fuit fundamētalis cā quare in duab⁹ tabulis lapideis quas deus tradidit moysi solus decalogus preceptorum scriptus erat:quoniam solum decem precepta populus audiuit a deo in monte synai in voce tube.oīa autem alia moyses a deo recepit ⁊ populo recitauit.nullū igit alioz in tabulis lapideis scribi debuit in testimoniū ꝺ israelitas:⁊ sic de leuitico est.

2.rō.

3.rō.

4.rō.

¶An omnia hec precepta leuitici deus simul dixerit moysi vel interpollate. Questio.6.

Alterius autem circa litteram istam queriē cuz hic dicatur deum locutū fuisse moysi precepta que in hoc leuitico continebātur:an omnia ista simul dixerit vel interpollate:ita vt nunc daret vnum preceptum:deinde vero alterum. ¶Huic autem respondendum est q̄ non omnia verba huius leuitici deus moysi simul dixit:quoniaz nec etiā omnia dixit. Sunt enim aliqua in hoc leuitico que deus non dixit: sed moyses quia hystoriographus erat ille retulit.sicut patet de consecratione sacerdotum quam moyses refert fuisse factam quomodo sacerdotes ministrauerint patet infra.8.et.9.cap̄.refert etiam quomodo nadab ⁊ abiu offerentes ignem alienum a domino combusti sunt.de quo infra.10.ca. Refert etiam de filio dominis egyptij qui blasphemauit nomē domini ⁊ lapidatus est.hoc autem manifestuz est deum non dixisse:sed moysen tanq̄ hystoriographum conscripsisse.nō igitur dixit deus omnia verba leuitici. ¶Cum aūt queritur de his que in leuitico sunt nullam concernentia hystoriam:sed pure preceptiua an deus illa dixerit simul.Aliquis respondebit q̄ non omnia simul dicta sunt sed interpollate.ita q̄ aliquando daret vnum preceptum.deinde vero alterum.hoc autem conabitur probare:quia frequenter in hoc leuitico dicitur.locutus est dñs ad moysen.ergo tot locutiones fuerunt quotiens dicitur.locutus est dominus ad moysen.als enim superflue dictum videretur totiens locutus est dominus ⁊c. Adhuc autem respondendum est q̄ ex littera libri huius non apparet sufficienter an omnia hec precepta simul vel in diuersis tēporibus data sint. ¶Satis tamen rationabiliter dici potest ea non simul sed interpollate fuisse tradita quia deus simul moysen tot preceptis non oneraret. Si tamē aliquis dicat pertinaciter oia hec simul data fore non multum insisto.illa tamen ratio qua dicebatur ideo hec interpollate data fuisse patere quia sepe dicitur.locutus est dominus ad moysen.non tenet:quia non ideo replicatur illa oratio vt appareat multas fuisse locutiones dei: sed vt illud ponatur tanq̄ caput ⁊ principium alicuius materie. ⁊ ideo quandocunq̄ moyses scribit hic precepta que pertinent ad eandem materiam ponit ea sub vno capite ⁊ cōtextu.cuz vero transit ad scribendum precepta pertinentia ad aliam materiam ⁊ personam incipit tanq̄ ab alio capite:⁊ dicit iterum.locutus est dominus ad moysen.non igitur conuenienter ex hoc arguitur pluribus vicibus deum moysi locutum:quia pluries illa clausula.ſ.locutus est apponatur. ¶Queret autez aliquis vbi dixerit deus moysi ista precepta:⁊ lz non possit dubitari quin in tabernaculo dixerit quoniam littera sic exprimit: dubitaretur tamen in qua mansione deserti dicta sint. ¶Aliquis autem fortassis dicet ista precepta fuisse data a deo moysi in exitu de egypto ante mare rubrum: vel immediate post transitum maris rubri.⁊ hoc potissime in mansione que vocat marath que est apud mare rubrum:quoniā ibi dicitur q̄ deus dederit israelitis precepta ⁊ iudicia vt habetur Exodi.15.ca.cum dicitur.ibi cōstituit ei precepta atq̄ iudicia:⁊ ibi tentauit eum dicens:si audieris vocem domini dei tui ⁊c.Satis igitur rationabiliter videbitur alicui ibi fuisse data ista precepta quia non constat ibi que precepta fuerint. ¶Sed hoc stare non potest:quoniam hic in littera dicitur q̄ deus dederit ista precepta moysi in tabernaculo testimonij:sed tabernaculū testimonij nō erat factum cum israelite steterunt in mansione que vocat marath de quo Exodi.15.igitur precepta que ibi data fuerunt nō sunt ista precepta que in leuitico traduntur.q̄ autem tabernaculum non esset factum quādo israelite steterunt in marath:appareat ex hoc q̄ mansio que vocatur marath est ante mansionem montis synai vt habetur Nume.33.ca.quoniam distat ab illa per mansiones septem vt habetur in eodem.c.Sed tabernaculum fuit constructum in monte synai.ergo cum israelite existerent in marath nondum erat constructum tabernaculū.q̄ autem fuerit tabernaculum factum in monte synai apparet qz lex fuit data in monte synai vt patet Exo.19.et.20.c.deinde moyses ascendit ad dominum ad accipiendas tabulas in monte synai vt patet Exodi.24.⁊ cū ibi staret cuz domino dedit ei deus preceptum de fabricando tabernaculo ⁊ de modo fabricatiōis vt pz Exo.a.c.25.vsq̄ ad.31.deinde moyses descēdit de mōte ferens tabulas:⁊ incepit ꝺstruere tabernaculū vt pz Exo.35.c.⁊ fic exītib⁹ iudeis in māsiōe synai fabricatū est tabernaculū. magis tñ adhuc hoc apparet qz Nume.10.c.dz qūo recesserūt israelite de mōte synai scdo die mēsis secūdi anno scdo.⁊ tūc fit mētio qūo eleuata fuit nubes desup tabernaculū ⁊ qualr leuite portabāt tabernaculū.non pōt ḡ dici q̄ ista verba leuitici dicta fuerūt añq̄ accederent iudei ad mōtē synai cū i tabernaculo dicta sint. ¶Nūc autē fortassis aliqs dicet ista verba dicta fuisse moysi circa introitum terre promissionis vel in aliqua māsione deserti vltra montem synai.⁊ hoc quia non videbat ex littera vbi dicta fuerint. ¶Ad hoc respondendum est q̄ omnia verba que continentur in toto leuitico dicta sunt moysi in mōte synai.sic habetur infra.26.c.in fi.cum dicitur.hec sunt precepta atq̄ iudicia ⁊ leges quas dominus iter se ⁊ filios israel dedit in monte synai per manum moysi.⁊ infra.27.ca.dicitur.hec sunt precepta que mandauit dominus moysi ad filios israel in monte synai.necessarium est igitur confiteri omnia precepta leuitici in monte synai data fuisse.

¶Quo tempore data sint hec p̄cepta leuitici:⁊ an solum sit vnus annus in quo dari potuerunt:scilicet a mense tertio primi anni vsq̄ ad mensem tertiū secūdi anni. Questio.8.

Adhuc autē aliquis inquiret quo tempore data sint ista precepta leuitici:quia lz de superioribus ꝺstet israelitas stetisse in mōte synai ⁊ tunc accepisse moysen hec precepta.non tamen ex hoc determinatur tempus:quia in monte synai manserunt israelite magno tempore.fuit autem tota mansio in monte illo vnus annus demptis.10.diebus.qō fic apparet:quia israelite venerunt in montem synai anno primo exitus de egypto in prima die mensis tertij vt patet Exodi. 19.steterunt autem in eodem monte vsq̄ ad scōm annum exitus de egypto recedentes inde anno secundo die.20.mensis vt patet Nume.10.Si autem recessissent de monte synai die primo mensis tertij anni secūdi exitus de egypto fuisset mansio in monte illo annus integer.qō patet quia die p̄mo mensis tertij anni secūdi recedebant:sed littera dicit eos recessisse.10.diebus ante.ſ.20.die mensis secūdi exitus de egypto.ergo illi decē dies qui deficiunt a completione mensis deficiunt de completiōe anni integri quo israelite manserūt in mōte synai. ¶Est igitur nunc dubium in qua parte huius anni moyses recepit p̄

Cuiusdam rñsio ad quesitū. B

cepta leuitici huius a deo. ¶ Forsassis aliquis diceret q̄ moyses recepit precepta ista immediate vt accessit ad montem synai: quia immediate vt israelite accesserunt ad montem illum moyses ascendit in montem ꝛ locutus est cum eo deus vt patet Exodi. 19. caꝑ. ibi igitur potuisset in monte a deo ista precepta recipere. ¶ Ad hoc autem dicendū est hanc rēsponsionem stare non posse: quia Exo. 19. solū dicitur quomodo dixerit moysi verba persuasoria vt acciperet legem: ꝛ postea subiungitur quomodo israelite consenserunt. ꝛ post hoc in. ca. 20. sequit̄ lex preceptorum decalogi data a deo. qualiter igitur deus daret moysi ibi ista precepta cum nondū constaret israelitas velle a deo aliquam legem recipere. ¶ Item dato q̄ constaret israelitas velle leges recipere a deo quia ipsi verbo suo expressissent: cum tamen datum esset eis decalogum preceptorum non conueniebat vllatenus eis prius dare precepta cerimonialia leuitici. Ratio huius est quia precepta cerimonialia ꝛ iudicialia sunt quedam determinationes preceptorum decalogi: cum cerimonialia sint determinationes preceptorū secunde tabule. ꝛ quia nunq̄ potest dari determinatio ante id quod est determinabile cum illud necessario presupponat: non poterant dari precepta huius leuitici anteqū darentur precepta decalogi. non igitur potest vllatenus dici q̄ precepta leuitici data fuerint cum primo moyses ascendit in montem synai. ¶ Dicet autez forsassis aliquis q̄ moyses accepit ista precepta leuitici a deo cum ascendit in montem synai ad accipiendas tabulas: ꝛ stetit ibi bis. 40. diebus vt patet Exodi. 32. et. 34. ꝛ tunc non potest obijci de eo qō supra obijciebatur. scilicet q̄ israelite nondum consensissent: aut non constaret de eorum consensu ad accipiendam legem: quoniā ꝫ hoc fuerit quādo primo ascendit moyses in montem: quando tamen ascendit pro tabulis iam confessi fuerant israelite se libenter suscepturos quecunq̄ deus mandaret vt patet Exodi. 24. Nō potest etiam stare aliud qō obijciebat supra. s. q̄ non debebāt dari precepta cerimonialia ante decalogum: quoniā ꝫ cum moyses ascendit in montem synai prima vice non erat datus decalogus: cum tamen ascendit pro tabulis iam datus erat. ꝛ sic videbitur alicui conuenienter dici moysen accepisse a deo precepta huius leuitici quādo ascēdit pro tabulis. ¶ Et sic aliqui respōdent cum querit̄ ab eis quid faceret moyses quadraginta diebus in monte cum domino. Dicunt q̄ ab eo cruditus est in multis questionibus legis: ꝛ q̄ accepit ab eo ipsa precepta leuitici. ¶ Sed hoc stare nō potest: quia ista precepta leuitici data sunt in tabernaculo federis sicut dicitur hic in littera. sed in vertice montis synai non erat tabernaculum sed magis in castris. Item qñ moyses ascendit ꝓ tabulis decalogi ꝑma vice ꝛ cum rursus rediit pro secundis nondum erat factum tabernaculum nec inceptum: sed cum ipse descendit in montem congregati sunt ad eum filij israel ꝛ obtulerunt qō deus mandauerat atq̄ icboata est fabricatio tabernaculi vt colligitur Exodi. ex fine. c. 34. ꝛ iūcto. c. 35. Nō igitur dici poterat moysen accepisse leges istas cerimoniales leuitici quando ascendit in montez synai pro tabulis. ¶ Aliquis autem dicet necessariū esse q̄ precepta ista fuerint data ante fabricationem tabernaculi: quoniam non poterant fieri alique cerimonie sacrificiorum nisi essent leges iste date per quas dirigerentur offerentes in sacrificijs: sed in prima die qua erectus est tabernaculum facta fuerunt aliqua sacrificia sicut patet in consecratione aaron ꝛ filiorum eius. ergo oportuit q̄ ante primam diem erectionis tabernaculi data fuissent ista precepta: ꝛ sic nō poterant dari in tabernaculo. Q; autem non potuisset fieri aliquod sacrificium vel consecratio in tabernaculo anteqū darentur ista precepta. patet quia hic data regula de modo offerēdi. ante ergo q̄ daretur nescirent hebrei qualiter deberent offerre: ꝛ sic nihil offerrent. q̄ autem fuerit facta aliqua oblatio cerimonialis ꝛ inchoata sacerdotum consecratio in die qua erectum fuit tabernaculuz apparet Exo. 40. c. cum dr̄. ꝛ posuit altare aureū sub tecto testimonij ꝺtra velum ꝛ adolenit sup eum incensuz aromatuz sicut iusserat dominus. eodem modo in die qua positum fuit altare holocaustorum in tabernaculo fuit facta oblatio super illud: cum dicitur Exodi. 40. posuit ꝛ altare holocausti in vestibulo testimonij offerens in eo holocaustum ꝛ sacrificia vt dominus imperarat. Item eo die aaron ꝛ filij sui inceperunt consecrari: ꝛ patet quia die quo positum fuit labrum eneum in sanctuario ipsi lauerunt se in eo ad faciendum aliquas ministrationes vt dicitur in predicto. caꝑ. 40. labrum quoq̄ statuit inter tabernaculum testimonij ꝛ altare iplens illud aqua: laueruntq̄ moyses ꝛ aaron ac filij eius manus suas ac pedes cū ingrederentur tectum federis ꝛ accederēt ad altare sicut preceperat dñs. Apparet igit̄ ante erectionem tabernaculi fuisse data ista p̄cepta leuitici de sanctificādo: ꝛ ꝺnter non fuisse data in tabernaculo federis. ¶ Huic rñdenduz est p̄cepta huius leuitici fuisse data in tabernaculo federis. cū vero obijcit̄ q̄ in tabernaculo nō poterat fieri aliq̄ sacrificium vel administratio ꝑtinēs ꝺ̄ in ea erudiret israelitas ꝺcedendū est ꝶ. ꝛ cum dr̄ q̄ sacrificia ꝛ ministrationes que facta sunt in p̄ma die erectionis tabernaculi op3 vt fuissent facta p aliquā regulā ꝫ3 legē a deo datam ante constitutionē tabernaculi ꝺcedenduz. ꝛ cum concludunt leges huius leuitici in quibus agitur de ritibus oīum sacrificiorum debuisse necessario dari ante constitutionem tabernaculi negatur consequentia: quoniam ille leges ꝼm quas ministrauerunt ꝛ obtulerunt sacrificia israelite in prima die erectionis tabernaculi date fuerunt ante constructionem templi ꝛ erectionem: ꝛ non sunt de his que dant̄ in hoc leuitico. ꝛ patet quoniā Exo. 40. dicitur q̄ in die quo erectus est tabernaculū adoleuit moyses incensum aromatū super illud. ꝫ3 ad hoc non oportebat vt daretur aliqua lex in leuitico: quoniā iam data fuerat lex Exo. 30. c. vbi dicitur. ponesq̄ altare contra velum ꝛ adolebit incensum super eum aaron suaue fragrās: mane quādo componet lucernas incendet illud: ꝛ quando collocat eas ad vesperum vret thymiama sempiternum coraz domino. ¶ Sed obijcies qz in prima die erectionis tabernaculi incepit ꝺsecratio sacerdotū: ꝛ tñ lex de ꝺsecratiōe sacerdotū dat̄. j. 8. c. ꝙ oportebat q̄ ante daret̄ ista lex leuitici q̄ consecrarent̄ sacerdotes ꝛ anteq̄ erigeret tabernaculum ꝛ ante aliquam fabricationē: sed non est illa que habetur Leuitici. 8. ca. sed magis illa que habetur Exo. 29. c. in quo. c. agit de omnibus ritibus consecrationis sacerdotum per septē dies: ꝛ illa lex data fuit in monte synai quādo deus dabat regulaz moysi de modo fabricationis tabernaculi. Et cuz obijcis q̄ infra. 8. ca. ponitur lex de ritu consecrationis sacerdotū. ¶ Dōm est illam legem poni ibi per recapitulationē: quia prius data fuerat in exodo: deinde hic recapitulata est. sic patet de similibus: quia Exodi. 27. dicitur de positione olei in lucernis candelabri q̄ pertinebat ad aaron ꝛ filios eius cum dicitur. precipe filijs israel vt afferāt tibi oleum de arboꝛib⁹ oliuaꝝ vt ardeat lucerna semp in tabernaculo testimonij: ꝛ collocabūt eam aaron ꝛ filij eius. Ista tamen cerimonialis obseruatio que per eadem verba recapitulata est infra. 24. c. in principio. ꝛ sic multa alia recapitulātur hic que alibi dicta sunt. Causa autem huius recapitulationis est quia iste liber totus est de cerimonialibus obseruationibus. vt ergo ponātur hic omnes cerimonie iudaice precipue ille que ad sacrificiorum ritus pertinēt ea que alibi dispersa posita sunt hic recapitulant̄: vt sic ex omnibus liber vnus fiat continēs omnes iudaicas cerimonias. ¶ Sed adhuc aliquis obijciet necessario leges hui⁹ libri traditas fuisse ante erectionē tabernaculi: quoniam die prima qua erectum est tabernaculum ꝛ consecratuz p̄ncipes israelitarum inceperunt facere sacrificia: ꝛ durauit oblatio eorum p 12. dies continuos. sicut dicitur Nume. 7. c. s. factum est autem in die qua compleuit moyses tabernaculum ꝛ erexit illud obtulerunt principes israel ꝛ capita familiarum ꝛc. ꝛ tamen nō poterant isti habere moduz in offerēdo nisi accepissent a deo p̄us legem de ritibus sacrificiorum. Necessariuz est igitur leges huius leuitici que de sacrificijs agunt fuisse datas ante erectionē tabernaculi: ꝛ sic non in tabernaculo federis. ¶ Ad hec aūt respondēdum est q̄ principes israelitarū inceperunt offerre in prima die qua tabernaculū erectum est: tamē lex per quā regulabantur in offerendo nondum fuerat data in hoc leuitico: sed etiam sicut pro sacerdotibus fiebāt sacrificia holocaustoꝝ ꝛ victimarum pacificarum ꝛ pro peccato: ita ꝛ in eodem ritu obseruasset moyses in sacrificijs p̄ncipuz: vel sicut cū in mōte synai facta fuerunt holocausta ꝛ victime pacifice in confirmatiōe legis patet Exo. 24. ita in eodem ritu potuit facere moyses in oblatione principum. non igit̄ cogimur confiteri leges huius leuitici fuisse datas ante erectionem tabernaculi. ¶ Sed nunc magis accedentes ad inquisitionē de tempore quo date sunt leges huius leuitici: necessarium est vt dicamus eas fuisse datas in secūdo anno ab exitu de egypto: ꝛ hoc in mense p̄mo vel in mēse scō ante diem. 20. mensis eiusdē. nec pōt assignari aliq̄ aliud tēpus in quo potuissent dari leges leuitici. p̄ma ps huius pz qz leuiticus iste datus fuit moysi in tabernaculo federis vt pz hic in littera. sed tabernaculum federis nunq̄ erectum fuit vsq̄ ad primam diem anni secūdi ab exitu de egypto vt patet Exo. 40. c. ergo non potuit dari ante principium secundi anni. q̄ autem

fuerit

Dubium.

Rñsio.

Impꝛobō.

Cuiusdam rñsio.

Impꝛobō. 1. rō.

2. rō.

Alia rñsio ad q̄sitū. L

D

Doc. rñ.

Obō.

Rñsio.

Obō q̄dam.

Rñsio.

Quo tpe date sūt leges huius leuitici.

Solum fuerunt. 49. vel 50. dies. i gb⁹ oari potuerūt iste leges.

fuerit datus in primo mense huius secūdi anni vel in mense secundo vsq; ad diem. 20. patet: quia omnia verba leuitici data fuerunt in monte synai vt patet infra. 26. et. 27. ca. Sz israelite recesserunt de monte synai die. 20. mensis secūdi anni ab exitu de egypto. ergo nō potuerunt dari p̄cepta huius leuitici post diez. 20. mensis secūdi anni scōi ab exitu de egypto. ex gbus infertur q; solum. 49. aut gnquaginta dies fuerūt in gbus potuisset dari leuiticus iste moysi. s. 30. dies mensis primi anni secundi. ab exitu de egypto z. 20. dies mensis sequentis. Sic igit patet quando z vbi leuitici leges date sunt. (Et locutus est ei dominus.) Dicit autem q; dominus locutus fuerit moysi dando istas leges leuitici. non tamen intelligenduz est q; deus p seipm loquatur: quoniam deus fm seipsum non est animal nec habet organa vocatiua per que loqui possit. ¶ Et si dicas q; poterat assumere aliquod corpus ex aere formato in quo loqueret sicut angeli z demones interdum facere soliti sunt. Respondendum est q; repugnat deo aliquam vocem formare: eo q; omnis actio dei est in instanti: z non potest aliquo modo operari p successionem quia hoc repugnat infinite siue perfectioni: quoniā operatio successiua conuenit rei habēti esse limitatum z que non habet totum suum simul: sed deus habet essentiam infinitā z illimitatam z totum esse simul eo q; est eternus: sicut concludit boetius de consolatione lib. 5. prosa vltima. ideo non potest operari per successionem. ¶ Et si dicas q; deus non formet aliquam vocem in instrumētis per successionem sicut formant angeli: sz q; eam creet in instanti sicut alias creauit res. Respondendum est hoc esse impossibile: qz lz deo nō repugnet creare quicquid est creabile in instanti: tñ repugnat voci q; creet in instanti: quia sic motus z tempus de natura sua dicunt fluxum z successionē: z non potest aliquis abstrahere successionē z fluxum a tempore z motu quia includit contradictionem: ita nec poterit voci tollere suam successionem z ordinem. consistit namq; essentia vocis in ordine litterarum z syllabarum sibi connexaruz: quo ordine sublato z successione impossibile est manere vocis essentiam. non igitur est vox creabilis. non quidem q; repugnet deo vocem creare: sed quia formaliter voci repugnat creari. de his autem diffusius dictuz est Exodi. 23. et. 25. ca. Concludit igitur q; deus non poterat aliquam vocem in corpore assumpto formare nec etiam poterat eam creare. nullo ergo modo deus per se potest loqui. ¶ Si autem aliquis obiiciat de christo q; loquebatur: z tamen erat verus deus. respondetur est Exodi. 23. ca. Dicēdum ergo q; angelus erat qui ista loquebatur. z erat in tabernaculo atq; sumebat corpus aereum in quo voces formaret: nec repugnabat aliquo modo formare vocē in successione sicut repugnabat deo: quia essentia angeli non est infinita nec est totum suuz esse simul. iste autem angelus qui hic loquebat vocabatur deus: quia sic est consuetudo veteris testamēti vt angeli vocentur deus vt patet Exo. 3. c. et. 20. z in plerisq; aliis locis. aliquando autem angeli vocātur angeli nomine suo. sicut patet sepe in libro geñ. s. c. 16. z alibi. ¶ Lā aūt quare aliqñ nomine suo z aliquando nomine dei vocentur expressa fuit Exodi. 19. c. hic autē cū angelus esset qui loquebat vocauit eum scriptura deum z non angelum quoniam dabat leges loco dei: z si forte rustica illa gēs hebreoz audiuisset q; angelus erat q; eis legem ferebat: putarent se ei obligatos atq; ei cultum offerrent sicut deo suo qui super eos ferendi leges potestatem haberet. ne ergo indocta multitudo in hoc erraret colens illū deum qui nō erat: sacra scriptura nō iniuste angelū hic deuz vocauit. (De tabernaculo testimōij). i. q; ista verba locut⁹ fuit deus siue ille angelus moysi de tabernaculo testimonij. i. existens in tabernaculo testimonij: quia sicut supra dictum est duo loca erant in tabernaculo in quibus deus moysi loqui solitus erat. s. propitiatoriū intra sancta sanctoruz z columna nubis ad ostium tabernaculi. in quocunq; ergo horum angelus loqueretur moysi dicebatur esse locutio de tabernaculo testimonij. j. qz formabatur illa vox vel procedebat de tabernaculo testimonij. Quare autez vocet tabernaculum testimonij. causa est quia in eo erat arca in qua erant due tabule legis que vocabant testimonium quia manebant in testimonium posteris q; deus dedisset legem israelitis vt patet Exodi. 25. (Dicēs. loquere filijs israel.) Quānis deus istas leges nunc moysi in secreto traderet. erant tñ postea recitande filijs israel vt ipsi per eas in operationib⁹ cerimonialibus dirigerent: ideo mandabat deus moysi congregare filios israel q̄bus ista referret. ¶ Sz queret aliq; q̄re deus nō dedit israelitis in monte synai ista precepta sicut dedit precepta decalogi in voce tube audiēte tota multitudine ¶ Ad hoc late

Obo.

Rñsio.

Uoci repugnat q; creet i instāti.

Obo.

Rñsio.

Rit⁹ veteris testamēti.

†

Qō. 9 A

Qr deus nō dedit p̄cepta israelitis in mōte synai.

responsum est Exo. 20. c. quoniā non conueniebant alia precepta dari a deo immediate toti multitudini preter decalogi precepta que tunc data sunt. alia vero que postea dāda eēnt oportebat per interpositā dari personaz. z sic fuit de preceptis huius leuitici que israelitis per moysen data sunt filijs israel.

Rñsio ad q̄situm.

¶ An moyses congregauerit omnes filios israel ad hanc leuitici legem audiendam. Questio. 10.

A

Queret aliquis an moyses congregauerit omnes filios israel ad audiendam legem huius leuitici. ¶ Et forte ssis aliquis rñdebit q; non poterat tanta multitudo israelitarum z egyptiorū ascendentiuz cum eis congregari ad audiendum vocē alicuius viri: quoniā essent omnes plures q̄ bis milies milia: quoniā soli viri israelite potentes ꝓcedere ad bellū non cōnumerata tribu leuitica erant sexcenta tria milia virorū z quingenti z gnquaginta vt p̄z Nume. 1. c. z non cōputabatur hic vulgus promiscuū egyptiorum ascendentiū cum iudeis: qō erat infinite multitudinis vt habet Exo. 12. c. non computabātur etiā viri qui erant vltra annum. 60. vt patet. z infra annū. 20. nec computabant mulieres vt p̄z Nu. 1. c. qñ si oēs cōputarent essent vltra bis milies milia. qūo igit tanta z tam vilcora multitudo ad audiēdū vocē vni⁹ viri cōgregari potuerit. Nec valet si aliq; arguat q; oēs isti congregati sunt in die q̄ dñs dedit legem in monte synai vt habet Exo. 19. et. 20. z Deutero. 5. ca. qñ tunc audierunt in voce domini tāq̄ in voce tube: z non solum tota illa multitudo poterat audire vocem dñi: sed etiam si esset decupla multitudo: qz ita erat illa vox terribilis sonans q; non poterāt eam sustinere z clamabāt se morituros esse si amplius vocē domini audirent: ideo petierūt a moyse vt nō loqueretur deus illis sed moyses vt p̄z Exo. 20. z Deuter. 5. c. ¶ Dōz est q; tota multitudo hebreoz z egyptiorū ascendētium cuz eis simul cōgregata poterat audire vocē moysi: quoniā lz moyses non sufficeret fm tenorē vocis sue ita vt audiret a tanta multitudine: tamē deus supnaturaliter cōfortabat vocem eius z eā claram ac sonantez efficiebat: ita vt a tota multitudine faciliter audiret. nam bis moyses locutus est ad totaz multitudinē israelitarū. primo in confirmatiōe legis vt habet Exo. 24. c. cum dicitur. venit moyses z narrauit plebi oia verba dñi: rñditq; cunctus populus vna voce: oia que precepit dñs faciemus. cū ergo totus populus responderit. necessariū est vt totus populus audierit. Item scōo moyses locutus fuit toti cōgregationi israelitarum cuz esset ꝓpinquus morti recitans eis totuz deuteronomium vt p̄z Deutero. 1. c. cum dicit. hec sunt verba que locutus est moyses ad oēm israel trans iordanez. Item patet Deutero. 29. ca. vbi dicitur q; omnes de congregatiōe illa erant p̄sentes moysi recitanti verba illa: pter lignorum cesores z cōportantes aquas. Lū igitur moyses a tota multitudine audit⁹ fuerit poterat nunc audiri. ¶ Dicet aliquis q; q̄uis potuisset tota multitudo israelitarū audire moysen ista loquentē: tñ non congregauit moyses ad hoc totam multitudinē: sed solum eos q; erant p̄ncipales in populo vt postea p hos diuulgaretur ad totā multitudinem. ¶ Et si aliq; obijciat contra hoc qz dicitur hic loquere filijs israel. q̄ videbat q; haberet moyses loqui toti israel. ¶ Respondere p̄t isti q; lz dicatur debere fieri locutionē filijs israel: tñ ex hoc nō sequebat q; deberet loqui toti israel: quoniā sic habetur Exo. 12. ca. vbi deus mādauit moysi q; loqueret ad oēm israel ꝓponens eis cerimonias agni paschalis: z tñ ipse soluz locutus est seniorib⁹ vt patet in medio eiusdez. c. 12. cum dicitur. vocauit autē moyses oēs seniores israel. sic igitur videt q; hic fecerit. Ad hoc respōdēdū est q; moyses locutus est toti israeli. z hoc quia oēs de israel tangebāt iste leges cum agat hic de sacrificijs z alijs cerimonijs que ad oēs de populo pertinebant. Cum autē arguit de eo qō habet Exo. 12. c. non valet: quia ibi non cōgregatus fuit lz deus mādasset toti israel. z hoc qz nō poterāt cōuenienter cōiungi oēs: quoniā hoc cognosceret ab egyptijs z ꝓpedirent recessum eoruz: sed hic nō erat aliq; inconueniens qz erant israelite in deserto vbi nullus ꝓpediebat eos. satis igit dicēdum videtur q; israelite cōgregati fuerint ad audiēdum oia precepta leuitici. (Filijs israel.) Aliq; filij israel vocātur oēs qui descenderūt de iacob. aliquādo autē vocatur totus populus hebreoz filij israel exceptis inde leuitis qui non cōputātur inter filios israel. Pro oibus descendētibus de iacob etiā cuz ipso leui habet Exo. 1. cum dz. Hec sunt noia filioruz israel qui ingressi sunt in egyptū. ruben. symeon. leui. iuda z̄c. Ecce q̄liter appositiōe filioū israel cōprehendunt ēt leuite. Qñq; etiaz non cōprehendunt appellatiōe filioū israel. sic habet Nume. 1. c. cum dicit. fuerunt q; oēs filij israel per domos z familias

Rñsio ad q̄situm. 1. rō.

B

Bis locut⁹ ē moyses toti multitudini.

Opi: quorundam.

Obiectio. Rñsio.

L

† Quid filij israel.

sexcenta tria milia viroꝝ. Leuite autē in tribu familiarū suaruʒ non sunt numerati cuʒ eis. sic patet etiā imediate in eo. c. cuʒ dr̄. Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicens. tribū leui noli numerare nec ponas sūmaʒ eorum cum filijs israel. Cum igit̄ hic dicat̄ ꝙ moyses loqueret̄ ista filijs israel. Dubium est an accipiant̄ filij israel vt cōprehendūtur leuite: vel pro alijs tribub⁹ sine leuitis.

Dubium.

Rn̄sio.

ℭ Rn̄dendū est hic nomine filiorum israel intelligi leuitas. Et ad sciendū qn̄ nomine filioꝝ israel accipiant̄ leuite vel qn̄ non: aduertendū est ꝙ qn̄cunqꝫ fit mentio de filijs israel: aut fit mētio q̃tum ad aliqd qđ est pure tēporale: aut q̃tum ad aliqd qđ est spūale.

D

Cū vero agit̄ de aliquo tēporali nomine filioꝝ israel non intelligunt̄ leuite. ꝛ sic qn̄ cōputarent̄ filij israel ad eunduʒ ad belluʒ non cōputabant̄ inter eos filij leui. sic pʒ Nume. 1. ca. vbi in oībus familijs ꝛ tribubus cōputātur bellatores in tribu leuitica: mandauit deus ne aliq cōputarent̄. idē erat in diuisione sortium terre ꝑmissionis: qꝛ accipere sortē possessionis erat aliqd tēporale: ideo cum diceret̄ ꝙ diuideret̄ terra ꝑmissionis inter filios israel vt habet̄ Nume. 34. c. non intelligebant̄ leuite: qꝛ isti nullaʒ ꝑtem accipiebāt sortialē vt habet̄ Nume. 18. et. 35. c. cum autē erat aliqđ negociū spūale ꝛ nominabant̄ filij israel intelligebant̄ ēt leuite. sic habet̄ Deuter. 27. c. vbi mādauit ꝙ medietas filioꝝ israel poneret̄ ad benedicendū super mōtem gariziʒ: ꝛ medietas staret supra mōtē hebal ad maledicēdū in his itelligebant̄ leuite vt pʒ in eo. 27. c. Idē qn̄ beat⁹ Joānes in apocalypsi faceret mentionē de oībus tribub⁹ israel quantuʒ ad conuersionē ad xp̄m: posuit ibi etiā leuitas nominando leui esse vnā tribuʒ vt habet̄ Apoca. 7. c. Ex hoc autē pōt cognosci veritas hui⁹ opinionis. naʒ cum hic filij israel vocari debebāt non vocabant̄ ad aliqd tēporale: sed ad aliquid spūale. s. vt audirent legē. ergo oportebat ꝙ ad audiendā istaʒ legē congregarent̄ etiā hic filij leui: qꝛ ita ꝑtinebat ad eos obseruare legem sicut ad oēs alios. ꝛ sic nomine filioꝝ israel cōprehendunt̄ leuite.

Qn̄ leuite cōputātur noīe filioꝝ israel ꝛ qn̄ non.

† (Filijs israel.) In isto leuitico cuʒ deus dat leges: aliqn̄ mādat moysi ꝙ loquat̄ filijs israel: ꝛ aliqn̄ mādat ꝙ loquat̄ aaron. de ꝓmo pʒ hic ꝛ. ĩ. 4. c. ꝛ in multis alijs. de scđo patet. ĩ. 6. c. cum dicitur. precipe aaron ꝛ filijs eius. ꝛ iterum in eodem. ca. loquere aaron ꝛ filijs eius. hic autem dicitur ꝙ moyses loqueret̄ filijs israel. Est autē ratio dr̄e quia aliqua ꝑcepta istorū pertinebant ad totū populū. ꝛ tunc dicebat deus moysi filijs israel loquere. Alia autē erant que ꝑtinebāt ad solos sacerdotes: ꝛ in istis mādabat deus moysi ꝙ loqueret̄ ad aaron ꝛ filios eius: ꝛ qꝛ precepta que ponunt̄ in isto. c. ꝑtinebāt ad totū israel: ideo dixit de⁹ loquere filijs israel.

† (Hō q obtulerit.) Hic itelligit de⁹ de spontaneis oblationib⁹. Erant. n. duplices oblationes. Quedā necessarie: alie autē voluntarie. neċie oblationes erāt tres. s. oblatio ꝓmogenitoꝝ: ꝛ oblatio votoꝝ: ꝛ hostia ꝓ peccato. De oblatiōe ꝓmogenitorum apparet Exo. 22. cum dicitur. ꝓmogenitum filiorum tuorum dabis: de bobus quoqꝫ ꝛ ouibus similiter facias. 7. diebus sit cum matre sua: die. 8. reddes illum mihi. idem habet̄ Exo. 34. De oblatione autē votorū habet̄ Exo. 27. c. ista autē qꝛ erant de necessitate non poterāt transferri ad aliū modum visus vel oblatiōis. sic habet̄. ĩ. 27. c. cum dicit̄. ꝓmogenita que ad deuʒ ꝑtinent nemo sanctificare poterit ꝛ vouere. de sacrificijs autē ꝛ oblationib⁹ pro peccato habet̄. ĩ. 4. et. 5. c. ꝛ ista sacrificia erant necessaria: qm̄ illi q peccabāt ꝯm diuersa genera peccatorū aut delictorū tenebant̄ ad illa sacrificia. alia auteʒ erant sacrificia vel oblationes que spōte fiebāt: ꝛ ista aliquādo erant de reb⁹ non viuētibus. ꝛ ista vocabant̄ oblatio. alie autē erant oblatiōes de rebus viuētibus: ꝛ ista vocabant̄ sacrificia. de ꝓmis habet̄. ĩ. 2. c. de secūdis habet̄ hic.

Duplices erant oblationes.

† (Ex vobis hostiā.) Ex hoc pʒ ꝙ accipiant̄ israelite non soluʒ ꝓ his qui descēdebāt de genere iacob: sed ēt pro egyptijs q ascenderāt cuʒ eis: qm̄ cū illi essent cōuersi ad iudaismū licebat eis facere oēs cerimonias quas faciebāt hebrei ex genere: imo cōpellebant̄ ad quasdā illarū. sed hic ista verba dicunt̄ ad filios israel. cū dicit̄. loquere filijs israel. ergo nomine filioꝝ israel intelligebant̄ egyptij conuersi ad iudaismū: ꝛ non soluʒ egyptij sed etiaʒ oēs alij gentiles quicūqꝫ cōuerterent̄ ad iudaicos ritus.

E

† (Hostiā dn̄o.) Hostia ꝓprie dicit̄ sacrificiū factum de aīalibus. Et dicunt̄ hostie more antiquo qꝛ cum gētiles adinuicē cōpugnarent ꝛ alteri eoruʒ hostes deuincerent: ꝓ hostiū victoria sacrificia dijs suis offerebant ꝛ illa sacrificia hostias vocabāt quasi ꝓ hostili victoria factas. Latinoꝝ tn̄ visus obtinuit vt qđlibet sacrificiū hostia diceretur. Et accipit̄ hic hostia vniuersaliter nō determinādo an sit sacrificium holocaustoꝝ: aut victimarū pacificarū: aut hostiarū pro peccato. ꝛ pʒ qm̄ hic dicit̄ ꝙ hostia aliqn̄ poterat esse holocaustū: aliqn̄ in alijs modis.

Hostia qd sit.

Q̃r iter latinos sacrificia hostie vocant̄.

† (Dn̄o.) Hostia erat offerēda dn̄o: qm̄ cuʒ quis licite offerret dn̄o soli offerre debebat. ꝛ hoc antiquorū auctoritas obtinuit ꝙ lʒ secula illa rudia fuerint. nulli tn̄ hostias obtulere nisi ei q verus deus esset: aut antiq̄tatis errore deus putaret̄.

† (De pecorib⁹.) i. de bobus ꝛ ouib⁹. hic aūt determinat se legislator ad ea q̄ offerēda erāt. ℭ Pro quo notādū est ꝙ ꝯm ordinē nāe cuʒ deus sit summū bonuʒ ꝛ ꝓma causa a qua oīa procedunt per causationē: ꝛ in quā oīa tendunt vt in suum bonum completiuum per affectionem ꝛ inclinationeʒ: ab hac etiā causa oīa recipiunt cōtinue conseruationē. Nā si deus cessaret a cōseruatione sua qua oēs res ꝯseruat: necessariū erat oīa rectore destructa ī nihilū labi. Cū igit̄ hᷓ a deo nos recipere cognoscamus ītellectus naturalr̄ indicat ei seruiendū esse. ꝛ qm̄ deus spūs est: cultus qui ei debet̄ in spū consistit. sic habet̄. Jo. 4. c. deus spūs est: ꝛ eos q eum adorant opʒ in spū adorare. hoc idem dicit Aug. in encheridion. spe: fide: ꝛ charitate colit̄ deus. cōsistit igit̄ cult⁹ dei ꝑncipalr̄ in opere interiori aīe nostre. ea aūt que exterius fiunt ad cultū dei minime ꝑtinent: nisi ꝯm ꝙ ab iterioribus virib⁹ ordinant̄. Cū tn̄ nos a deo cuncta recepimus ei cuncta debem⁹: ꝛ qꝛ non solū vires nostre sunt spūales. s. intellect⁹ ꝛ volūtas: sed ēt q̄dā alie vires corꝑales executiue subordinate viribus rōnalib⁹: ideo nō soluʒ cultū interiorē q in viribus rōnalibus ꝯsistit deo reddere debem⁹: sed ēt cultuʒ in viribus exteriorib⁹. Si tn̄ deo in solo cultu iteriori seruirem⁹ nō ex oībus viribus euʒ colerem⁹: sed solū ex rōnalibus: qđ erat ꝑfecte colere. ideo ad perfectū cultū dei faciēdū oportet vires rationales ꝑcedere atqꝫ dirigere: vires autem executiuas corporales subsequi ꝛ exeq. ꝛ ob hoc non solum a natura ꝯm ꝑncipia rōnis practice obligabamur vt deū in actu solo iteriori coleremus: sed ēt vt aliqua obsequia exteriora ꝑstarem⁹. ꝛ sicut erat peccatū deum in actu iteriori nō colere: ita ꝛ peccatū erat ei aliquas exteriores cerimonias nō exhibere. ꝛ sicut cultus iterior in affectu cordis est de iure naturali qđ a legistis ius gentiū appellat̄ eo ꝙ soli homines eo vtant̄ vt habet̄. ff. de iustitia: ꝛ iure. l. 1. ita ꝛ cultus dei in actu exteriori de iure naturali est ꝛ ab ipsis de iure gentiū esse dicit̄ vt habet̄. ff. de iusti. ꝛ iure in. l. veluti. Sed determinatio ad cerimonias exteriores. s. quas cerimonias deo īpendere debemus nō erat a natura diffinitū: sed hᷓ hūana iura ꝛ diuina distinxerūt. inter ea tn̄ q̄ a deo in actu exteriori exhibētur nihil erat qđ magis deo ꝯueniret atqꝫ deitatis significatiuū esset q̄ꝫ sacrificioꝝ exhibitio. ideo apud oēs gentes taʒ prudētes q̄ꝫ rudes cōformi quasi a natura sentētia diffinitū est eos quos in deos habebāt sacrificioꝝ oblationib⁹ honorare. hoc aūt manifestat̄ in ꝓmis hoībus: qm̄ mox vt Adaʒ duos filios genuit: atqꝫ ipsi ad adultā etatē ꝑuenerunt: quasi pro singulari munere deo offerre ceperunt quilibet iuxta genus officij sui. Cain autem cuʒ agricola eēt de fructib⁹ terre munera deo obtulit. Abel auteʒ q pastor erat de ꝓmogenitiʒ gregis sui dn̄o offerebat adipes vt habet̄ Gen̄. 4. c. sic etiā de iure naturali sacrificiū esse diffiniri videt̄ ab Aristo. 5. ethicoꝝ. cū dicit̄ ꝙ legale est qđ nō est ex seipso determinatuʒ: nec differt sic vel sic fieri anteq̄ꝫ ponat̄. differt autē cuʒ positū fuerit: vt sacrificare vnam caprā sed non duas oueʒ. in quo inuit sacrificiū simpliciter de iure naturali eē: determinatio autē ad aīalia imolabilia ꝛ ad modū sacrificandi ex sola lege est.

†

Q̃ō. 11.

A

Q̃r tenemur deo nālr̄ ad cultum ꝛ ad quem cultum.

Cōsistit cult⁹ dei nō solū ī actu interiori sed etiā exteriori.

Pctm̄ ē deum in actu exteriori nō colere.

B

Jus gentiū q̃r sic appellet̄

Sacrificium ꝯm Aristo. ē de iure nāli: sed ꝺtermīatio aīaliū est de iure positiuo.

Notādū

ℭ In hoc autē aduertendū est ꝙ cum modus ꝛ determinatio sacrificioꝝ a cōsuetudine ꝛ lege penderet hūana: non eodē modo apud oēs gentes sacrificioꝝ ritus erant. naʒ qdam porcū cereri imolabāt. alij vero equū phebo offerebāt. alij vero anserē diane dabāt. nōnulli autē asinuʒ ꝑapo imolabant. quidā autē turpissime agētes canina viscera equate imolabāt. multi ꝛ alij sunt modi de qbus ouidius in ꝓmo libro fastoꝝ: vbi ponit menses romanoꝝ ꝛ oīa festa illorū mensiū ꝛ sacrificia festorū atqꝫ rit⁹ ꝛ cās eoꝝ: ꝛ que singulis dieb⁹ astra oriant̄. vnde incepit. tēpora cū causis latiuʒ digesta per orbē causa. Alij vero ex diuersis ritib⁹ siluano deo siluaꝝ lac offerebāt. sic refert horatius dicens. tellueʒ porco. siluanū lacte piabāt. multe quoqꝫ obscenitates in ritibus gentiliū ad deos suoʒ fuerūt: vn̄ cum deus sacrificioꝝ leges īponeret ritus gentiliū deuitauit.

ℭ Q̃r deus de pecorib⁹ sola tria genera sibi imolari faciebat. de auib⁹ autē solum duo. de piscibus nullum. Questio. 12.

A

Nunc autē ingrendū est q̃re de⁹ de pecorib⁹ sola tria sibi imolari faciebat. s. boues ꝛ oues ꝛ capras: in auibuʒ autē duo genera soluʒ. s. turtures ꝛ pullos colūbarū. ℭ In quo sciendū est ꝙ cuʒ leges sacrificioꝝ nō essent a natura determinate: iudei poterāt qđcunqꝫ voluissent ꝛ q̄liter voluissent offerre nisi deus illos aliqua lege coherceret. pʒ enim in ꝓmis hoībus:

quorum

quorũ alter dño pmogenita pecorũ obtulit:alius vero spicas. sed deinde in pncipio scde etatis sacrificia ad aialia munda determinata sunt qm̃ de imũdis nihil deus sibi imolari volebat. vocant autem aialia munda oia que ad esum hoĩs pertinẽt.qbus vero vesci apud hoĩes consuetũ non est imũda vocant.iõ deus distinguẽs illa dixit noe q poneret secũ in arca de aialibꝰ mundis septena ꝛ septena.de imundis vero bina ꝛ bina vt habet Geñ.6.et.7.c.deinde cuꝫ Noe a diluuio liberatꝰ esset cum in gratiaꝝ actionẽ pro tanto beneficio deo sacrificare vellet:de solis aialibus mũdis tam volucribꝰ q̃ȝ pecoribꝰ obtulit vt habetur Geñ.8.c.ꝛ placuit istõ sacrificiũ deo vt ibidẽ habet odoratus est dñs odorẽ suauitatis.postea vero apud hebreos magis sacrificia ꝛ aialia munda determinata sunt:qm̃ cũ prius oia illa aialia munda eẽnt qbus homines vescerent:deus fecit iudeis sola decẽ pecora mũda esse vt habet Deuter.14.c.cum dr̃. hoc est aial qd̃ comedere debetis:bouem ꝛ ouẽ:capram ꝛ ceruuꝫ: bubalũ:tragelaphũ:pygargũ:orygen:chamelopardalum. ꝛ lꝫ ista aialia quantũ ad esuꝫ iudeis munda forẽt.offerri tamẽ de oibus eis nõ licebat.vnde deus determinauit oia sacrificia ad tria pecora.s.bouẽ oueꝫ ꝛ caprã vt habet hic:ꝛ non solũ hic sed ẽt ex eo tẽpore quo deus cepit vnire sibi abraã ꝛ semẽ eius in populũ:sibi determinauit istos modos sacrificioꝝ.nam cum institueret fedus suum cũ abraã mandauit ei offerre vaccaꝫ:capram ꝛ arietẽ ꝛ turturẽ ꝛ columbã vt habet Geñ.15.c.Quare autẽ ista magis q̃ȝ alia adeo determinata sunt cã est ipsoꝝ mũdicia.inter alia qppe aialia nulla istis mũdiora sunt:qm̃ ab oibus imundicijs in cibo abstinẽt.Est etiã alia causa qm̃ deus volebat sacrificia sua de animalibus illis fieri que cõmuniter in vsu haberentur:ꝛ quia nulla communius q̃ȝ predicta haberentur instituit deus de his solis sacrificium sibi fieri.Alia autem causa est significatio horum aialium:quoniã cum oia sacrificia veteris testamẽti pcipue fierent ad repñsentationẽ pleni atq̃ȝ veri sacrificij.s.corporis dñici i nouo testamẽto:oportebat vt illa aialia imolarent que magis ad significationẽ xp̃i imolandi ptinerent:ꝛ qm̃ in his qnq̃ȝ.s.tribus pecoribꝰ ꝛ duabꝰ volucribus potissima significatio reperit:illa sola offerri decuit.de adaptatione autẽ significatiõis horuꝫ ad xp̃m imolandũ dictũ fuit late Geñ.15.c. ℭDe piscibꝰ autẽ aliqs ingret qr̃ nõ imolabãtur sicut pecora ꝛ aues.ᵃℭAd qd̃ qdaꝫ rñdent ideo eos nõ imolari quia a qbusdaꝫ idolatris imolabant.ᵈHoc qdeꝫ verũ est sicut pꝫ ex auctoritate quorũdã poetaꝝ.nec tñ ex hoc sequit: quoniam eodẽ modo apud gentiles oues ꝛ boues imolabantur sicut patet per ouidium in libris fastorum:ꝛ in libris metamorpho.deus tamen mãdabat ista sibi offerri sicut hic pꝫ:imo pcipue ista debebat facere sibi offerri qm̃ hec a qbusdã gẽtibus in deos colebant.Colebãt nãq̃ȝ egyptij taurũ ꝛ oueꝫ ꝛ capram: ideo deꝰ pcepit ista sibi imolari vt qdam volũt:vt intelligerent hebrei q illa non erãt dij cum ipse faceret illa occidi.sic eniꝫ habetur Exo.8.ca.cuꝫ dicit.si mactauerimꝰ ea que egyptij colũt coram eis lapidibꝰ nos obruent.de h̃ ẽt ꝛ iuuenalis in satyra que incipit.qs nescit volusci.cum dicit.o sanctas gentes quibꝰ hec nascuntur in hortis numina.lanatis aialibus abstinet oĩs mensa:nefas illic fetum iugulare capelle.sicut ergo egyptij colebant ista aialia:ꝛ pro hoc dicit a quibusdã deum mãdauisse illa sibi offerri.ℭJteꝫ cum egyptij colant canes ꝛ pisces debuisset deꝰ mãdare sibi offerri canes ꝛ pisces.de quolibet autẽ istorũ habetur per lucanũ in fi.sexti libri de bello plusq̃ȝ ciuili iulij cesaris ꝛ pompei.hr̃ ẽt p iuuenalẽ in satyra penultima que icipit.qs nescit volusci bithinice qualia demẽs egyptus portẽta colat:crocodilon adorat.illic ceruleos.illic pisces fluminis.illic oppida tota canem venerant:nemo dianã.deus autẽ non mandauit sibi aliquid de istis offerri sed potius phibuit.de cane pꝫ Deutero. 23.ca.cum dicit non offeres pcium canis.de piscibꝰ autẽ lꝫ non inueniat expresse phibitum:qr tñ deus posuit regulam ad quã nihil addere debebãt vt habet Deutero.4.ca.satis intelligitur esse phibitum.non est igitur cã quare deo non offerant pisces qr gentiles illos dijs suis offerebãt sed potius colebãt:vt patet de delphine quẽ in celo posuerunt ꝛ pro deo colũt vt declarat ouidius in scdo lib.fastorũ.ℭCã auteꝫ est quare non offerant pisces qm̃ deus illa vult offerri a nobis que in potestate nostra sunt ꝛ in vsu cõmuni possident vt habet Parali.pmo.29.c.cũ dicit.tua sunt oia:que de manu tua accepimus dedimꝰ tibi.ꝛ qr ista animalia memorata in hoc.ca.in possessione hoĩum cõiter sũt:pisces autẽ a nobis semoti sunt:non decuit eos pcipi imolari.ℭJtem quia ea que dño offerebantur in aialibus viuentia esse debebãt:ꝛ quia pisces raro adduci poterãt viuentes ad dominũ:iõ nõ decebat de illis offerri.manẽt igit qnq̃ȝ species animalium de qbus domino offerri licituꝫ erat.s.de bobus ouibꝰ ꝛ capris:turturibꝰ ꝛ columbis.de quibus oibus habetur in hoc c.(De pecoribus.)Jnter pecora ꝛ pecudes grãmatici hoc differre dicunt q pecora animalia magna sunt vt boues ꝛ chameli.pecudes autẽ parua animalia sunt vt oues ꝛ capre.hoc tamẽ in sacra scriptura non obseruat:qm̃ tam magna q̃ȝ parua animalia pecora nominantur:pecudes autem raro nominat.sꝫ adhuc inter pecora ꝛ armenta sacra scriptura differentiã facit:qm̃ armenta magnorũ animaliũ congregationes esse dicit vt bouꝫ ꝛ chamelorum.pecora autẽ minora animalia dicit.sic obseruat Deutero.14.c.cum dicit.decimam frumenti ꝛ vini ꝛ olei:ꝛ primogenita de armentis ꝛ ouibus tuis offeres.fecit enim ibi differre armenta ꝛ oues:per armenta vaccas intelligẽs que maiora animalia sunt.ꝛ iterum in eodẽ.c.dicitur.ex eadem pecunia emes quicqd tibi placuerit siue de armentis:siue ex ouibus.hic tamen in pncipio huius.c.non obseruat aliqua differentia:qm̃ pecora tam pro magnis q̃ȝ paruis animalibus sumpsit cum dicitur.de pecoribus.i.de bobus ꝛ ouibus vtrũq̃ȝ nomine pecoris designans.j.tamen in hoc.c.obseruauit differẽtiaꝫ dicens.si de pecoribꝰ oblatio est de ouibus siue de capris.ibi qdem sola minora aialia nũcupauit.(De bobus ꝛ ouibus.) ᵉℭQueret aliquis cũ liceret victimas offerri deo ꝛ de ouibꝰ ꝛ bobꝰ capris quare non posuit hic capras.ℭFortassis aliquis respondebit q deus agebat hic de sacrificio holocaustorũ:ꝛ in holocaustis soli boues ꝛ oues offerri debẽt:ideo de capris subticuit.ℭAd hoc dicendũ est non posse stare:quoniã.j.quãdo declarat regula holocaustoꝝ:ponitur q aliquis potest offerre de ouibus ꝛ capris.non igit ob hoc subticet de capris.ℭJtem non potest stare illa responsio cum dicitur q deus agebat hic de holocaustis: quoniam lꝫ in hoc.c.agat de holocaustis.in principio tamẽ eius vniuersaliter locutꝰ est tam de pacificis victimis q̃ȝ de holocaustis q̃ȝ de hostijs pro peccato.pꝫ hoc ex punctatione littere cũ dicitur.homo q obtulerit ex vobis hostiaꝫ deo de pecoribus.i.de bobus ꝛ ouibus offerẽs victimas.si holocaustũ fuerit ꝛc̃.manifestum est q si in pncipio huius.c.cũ dicitur.homo qui obtulerit ex vobis hostiam.intelligeret solũ de holocaustis nõ subiungeret.si holocaustum fuerit.sed tamen hic distinguit an illa hostia sit holocaustũ vel non:ideo necesse est intelligi pncipium c.de hostia vniuersaliter sumpta.ℭDicendũ igitur est q deus non expressit hic de capris:non tanq̃ȝ exprimi deberet:sed qr satis expressis ouibus intelligebant capre.ꝛ iste modus loquendi est vulgatus in sacra scriptura.quoniam cum sepe deus agat de oblatione boum ouiũ ꝛ caprarũ solum exprimit armẽta ꝛ oues per armenta solos boues intelligẽs:per oues autẽ ꝛ capras designat.sic habet Deutero.14.ca.(Offerens victimas.)Signat enim victima aliquid qd̃ ferro occidit:ꝛ ideo si animalia viuentia offerrẽtur non ad hoc q domino imolarẽtur:sed ad aliquem alium vsuꝫ non offerebant victime.de hoc ebrardus ait. victima que cecidit ferro victrice vocat.hostibus a domitis hostia nomen habet.(Si holocaustũ fuerit.)Supra loquebat legislator de sacrificijs vniuersaliter non se determinans ad aliquã speciẽ eorum.in ista parte ponit de eorum diuersitate ꝛ varijs ritibus.ℭJn quo aduertendũ est sola tria genera sacrificiorum sacre scripture tradita fore.s.holocaustũ ꝛ victimas pacificas ꝛ hostiã pro peccato.de quibus oĩbus sm̃ ritus suos tractat legislator in hoc leuitico.de primo in pmo ꝛ scdo.c.de victima pacifica in.c.3.de hostijs pro peccato in.4.et.5.et.6.Est aũt holocaustum cum aliqd̃ animal masculini sexus deo offerebat pncipaliter ad laudem dei non inducente alia causa obligationis:aut petitionis:aut gratiarũ actionis.ꝛ tunc animalia decoriabantur:ꝛ lotis intestinis ꝛ capite ꝛ pedibus vniuersa comburebantur super altare dei:sola pelle animalis manẽte que in ius sacerdotis offerẽtis cedebat vt pꝫ.j.7.c.cũ dr̃.sacerdos q holocaustum obtulerit habebit pellem eius.nihil auteꝫ de carnibus istius sacrificij popularibꝰ offerentibus:aut sacerdotibus ministeria agentibus dabatur cum carnes coram domino incenderentur.vnde ob hoc holocaustũ in greco idiomate dictum est.s. ab holon qd̃ est totum:ꝛ cauma quod est incendiuꝫ quasi totum incensum.ℭSecundum sacrificiũ erat victima pacifica.ꝛ ista lꝫ ad laudem dei fieret sicut omnes cerimoniales actus.causa tñ inductiua eius nõ erat laus dei:sed aut alicuius rei petitio:aut gratiarũ actio pro susceptis.Pro quo sciendũ est q omnia que nos recipimus a deo suscipimꝰ:nec aliqd eo inuito habere possumus.Si igitur deus nobis iratus est lꝫ frequẽter petierimus nihil dabit.placatus autẽ nobis omnia que petimus largietur:

Marginalia (left): B — Sola decẽ pecora mũda erãt apd̃ iudeos. — 1.cã. — 2.cã. — 3.cã. — Alij dãt aliã ꝛ q̃r tã cãꝫ de q̃.j.q.20 b. — Qõ. 13. A — Qr̃ nõ imolabãt pisces. — ᵃRñ.aliquorũ. — ᵈ1.rõ ꝫ. Propter qd deus iussit sibi offerri tauꝝ ouẽ ꝛ capraꝫ. — 2.rõ. — Rñ. ṽa auctoris.

Marginalia (right): B † — Pecora ꝛ pecudes differunt. — ᵉQõ. 14. A — Qr̃ deꝰ nõ posuit hic capras. — Cuiusdam rñ.ad q̃stũ Improba. — B — Hoc.rñ. ad quesitũ. — † Victima qd sit. — † Notãdum lr̃ale. — Holocaustũ qd sit. — C Victima pacifica qd — Vide.s̃.q. 1.b.

holocaustoꝝ ⁊ ad basim eius. ⁊ in hoc sacrificiū erat saltem large dictū. ideo in sanguine illo aspergendo ⁊ effundēdo mundicia seruabatur. de eodem quoq; animali immolato accipiebat tota pinguedo iteriora cū renūculis ⁊ cōburebat sup altare holocaustorum. ⁊ hoc cum magna mundicia fiebat ga erat ꝓprie sacrificium. deinde autem pellis: ⁊ carnes: ⁊ caput: ⁊ pedes: ⁊ fimus: ⁊ cornua animalis cōburebantur extra castra: ⁊ in ꝟ non erat mūdicia ga ex illa combustione fetoꝝ exhalabat. Cetera autez que ante hoc in sanctuario de hoc animali facta fuerant ad sacrificiuz pertinebant ⁊ ideo munda erāt. ideo dicendū est generaliꝝ q in sacrificio ꝓ peccato ea que fiūt ⁊ comburuntur in sanctuario ad sacrificium pertinēt: ea autez que extra fiunt ⁊ cōburunt nō pertinent ad sacrificium: ideo non differret an ibi mūdicie vel immundicie comburātur ga ad sacrificium non ptinent. ¶ Et si dicas. quare igit carnes illius animalis cum fimo: pelle: ⁊ cornib⁹ extra castra cōburebantur. ¶ Respōdendū est hoc fieri ad magnam detestationem peccatoꝝ. ⁊ signuz huius est ga ꝓ magnis peccatis. s. ꝓ peccatis sūmi sacerdotis ⁊ totius populi cōburebantur sacrificia totaliter extra castra. in minoribus autē peccatis. s. personaꝝ priuataꝝ ⁊ peccatis ꝑncipū non comburebantur sacrificia extra castra sed sacerdotes illa comedebāt. de hoc ꝓ infra. 4. et. 5. ca. de sacrificio vitule rufe eo modo dicēdum est: ga lz illa ex mādato dei cōbureretur ꝓ aquis lustrationis vt ꝓ Nume. 19. tñ sacrificium nō erat: qñ nec aliquid de sangui ne eius aspergebatur vel effundebat intra sanctuarium: nec ēt pinguedo eius cremabatur sic in alijs sacrificijs fieri solebat: nec aligd de carnibus eius super altare holocaustoꝝ ponebat: sed tota cum sanguine ⁊ pinguedine: carnibus: pelle: ⁊ fimo: ⁊ pedibus: ⁊ cornibuꝫ extra castra comburebatur: ⁊ sic nihil in ea ad sacrificium pertinebat. ideo mirādū non est q in ea omnia immunda fierent cum ibi nihil ad dei sacrificium pertineat. Solum autē poterat dici aliquo modo pertinere ad deum vitula rufa ga deus mandabat illaz comburi vt ex cineribus eius fierent aque lustrationis vt habet Nume. 19. (Artus in frusta concident.) Postq animal cremandum in altari decoziatum erat debebat diuidi in plura frusta: qñ non ponebatur sic totum simul vt arderet in altari: qñ sic conuenienter cremari nō possit: sed oibus partibus cōcisis totum qcquid eius erat super ignē altaris ponebatur. (Et subijcient in altari ignez.) Hic est ordo ꝓposterus: qñ ꝓmo debebat poni ignis in altari q̄ ponerent ibidem carnes: subijcere tñ ignem est quando ipsis carnibus positis ⁊ ordinatis in altari ponebatur ignis sub eis. sed hoc non erat qñ sic conuenienter fieri non posset. ¶ Itez sciēdum est q non ponebatur tunc nouiter ignis in altari cum holocausta cremāda erant: sed semp erat ignis in altari nec vnq extinguebat: sed potius sacerdos quotidie fouebat ignē illum subijciens ligna vt habet ifra. 6. ca. cū dicitur. ignis autez in altari meo semper ardebit quē nutriet sacerdos subijciēs mane ligna p singulos dies. (Siue lignoꝝ aīa posita.) Hic redit ad ordinem rectum. s. q ꝓius ponēdus erat ignis q̄ sacrificia ponerent desup: ⁊ illa ligna ordinabant in magnā vel paruā q̄ti tatem ſm exigentiā imponendoꝝ sacrificioꝝ: qñ aliqñ multa interdum vo pauca poni necesse erat. (Et membra que sunt cesa desuper ordinantes.) Cum enī omnia membra aīalis diuisa essent ponebātur super ignem altaris in ordine conueniēti ita vt ignis illa conuenienter consumere posset. Et sciendum q carnes istoꝝ holocaustorum in altari simul ponebantur: nec tamē in eūdem cumulum ordinabantur: hoc tamē erat vt simul arderent. nec tamē hoc referēdum est ad omnia holocausta: sed solum ad illa que fiebant spōtanee a populo qñ erant quedam q̄ regulariter quotidie fieri debebant. s. duo: quoꝝ alteruz vocat sacrificium matutinum: ⁊ aliud sacrificiū vespertinum. de qb⁹ Exo. 29. ⁊ infra. 9. ca. ⁊ Nume. 28. in istis enim quotidianis nō sic ordinabantur carnes nec cremabantur sicut in alijs: quoniā non ponebantur omnia frusta simul sed successiue: ita vt holocaustum illud duraret per totam noctem ⁊ per totum diē vt habetur infra. 6. ca. cum dicitur. hec est lex holocausti. cremabit in altari tota nocte vsq; mane. (Caput ⁊ cuncta que adherent iecori.) Hic ponit ea que erant comburenda de animali: quoniam aliquis crederet q cuz caput ⁊ pedes animalis inter carnes eius non computentur non esse ista in altari iure holocaustorum cremanda. Subdit igitur q caput etiam cremandū est. (Et cuncta que adherent iecori.) Intestina enim ⁊ ea que iecori adherent lz carnes: sint cōmuni tamen appellatione iter carnes non computantur. ideo mandat illa exprese adoleri super altare: tota namq; piguedo animalis immolati comburi debebat super altare: qz hoc erat potissimū qō deus volebat in omnib⁹ sacrificijs: qñ in quibusdam sacrificijs nihil de ipsis carnibus aialium offerebat nisi interior pinguedo sic ꝓ in sacrificio ꝓ pctō: qñ vitulus immolabat ⁊ cōburebatur extra castra: qñ tūc solum aspergebatur sanguis eius coram propitiatorio ⁊ tingebat coznua altaris thymiamatum ⁊ reliquus sanguis effundebat ad basim altaris. Carnes aūt oēs extra castra cōburebant cum pelle cornibus ⁊ fimo ꝓter renūculos ⁊ pinguedinē interiorē: qñ hec super altare cremabant vt ꝓ. j. 4. c. (Intestinis ⁊ pedibus lotis aqua.) Alie partes animalis lauande nō erant vt in holocaustū ponerent: sed sola intestina que sordibus plena sunt: ⁊ pedes qui rerum vilium tactu maculati erant: nec sic debebant pedes simpliciter comburi: sed ꝓius pellis detrahebatur ⁊ carnei vngues: qñ als viderentur cōburi carnes cum pelle: cum tñ ꝓius mandauerit bestie pellem detrahi. (Adolebitq; ea sacerdos). i. postq; omnia ista essent sup altare ordinata sacerdos debebat ea adolere. i. comburere applicando eis ignē ⁊ ordinando eo mō quo decebat ne carnes indecenter cremarent. ideo cum holocaustū cremabatur semp sacerdos assistere debebat carnes ordinans. vnde cū sacrificiū vespertinuz tota nocte cōbureretur sacerdos assistere debebat ad cōburendum illum sic ꝓ. j. 6. c. ⁊ iste sacerdos erat cui tunc ꝓtigisset facere sacrificiū. nam aligs sacerdos iugulabat animal: ⁊ ipse decedebat in frusta: decoziabat atq; ponebat carnes concisas super altare: alij aūt sacerdotes offerebant sibi sanguinez animalis: ⁊ iste solus sacerdos qui posuerat partes carniū super altare dicebat facere holocaustum: alij autem non lz ei ministrarent. sic ꝓ. j. 6. c. cuz dr. sacerdos qui offert holocausti victimā habebit pellem eius. ibi enim de vno sacerdote loquit. manifestum est tñ q multi sacerdotes erant qui holocaustū administrarent. sic patet hic qz gdam iugulabāt alij aūt sanguinem offerebant eo mō. patet. j. 7. c. vbi dr q sacerdos qui offert victimas pacificas habebit de eis armū dextrum. iste aūt sacerdos solus erat qui disponere debebat carnes holocaustoꝝ super altare. alij autem ad hoc minime accedebant. (In holocaustum ⁊ suauez odorem.) Ista omnia dicebantur offerri in holocaustum qñ omnia que in animali erant cōburebantur nullo penitus relicto sicut in alijs sacrificijs fieri solebat: vt patet in pacificis hostijs ⁊ victimis ꝓ peccato: qñ ibi partes quedam cremabantur ⁊ alie non. sic patet. j. 3. et. 4. c. (Et suauem odorem dño). i. q odor exhalans de istis carnib⁹ holocaustoꝝ erat valde suauis ⁊ delectabilis domino. ¶ In quo considerandum est q si hoc ad litteram accipiatur falsum est qñ impossibile est deum aligd odorare qñ nō hz potentiā odorandi vt mēbra organica assignata potentijs sensitiuis: qñ ista conueniunt solis animalibus vt patet per Aristo. 2. de anima ⁊ in libro de sensu ⁊ sensato. qñ esse sensibile. i. sensitiuū est per qō animalia ab omnibus alijs rebus differunt: sacra tamen scriptura fingit eum ad modum hominis: ⁊ sic homines odorātur in rebus qd suaue aut quid fetidum sit: ita de deo dicit q odoretur suauitatez odoris carnium holocausti. est autem ista fictio ad incitandum corda virorum ad faciendum holocausta: qñ cum audirent q deus delectabatur ⁊ suscipiebat gratis odorem holocaustorum incitarentur ad hec faciēdum cū scirent se deo placituos. ¶ Est tamen considerandū q si fortassis deus odorareť odorem holocaustorum non est sibi ille odor suauis: qñ odor carnium cōbustarum est valde grauis ⁊ cuilibet animali satis cōtrarius sic patet cum aliquando carnes cōburuntur: ⁊ potissime qz hic adipes ⁊ tota pinguedo cōburebantur que solēt abominabilem odorem causare. vnde dicendū est deum nec in illo odore delectatū fuisse nec potuisse delectari: ⁊ si fortassis perciperet ille sibi grauis eēt nisi euz a naturali qualitate mutaret. Credendum tamen est q deus totum fetorem quē ex illis sacrificijs exhalaturum fozet: aut totaliter abstulerit: aut in suauem odorem conuerterit: qñ als nullus tantum ⁊ tam quotidianum fetorem tolerare posset. ꝑsertim quia ex hoc diuina sacrificia animis vilescerent. Nec obstat si aliquis thura apponeret ad fetorem illum excludendum: qñ nullo modo aliqua thuris quātitas ad tantum fetorem ⁊ tam quotidianum abolendū sufficeret. de quo latius dictum est Exo. 30. et. 29. c.

¶ Cō si de pecoribus oblatio est: de ouibus siue de capris holocaustuz: agnum anniculū ⁊ absq; macula offeret: ꝛ immolabitq; ad latus altaris cō respicit ad aquilonem coraz dño.

Dubium B Rūfio.

†

†

An ponebat nouiter tunc ignis in altari.

†

†

£

Duo i veteri testō quotidie fieri debebant.

†

D

Que sint de aliquibus cremāda

†

E

†

†

F

†

Quis sacerdos debat facere ista.

Quō itellr q dō aligd odorat.

Quō sacerdotes poterant tantū ⁊ tā quotidianū fetorem tolerare.

De cō. di. 5 ca. 1. in glo. di. 2. c. non opz.

Sanguinem vo illius fundent super altare filij aaron per circuitū. Diuidetq; mēbra: caput t oia q̄ adherēt iecori: t iponēt sup ligna qb⁹ subijciēdus est ignis. Intestina vo t pedes lauabūt aqua: t oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustuz t odorem suauissimum domino.

De pēi. dis. 1. c. liberet ibi i lege sacrificiū. infra eo. 5

Quis ritus obſuād⁹ ē cū bolocausta ō gregib⁹ offerēda sunt.

Qō si de pecoribus. ¶ Posuerat supra legislator vnam regulā. s. quando holocaustum fit de armentis quis modus teneri debeat in eius ritibus: nunc vo secūdam subijcit. s. quis ritus obseruandus sit cum holocausta de gregibus. s. de minoribus animalibus offerenda sint. t ista regula eadem quasi est in ritibus cum superiori lz animalia imolata differant. (Q; si de pecoribus.) Hic accipit pecora stricte t non eo modo quo supra in p̄cedenti. c. huius assumpserat quoniā ibi boues t oues t capras pecora appellabat. hic autem sola animalia minora pecora vocat. s. capras t oues: vnde distinguit hic pecora t armenta sic solet distinguere armenta t greges: quoniā armenta semper magna animalia signāt: greges autem parua. t cuz dicitur hic q; si de pecoribus idez est: ac si diceretur de gregibus. (Si de pecoribus oblatio est.) cuius pecora in holocaustum offerrentur: tamen non erat istud holocaustum cum a principio offerebatur: sed prout ab ipso offerrente est qui animal vtuum offert oblatio dicitur: prout autem a sacerdote accipit qui animalia imolat t comburit holocaustum est. Cum igitur dicitur hic. si de pecoribus oblatio est. idem est ac si dicatur. si ablatuz fuerit aliq̄ pec⁹ de quis vt ex illo holocaustū offeratis. (De ouib⁹ siue de capris.) Declarat hic quid nomine pecoruz intelligatur. t dicit solum duo. s. oues t capras intelligi: quoniā boues qui etiam pecora nominantur computati sunt inter armenta. hic autem sola minora pecora. s. oues t capras assumi oportet. (Holocaustū agnum anniculum). i. si oblatio illa de caprīs t ouib⁹ fit in holocaustum: t hoc debet continuari cum tota littera superiori. s. dicendo si de pecoribus oblatio est: de ouibus siue caprīs holocaustum. i. holocaustum fiet: cum dicitur agnum anniculum. incipit ponere regulā de quo fieri dz istud sacrificiū: t dic q; si de caprīs vel de ouibus fuerit holocaustū debz accipi agnus anniculus.

Qō. 22 A An sp̄ debeat accipi agn⁹ ānic⁹ lus.

¶ Nō tñ est itelligēdū q; semp accipiet agnus ānic⁹ lus qñ impossibile est q; cum fiat oblatio de caprīs offerat agnus ānic⁹ lus: ga necessarium est tunc hedum offerri. Sz sic dicitur q; debet offerri agnus anniculus referēdo ad oblationem que fit de ouibus: ita intelligendū est q; cū de caprīs oblatio fiat offerendus est hedus anniculus. i. vnius anni. Nec tamen putandū est q; ista animalia deberent esse precise vnius anni: ita q; nec haberent aliquos dies vltra nec citra. quoniam hoc difficile erat: sed vocatur agnus anniculus. i. non habēs p̄fectum vnum annum sed est in vno anno t in toto illo anno offerri poterat in holocaustum postq̄ cōpleſſet octo dies a natiuitate sua: ante octauum autem diez offerri nūq̄ poterat. Sic habetur Exodi. 22. cum dicitur. primogenitum filiorum tuorum dabis mihi: de bobus quoq; t ouibus similiter facies septē diebus sit cum matre sua: die. 8. reddes illū mihi. Sic habet etiaz 22. c. cum dicitur. bos: ouis: t capra: cum genita fuerit: septē diebus erunt sub vbere matris sue. die autem octauo t deinceps offerri poterunt domino. Causa autem quare mandat agnos anniculos offerri t non arietes trium vel quattuor annoz est: quia deus vult ea que homines preeligunt sibi. s. carnes teneras precipue in filijs capraruz: ideo mandabat infra annū vel vsq; ad completionem vnius anni sibi illa animalia offerri: aliquādo tamen in alijs sacrificijs permittebat arietes t oues t capras mature etatis offerri: t hoc quia non obseruabantur cerimonie ita stricte in alijs sacrificijs sicut in holocaustis cum ita directius tendant in deum q̄ omnia alia: ga alia lz aliquo modo non sunt ad laudem diuinam tamen precipue sunt pro alijs causis. (Ad latus altaris quod respicit ad aquilonem.) Hic determinatur locus in quo sacrificium istud imolari debebat: t dicitur q; erat imolanduz ad latus altaris: ex quo conuincitur erronea illorum positio qui dicebant debere imolari semp animalia super altare quin potius apud altare imolanda erant: t ibi defluebat sanguis super aliqua vasa vt sic offerri possit sacerdoti ad tangendum parietes altaris. t dicitur q; hoc fieri debebat iuxta latus altaris quod est ad aquilonem: quoniā altare holocaustorum erat extra tabernaculum ad hostium eius ad partem meridianā hostij. t sic latus aquilonare altaris erat apud hostium tabernaculi: t cum animalia imolarentur iuxta latus aquilonare altaris iugulabantur circa hostium tabernaculi. Si vo ad meridianuz latus altaris iugularentur esset ista imolatio seiuncta ab hostio tabernaculi. t tamen intentio legislatoris erat fieri istam imolationem ad hostium tabernaculi vt videretur fieri coram domino qui erat intra tabernaculum t precipue intra sancta sanctorum super propitiatorium: t ista causa subiungitur immediate in littera cum dicitur coram domino. idest q; ista immolatio fiebat ad latus aquilonare altaris vt fieret coram domino: idest coram hostium tabernaculi in quo erat deus: qualiter autem coram domino fieri dicatur supra declaratum est. (Sanguinem vo fundent super altare.) sicut in superiori holocausto accipiebatur sanguis animalis imolati vt funderetur per parietes altaris: ita t hic accipiebatur: t in omnibus sacrificijs. hoc erat generale q; siue carnes ille comburerentur in sanctuario siue non comburerentur semper accipiebatur sanguis: siue ad aspergendum intra sancta sanctorum coram propitiatorio: vel ad tangendum coznua altaris thymiamatuz vel ad fundendum per parietes altaris holocaustorum vt patet hic t infra. 3. et. 4. et. 5. ca. t in hoc conuincitur error illorum qui dicebant solum in altari tingi ouo coznua eius opposita sanguine: t reliquum fundi ad basim altaris: quoniam hic dicitur q; sanguis fundendus erat super altare. constat tamen q; tingere coznua non erat fundere sanguinem super altare sed potius linire. ideo necessario dicēduz est q; sacerdotes habentes sanguinem illum in vasis fundebāt per parietes altaris. t cum dicitur hic q; sanguis fundendus erat super altare non est intelligendum q; funderet intra ipm altare: quia hoc erat fundere sanguinē sup ignē q; erat in altari t super carnes in altari positas: quoniam totū in altari aut pro maiori parte ignis occupabat qui tot partes holocaustorum voraturus erat. Sed cum dicitur sanguinem sic effundendum intelligendum est q; sanguis fundebatur per parietes altaris solum t sic decurrebat vsq; ad basim. hoc patet in littera cum dicitur. sanguinem vo fundent super altare filij Aaron per circuitum: quoniam non solum dixit super altare sed in circuitu: scilicet super solos parietes. ¶ Causa autem q̄re sanguis iste super altare fundebatur t quomodo ad expiationem proficiebat supra declarata sunt: hic autem sanguis cū fineret per parietes altaris inquinabat aliquo mō ipz altare: quoniam congelabatur in parietibus eius: sed postea sacerdotes illum sanguinem concretum mundabāt abstergētes ne aliquid maneret. t hoc idem facile erat quia coopertura altaris in parietibus enea erat: que faciliter a qualibet macula abstergi potest. q; autem mundaretur altare apparet Exo. 29. ca. cū dicitur. mundabis altare cum imolaueris expiationis hostiam t vnges illud in sanctificationem. (Filij Aaron.) Mandabat q; sanguis iste funderetur per filios Aaron: non quidem q̄si essent alij qui deberent aut possent aliquam ministrationē facere in sacrificijs preter filios Aaron: quoniam si aliquis tam de leuitis q̄ de popularibus hoc attentaret morte puniebatur vt patet Nume. 16. et. 18. ca. Vocantur tamen filij Aaron illi sacerdotes qui ministrabant principaliter in sacrificio illo sed qui subministrabant sacerdoti facienti holocaustum: t sic ipse sacerdos qui faciebat holocaustum q̄si esset de minoribus sacerdotibus: quia tamen ministrabat principaliter videbatur habere locum sūmi sacerdotis siue Aaron. alij autez qui subministrabant sibi videbantur habere locum minorum sacerdotum: t quia filij Aaron erant minores sacerdotes: ideo isti qui ministrabant illi sacerdoti faciendo holocaustum in offerendo sanguinem vocabantur conuenienter filij Aaron q̄uis tam isti qui sanguinem offerebant subministrantes q̄ ille qui principaliter sacrificium faciebat essent eiusdem gradus sacerdotalis: scilz q; vtriq; essent sacerdotes minores. Similis modus est in sacerdotibus nostris: quia cū soleniter missa celebratur adiuncto diacono t subdiacono: q̄q̄ isti sacerdotes sint habentes ordinem presbyteralem sicut t ipse qui missam celebrat: tamen quia administrant sibi in minori officio non sunt ibi tāq̄ sacerdotes sed in quodā minori gradu. (Per circuitum.) Denotat qualiter sanguis fundi deberet super altare: scilicet q; non funderetur in medio eius nec in aliquod latus sed in circuitu: scilicet per parietes altaris: ita vt intra altare nihil flueret sed extra per latera altaris. (Diuidentq; mēbra.) Non solum membra diuidenda erant: sed ante hoc erat

Agnos āniculos qr of ferri mandatur.

Filij aaron q vocentur.

pellis

pellis detrahenda: hic tamen legislator ista nō enumerat: quoniam in superioribus cum ageretur de vituli immolatione enarrata sunt. ⁊ dicitur hic q̄ diuident membra: quoniam siue hedus siue agnus offerretur membra eius in partes secāda erāt ⁊ ordinanda super ignem eo modo quo supra dictum est. (Caput ⁊ omnia que adherent iecori.) sicut in immolatione vituli offerebantur super altare caput ⁊ pedes ⁊ tota pinguedo: ita in sacrificio ouium ⁊ capraruz caput ⁊ pedes cremabātur: preter hoc etiam omnia que adherebant iecori ideſt epar ⁊ splen ⁊ tota pinguedo interior cum renunculis offerri debebāt. (Et imponent super ligna.) ideſt q̄ partes istorum animaliū concise poni debebant super quendam cumulum lignorum positum in altari: ⁊ erant congruenti ordine aptande iste ptes animalis vt sic congruentius vrerentur. (Quibus subijciendus est ignis.) Refertur ad ligna quibus ignis subiectus erat. ordo autem erat iste quia in altari semper erat ignis: ⁊ cum fieri deberent sacrificia ponebantur ligna super ignem preexistentem vt patet infra. 6. ca. ⁊ super illa ligna ponebantur partes animalis cremande. ordo iste designatur infra. 6. ca. cuz dicitur. ignis autem in altari semper ardebit quem nutriet sacerdos subijciēs mane ligna per singulos dies: ⁊ impositio holocausto desuper adipes adolebit. ¶Et cum dicitur hic quibus subijciendus est ignis. non est intelligendū q̄ tunc q̄ holocausta aut alia sacrificia fieri deberēt adducerent ligna ⁊ non uiter poneret ignis i altari: ga ignis semp erat in altari. p3 ifra 6. c. cū dz. ignis aūt in altari semp ardebit quē nutriet sacerdos. ⁊ postea subiūgit. ignis iste est ppetuus q nūq̄ dficiet in altari. Sed dicitur hic. quibus subijciendus est ignis: quoniam ignis qui erat in altari semper erat infra ipsa ligna que ponebātur cum fiebant holocausta: ⁊ sic ignis subiectus erat: nec potest dici q̄ subijciendus erat ignis in altari tempore sacrificiorum: scilicet q̄ preter ignem preexistentem adduceretur alius ignis in aliquibus lignis incensis quoniam hoc vetitum erat: cuz solum ille ignis qui erat in altari quem deus miraculose a principio cauſauerat ad omnes vsus sanctuarij accipi debebat. Sic dicitur infra. 6. ca. ignis ex eodem altari erit. ideſt ignis qui p fuit ad facienda sacrificia debebat esse de ipso altari ⁊ nō debebat aliunde adduci: vnde si quispiam in aliquod ministeriū sanctuarij vellet alienum ignem accipere moriebatur. Sic patet de duobus filijs Aaron: scilicet Nadab ⁊ Abiu qui cū vellent ministrare coram domino accipientes ignem alienum a domino combusti sunt vt patet infra. 10. ca. (Intestina vō ⁊ pedes lauabunt aqua.) Sicut in immolatione vituli ista que immunda erant lauabantur anteq̄ in altari cremarentur: ita ⁊ in holocausto facto de ouibus ⁊ capris. causa autem erat quia intestina ⁊ pedes sordibus plena sunt: ideo vt domino nihil immundum aut turpe offeratur lauanda erant: lz in sacrificio p3 peccato q̄ comburebatur extra castra non lauabantur intestina vt cremarentur: sed sic sordibus plena cremabant. hoc autem erat quia illa combustio non pertinebat ad diuinum sacrificium sicut supra questio. 21. declaratum est. ideo nihil magis referebat illa immunda comburi q̄ lauari ⁊ postea comburi: immo conuenientius erat intestina illa sic sordibus plena cum pelle ⁊ cornibus comburi q̄ prius emundari quoniam ad maiorum esset peccatorum detestationem q̄ als si mundarentur ⁊ postea cremarentur: sicut in sacrificijs que fiebant ad laudem dei ⁊ non p3 aliquo peccato. (Oblata omnia adolebit sacerdos.) Dicebatur sacerdos debere omnia ista oblata sibi comburere super altare: quoniam cum animal secabatur in partes non accipiebat sacerdos ministrans illas partes cōcisas ad ponendum in altari: sed alij sacerdotes qui astabant sibi subministrantes accipiebant partes illas in aliquibus vasis ⁊ offerebant illi sacerdoti qui principaliter ministrabat faciens holocaustum: ipse autez assumens illas partes animalij de manibus eorum imponebat super ligna que erant in altari ⁊ sic cremabat. Sic autem patet de sanguine quoniaz supra dicebatur q̄ filij Aaron: ideſt sacerdotes minores vel subministrantes deberent accipere sanguinem ⁊ fundere super altare ⁊ non ipse sacerdos qui principaliter offerebat: sed isti sacerdotes qui astabant sacerdoti ministranti principaliter offerebant ei ista sicut diaconi ⁊ subdiaconi astant presbytero ⁊ subministrant ei in quibusdam sm leges ecclesie. ¶Cum autē dicitur hic. oblata omnia adolebit sacerdos. est sensus q̄ sacerdotes astantes isti sacerdoti principaliter ministranti offerebant sibi omnes partes concisas animalis: ⁊ ipse accipiens ab eis ista oblata adolebat sup altare. (Adolebit sacerdos.) Non accipitur hic sacerdos specialiter pro sacerdote magno: qm̄ nō solum pertinebat ad ipsum immolatio ⁊ ministratio omnium sacrificiorum: sed etiam ad sacerdotes minores sicut. s̄. declaratū est. vocatur autem hic sacerdos quilibet qui ministrabat faciendo principaliter ipsum sacrificium: siue esset sacerdos magnus siue de minoribus. vocatur tamē sacerdos quasi specialr eo q̄ distinguitur contra omnes alios astantes sibi ministrādo: qui q̄uis eiusdem gradus sacerdotalis essent: quia tamen principaliter non ministrabant sed ministranti subseruiebant solus alius principaliter ministrans sacerdos inter eos vocabat q̄si nullus illorum sacerdos esset. (Super altare in holocaustum) i. q̄ omnes ille partes concise animalis cōburebant super altare vt cremarentur: dicebantur autem poni in holocaustum. i. ad totalem incensionem qm̄ nihil de illis incōbustum manere debebat: nec aliquā partem illarum carniz sacerdotes aut laici offerentes habituri erant. sola autem animalis pellis cedebat in ius sacerdotis ministrantis. (Et odorem suauissimū domino). i. q̄ ista que comburebantur in altari erant ad suauem odorem dei. s. q̄ deus delectaretur in illis. non quidem q̄ aliqua realis delectatio inde deo proueniret: qm̄ impossibile est vt. s̄. c. precedenti probatum fuit. potissime cum deus in seipso delectetur nec recipit aliqua gaudia exteriora: qm̄ tunc aliqua pfectio diuina ab extrinseco adiaceret: ⁊ sic deus esset in potentia ad illam delectationem suscipiendam: qz esset deum imperfectum esse: qz tunc necessariū erat id qō deum perficeret causando in eum delectationem perfectius esse illo qō ab omnib⁹ negatur: ideo Aristo. 12. metaphy. cū ponit proprietates prime intelligentie quā nos deum appellamus dicit eā esse sume gaudiosam ⁊ in seipsa delectari. hic tamen quando dicit odor holocaustorum erat suauissimus domino. nō est sensus qō aliqua delectatio causaretur in deo ex illis sacrificijs: sed q̄ ipse acceptabat ea tanq̄ essent aliqua delectabilia nimiz: non qdez in se quicq̄ habentia propter qō a deo acceptari deberent: sed qz ex voluntate ⁊ ardore deuotōis offerētiū deus illa acceptabat.

Quis vocetur ꝺ sacerdos.

Holocaustū de auibus.

¶Sin autez de auibus holocausti oblatio fuerit dño: de turturibus ⁊ pullis columbe offeret eam sacerdos ad altare: ⁊ retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco: decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: veiculam vero gutturis ⁊ plumas proij ciet prope altare ad orientalem plagaz: in loco in quo cineres effundi solent. ¶Confringetq̄ ascellas eius ⁊ nō secabit: neq̄ ferro dividet eaz: ⁊ adolebit super altare lignis igne suppositio. holocaustum est ⁊ oblatio suauissimi odoris domino.

Si autem de auibus. Hic ponitur tertia regula de modo holocaustorū. ⁊ sunt holocausta que pertinent ad volatilia: quoniaz sicut deus voluit de armentis ⁊ gregib⁹ aliqua sibi offerri. sic ⁊ de volatilib⁹ aliqua elegit. (Si de auib⁹ holocausti oblatio fuerit). i. si fuerit facta aliqua oblatio auium ad faciendum holocaustum. (De turturibus ⁊ pullis columbe). i. quando fuerit facta oblatio volatilium non poterit offerri aliqua alia auis ab his duabus.

¶Quare de turturibus ac pullis columbarum solum holocausta domino fiebant ⁊ non de alijs auibus. Qō. 23.

A Rōsio ad q̄stū qō. 6.

Queret autem aliquis quare de alijs auibus non fiebant holocausta domino. ¶Cui responderi potest q̄ cum omnia sacrificia veteris legis fierent in quandam figuram futurorum. iuxta illud apostoli. 1. ad Corin. 10. c. omnia in figura contingebant illis. oportebat vt talia genera auium assumerentur ad immolationem que significationi conuenirent quā legislator intēdebat inducere: ⁊ qm̄ inter aues quedam sunt rapaces non laboribus intendentes: sed viribus ⁊ iniurijs escaz querentes: sicut aquile ⁊ asturcones ⁊ accipitres ac milui non decuit ex illis sacrificiuz fieri qm̄ deus non acceptat sacrificium de rapina: qm̄ potius quedam animalia istorum sunt que ab altaribus carnes sacrificiorū rapiebant: sicut apud gentiles sacrificia fiebant in locis publicis ⁊ ponebantur intestina animalium super altare. fiebat autem aliquando vt milui descendētes veloci ipetu ea raperent. vnde homolichi apud gre-

Notādū litale.

Duo filij Aaron igne alieno cōbusti sunt.

Lectio positio.

Milui vocāt a grecis bomolucbi.

cos nuncupantur. ⁊ ob hoc dicuntur tāq̄ raptores intestinorū qō proprie bomoluchus signat. Quedam autē sunt imūde valde propter cibos quos sumunt ⁊ propter quosdam actus: sicut ciconie egypti que imisso rostro per posteriora aluum purgāt. De similibus autem quoniam vilia sunt non oportebat aliquid domino offerri: cum sibi soli non solum munda sed in extremo mundissima offerri oportet. ¶ Quidam autem ad hoc respondent dicentes non imolari alias aues deo: quoniam ipse intendebat vitare idolatriam: sed quedam auiuz erant assignate diis gentilium ideo de ipsis sacrificia fieri non decebat: sicut patet de aquila que armiger iouis ab omnibus poetis appellat ⁊ fulmina in pedibus ferre dicitur que ad iouem pertinent. Sic p̄z de pauonibus qui iunoni dee consecrati erant vt fatua poetar finxit auctoritas: ⁊ in hunc moduz de multis alijs auibus: non licuit igitur de his offerri deo quoniā ad deos gentilium pertinebant. ¶ Sed hoc stare non valet quoniam potius ex oppositio infertur q̄ deus debuisset mandare omnia illa generavolatilium sibi offerri que diis gentilium consecrata erant. Dec enim ratio a quibusdam cōmuniter redditur cum querit cur deus mandauerit imolari sibi boues: oues: ⁊ bircos. ¶ Respōdent hoc factum fore ad euitationem idolatrie: ⁊ quoniam in egypto iudei viderunt coli in deos apim bouem qui erat magnus deus egyptiozum: ne eum putarent esse deum mandauit boues sibi imolari: ⁊ quia ibidem colebatur hamon cuius caput erat habens cornua arietis: reliqua corporis pars humanam pretendebat effigiem mandauit arietes immolari ne eos deos esse crederent: ⁊ quia interdum demones qui ab egyptijs colebantur in bircozum specie apparebant mādauit quoq̄ sibi bircos imolari. hec enim cōmunis assignatio est quare istas tres species pecozum sibi deus imolari mandauerit. Cum igit hec ad vitandam idolatriam fierent deberent ille quoq̄ aues deo immolari quas gentilium fatuitas dijs suis cōsecratas ac per hoc quasi diuinas esse arbitrata est: ⁊ tunc argueret q̄ potius debuissent imolari aquile: ⁊ pauones: ⁊ cozui: ⁊ noctue: q̄is iste aues dijs consecrate erant: scilicet aquile ioui. pauones iunoni. cozui phebo. noctua paladi. turtures autem immolari nō debebant: quoniam nulli deozum apud gentiles consecrate videbantur. ¶ Item deficit fundamentum istozum quoniaz dīt ad euitandam idolatriam non deberi immolari deo volatilia que dijs gentilium consecrata erant: quoniā tunc colūbe imolari non debuissent cum veneri dee gentilium consecrate essent sicut frequenter declarat Ouidius in libris metamorphoseos. hic tamē mandat deus offerri pullos columbarum. non igitur ob hanc cām hec volatilia sola deo offerri debuerunt. ¶ Dicendum igitur duas esse causas principaliter quare deus hec sola volatilia sibi offerre mandauerit. Prima est quoniā deus volebat in sacrificijs incitare deuotionem omnium populariū tam diuitum q̄ pauperum. non debuit igitur constituere oblationem in rebus que magni valoris essent: quoniam tunc pauperes habere non possent nec eum sic colerent. ⁊ quia si de⁹ mādasset aliqua volatilia sibi offerri que rarissime in vsu eēnt in terra promissionis: necessariuz erat vt illa magni precij essent: ideo mandauit solum sibi imolari de volatilibus que cōmuniter ⁊ in magna abundantia habebantur in terra promissionis. huiusmodi autem sunt iste due species volatilium: scilicet turtures ⁊ columbe. ¶ Alia ratio est quia sm q̄ supra presupponebatur ⁊ aliqualiter inductum est: sacrificia que fiebant in testamento veteri erant vt signa aliquarum rerum que erant in nouo ⁊ potissime quantum ad significationez Christi imolādi in cruce. ⁊ quoniam iste due aues magis conueniunt ad significationem Christi q̄z alie: ex eo q̄ columba que sine felle est mā suetudinem Christi significat in cuius ore fraus non fuit: sicut ait beatus Petrus in prima canonica ⁊ in ca. 3. turtur autem significat Christi gemituz in passione: quoniā turtur semp gruit: alie autem aues non habent aliam significationez conformem xpo. iō non decuit eas imolari. (De turturib⁹ ⁊ pullis colūbe.) ¶ Quare deus iussit offerri sibi turtures ac filios colūbaruz ⁊ non ipsas columbas vel filios turturum. Questio. 24.

Queret aliquis quare non mandauit deus offerri turtures ⁊ columbas vel offerri filios turturum ⁊ filios columbarum: sed iussit offerri turtures ⁊ filios columbarum. ¶ Respōdenduz est q̄ cum deus in sacrificijs suis magnam reuerētiaz habere vellet, precepit ea sibi imolari quoniā meliora erāt: ⁊ quoniā in turturibus ipsi turtures maiores meliores sunt q̄z pulli turturū: non pullos turturum sed ipsos turtures imolari iussit: in columbis autem ipsi filij columbaz pinguiores ⁊ sapidiores sunt q̄z columbe. ideo non columbe sz pulli columbarum offeruntur. (Offeret eam sacerdos.) Refertur ad oblationem. s. q̄ sacerdos offerat eam ad altare. i. offeret illam oblationez volatiliū quā populares fecerunt. Erat aūt modus iste: ga cum populares adducerent aliqua volatilia offerebant ea sacerdoti: sacerdos autem suscipiens de manibus eoruz applicabat illa ad altare ⁊ retorquebat capita illorum volatilium atq̄ rumpebat pelliculam gutturis vngue faciens distillare sanguinem eorum super parietes altaris. (Offeret eā sacerdos.) Iste sacerdos qui hic dicit erat ille q̄ ministrabat faciēs sacrificia in altari: siue esset de sacerdotibus minorib⁹ siue magnus sacerdos: qm̄ ⁊ ipsi minores sacerdotes offerebant holocausta ⁊ faciebant alias ministrationes in altari vt patet seq. c. huic tamē sacerdoti qui faciebat holocaustum de volatilib⁹ nō ostabant aliqui minores sacerdotes subministrātes in aliquo: sicut cuz fiebat holocaustum de armentis vel gregibus: qm̄ tūc sacerdotes alij sibi astantes subseruiebāt in duobus. ṗmo offerentes sanguinem ⁊ effundentes per parietes altaris. scōo accipientes partes concisas animalis imolati ⁊ offerētes eas sacerdoti ministranti vt adoleret super altare. de his duobus habet supra in lra. cum autem fiebat holocaustum de turturibus aut pullis columbarum non ponitur aliquid in quo possent subseruire sacerdotes minores sacerdoti ṗncipali ministranti. iō non oportebat eos sic adesse sicut aderant in ministratiōe holocaustorum de armentis ⁊ gregibus. (Offeret eam sacerdos ad altare). i. q̄ sacerdos ministrans applicaret ista volatilia ad altare. s. ad parietes altaris quoniā super illos sanguis effundendus erat. (Et retorto ad collum capite.) Dic ponit modus quo volatilia deberent occidi quādo sacrificarentur: quia non debebant iugulari gladio aut diuidi in partes diuersas vt infra patet. sed torquebat caput ad collum: idest torquebat in circuitu vt sic volatilia morerentur. (Ac rupto vulneris loco.) idest q̄ non debebat fieri aliquod vulnus gladio vel aliqua alia repercutiente: sed solum retorquebatur caput ad collum: vt sanguis effluere posset rūpebatur collū vngue ⁊ sic effluebat atq̄ ruptura illa erat loco vulneris. (Decurrere faciet sanguinez super crepidinez altaris.) idest postq̄ sacerdos rumperet vngue collum volatilis debebat ponere super parietem altaris vt p parietem ipsum sanguis distillaret. ⁊ hoc ga in holocausto volatilium debebat sanguis super altare effundi sicut in omnibus alijs holocaustis: quia omnia holocausta fiebant ad expiandū sicut patet supra cum dicitur. ponetq̄ super hostie caput man⁹ ⁊ acceptabilis erit atq̄ in expiationem eius proficiens. sed oēs expiationes fm legez fiebāt in sanguine. Sic ait Apostolus ad Heb. 9. cum dicitur. ⁊ sine sanguinis effusione non fit remissio peccatoruz ⁊ omnia pene in sanguine fm legez mundant. oportebat igitur in hoc holocausto volatilium ad expiationem sanguinem per altare decurrere. (Super crepidinem altaris.) Non dixit hic super altare. quasi sanguis volatilium intra ipm altare fundendus esset: sed super crepidinem. s. super locum ṗruptum altaris: scilicet super parietem. est autem crepido sumitas alicuius rei prerupta a qua ad omnes partes casus est. Simile habetur Exo. 2. ca. cum dicitur. puelle eius gradiebant q̄ crepidinem aluei. vocabatur autē crepido aluei aliquis tumor terre preruptus apud concauitatem fluminis: ⁊ sic in altari vocabatur crepido altitudo parietum altaris: siue potius sūmitas altitudinis: quoniam ab illo loco erat casus ad omnes partes cum altare non esset planum sed cauum ⁊ inane repletum terra non vsq̄ ad sūmitatem parietum: sed vsq̄ ad aliquam partem illius ⁊ sacerdos faciebat fluere sanguinem super sūmitatem parietum altaris. (Ueiculam vo gutturis ⁊ plumas proiiciet.) Sicut in armentis ⁊ minoribus pecoribus quando imolabatur aliquod tollebatur immundum ne simul cum alijs cremaretur: s. pellis ⁊ cornua ⁊ sordes intestinozum: ita in volatilibus tollebatur vesicula gutturis ⁊ plume. de vesicula autē quare tolleretur causa est: quia illa erat imunda, habens intra sordes. deus autem nolebat sordes imolari sibi. ¶ Sz queres quare non mandabat excludi intestina ⁊ iecur in quibus etiam imundicie sunt. ¶ Forte rīderi poterit q̄ non poterant illa educi de volatili: quia nō debebat ferro aperiri aut aliqua pars eius secari nec in partes diuidi: loca autem illa ad eductionem intestinozum fine aliqua apertione non diuiduntur. Sed hec non est plena causa: quoniam sicut guttur poterat rumpi sine ferro: ita ⁊ pars per quā intestina educuntur nullo secante ferro poterant aperiri lz non ita deceter. ¶ De plumis autem quare eijciebantur ne cremarentur in altare cuz corpore volatilis

Tartur nulli dō ⁊secrata est. De auib⁹ diuersis dijs ⁊secratis. 2.rō.

Columbe erāt ⁊secrate veneri.

Doc. vā ad q̄stū rīo. 2.rō.

2.rō.

† † † † † † † †

Q̄ uo volatiliaoccidi ōbērēt q̄n sacrificarē tur.

Crepido gd sit

a Qō. 25. A

Q̄ de⁹ nō mādabat excludi intestina ac iecur i gb⁹ sē i mūdicie

□ Rn̄. ad q̄stū. Dubium

Rñ. ra. Sal. Nota ꝟ ocñ pro qõne an ꝺze colũ baria sit ꝺ ꝺsciaz.

volatilis. Dicit Ra. Salomon causaz fuisse quia volatilia ad se getes non suas plumis volant. vnde eis plume rapiendi instra sunt. Deo autem non placent oblationes de rapina. Sz ista causa ficticia est: quoniaz eodem modo oporteret dari aliquã specialem causam quare pelles pecorum z fimus non cremarent in altari. Sed dicendum est deum voluisse in sacrificijs ea que pertinebant ad ipsa animalia imolata: plume tamen ad volatilium carnes non pertinent nec aliquis eas comedit. Item quia in sacrificijs suis deus immunda non recipit: plume autez immundum aliquid sunt. conuenienter ergo ista a sacrificijs proijci debuerunt. (Proijciet prope altare ad orientalem plagam.) Assignat locum in quo proijci debebant plume z vestice volatilium: z dicit esse locum prope altare holocaustorum intra atriũ ad plagam orientalem: ideſt contra partem orientis. plaga enim regionem sine partem mundi significat. proijciebantur autem plume ad partem orientalem quoniam intra atrium erat positum tabernaculum versus partem occidentalem atrij. ad ostium autem tabernaculi qꝺ erat versus partem orientalem atrij ponebatur altare holocaustorum. sicut patet Exoꝺ. 26. et. 27. z hic. Si igitur proijcerentur plume volatiliuz prope altare holocaustorum versus partem occidentalem: necessarium erat vt proijcerentur prope parietem tabernaculi inter altare z tabernaculum. sed hoc non conueniebat: quia omnis immundicia separari debebat a loco sancto: z quia tabernaculum erat pars sanctior qꝫ atrium non debebant plume z alia immunda prope tabernaculi parietem poni. ideo ad orientalem partem ista poni decuit vt sic separata eẽnt a tabernaculo. (In quo cineres effundi solent.) ideſt locus ille in quo proijciebantur plume z vestice volatilium erat locus in quo proijciebantur cineres qui de altari accipiebantur in quo eliditur quozũdam erronea opio: scilicet q cum in altari holocaustoruz esset ignis celestis omnia consumeret ne relinqueret aliquem cinerem rerum appositaz. ¶Sed hic manifeste contrarium liquet: quoniã ꝺicitur q erat aliquis locus in quo cineres effunderentur z loquitur de cineribus altaris: quoniam locus iste cinerum erat intra atrium. z non est dicendum q de fozis aliqne cineres ducerentur ponẽdi intra atrium cum mandetur q nulla contaminatio filiozum israel accederet ad sanctuarium: z ob hoc leuite ponebant excubantes in circuitu atrij ne alique immundicie atrio adherent vt habetur Nume. 2. ca. nec etiam dici potest q isti cineres qui fundebantur intra atrium erant cineres lignozum que cremabantur ad administrationem carnium pacificarum pro popularibus z sacerdotibus: quoniam illi cineres non erant sacri cum non pertinerent nec tetigissent aliquaz rem sacrã. ideo magis dicendum est de istis q proijcerentur extra atriuz: cineres igitur de quibus dicitur hic erant qui accipiebantur de altari holocaustoruz. z sic stare non poterit qꝺ ꝺicebatur: scilicet q ignis celestis qui erat in altari omnia penit9 deuozaret nullum relinquens cinerem. ¶Dicendum autem magis est q cuz in altari esset ignis sempiternus qui nunqꝫ extinguebatur z sacerdotes quotidie subijciebant ei ligna vt patet infra. 6. capi. z quotidie fierent multa sacrificia: quoniam saltez duo fiebãt: scilicet holocaustum matutinũ z vespertinũ que ex nulla occasione cessare debebant vt patet Nume. 28. necesse erat multos cineres resultare: hos autem tollebat sacerdos de altari cũ videret foze oppoztunum: scilicet quolibet ꝺie ad solis ortum: qz tunc mundandum erat altare pro holocausto: z ponebat intra sanctuarium in loco mundo. de hoc autez intelligi potest qꝺ ꝺicitur Exodi. 29. scilicet mundabis altare: ideſt abstrahes cinerẽ ab eo. vbi autem cineres isti erant proijciebantur plume volatilium z vestice. ¶Queret autez aliquis quare isti cineres qui sumebantur de altari proijciebantur intra atriuz: quia cum essent aliquid imundum potius fozis proijci debuissent. ¶Ad hoc respondenduz est q cineres isti qui de altari sumebantur non debebant poni extra sanctuarium cum ipsi ad res sacras pertinerent: id enim qꝺ nullatenus ad res sacras pertinet z totaliter prophanum est extra sanctuarium esse debebat. Cineres autem aliquo modo sacri erant. z hoc onpliciter. s. qz de rebus sacris resoluti erant: z quia res istas sacras contingerant. quod apparet quoniam in altari holocaustoruz cremabantur carnes sacrificiozum z ipse carnes sacre erant. non debebant igitur in loco immundo cineres inde soluti poni: quoniã sicut z ipse carnes sacre erant ita z cineres resoluti ab ipsis sancti erant. ¶Secũdo cineres isti sacri erant ex contactu rerum sacrarum: quoniam in altari holocaustoruz carnes sacrificiozum ponebantur super ligna: z ex illo contactu ligna sanctitatẽ cõtrahebant z cineres inde soluti eodẽ modo ad res sacras pertinebant. q autem ex contactu carnium sacrarum aliquid sanctum esset apparet. j. 6. c. cum agitur de carnibus sacrificij pro peccato: z ꝺicitur. quicqꝺ tetigerit carnes eius sanctificabitur: si de sanguine illius vestis fuerit aspersa lauabitur in loco sancto. vas autem fictile in quo cocta est cõfringetur: qz si vas eneum fuerit defricabitur z lauabitur aqua. non decebat ergo cineres, bos ex duplici causa sanctificatos imo potius sanctos extra atrium cum rebus prophanis collocari. ¶De plumis autem z veſiculis volatilium que mandantur poni in loco cinerum. Dicendum est q non solum ponebantur ibi sed apposito igne cremabantur vt vsqz in cineres soluerentur ne sic manentes fetorem z horroꝛẽ in loco gignerent: z tunc vniuersa illa cinis erant: sed tandem isti cineres extra castra proijciebant in loco mundo vt ꝺicitur. j. 6. c. z ibi declarabitur. (Confringetqz ascellas.) Postqꝫ volatilia deplumata fozẽt sacerdos frãgebat alas eozum cõuertens ad posteriora quasi ad torrendum pararet: z sic imponebat super ignem altaris. Causa autẽ quare ascelle frangebantur ex fundamẽto Rab. Salo. dari posset: scilicet ideo ꝟ fieri qñ volatilia mediantib9 alis ad fruges nõ suas deuastandas aduolarunt: ideo in huius detestationem ale frangebantur: sicut ipse dixerat ideo plumas tolli a volatilibus qz eis mediantibus ad aliena volauerant: sed sicut fundamentum improbatum est: ita z ratio ista que ex similitudine procedit pariformiter improbata est. Dicenduz igitur non esse cãm literalem quare ascelle volatilium frangerentur: sed est quidã apparatus quem nos in volatilibus torrendis facimus conuertentes ad posteriora earum vt sic aptius torreantur: quia si forte assis aliqua specialis causa in his trahi deberet necessarium erat tam ad allegoriam vel ad anagogiam magis reduci qꝫ ad litteralem significationem. (Et non secabit nec ferro diuidet eam.) Dicponit cerimonia que obseruari debebat in frangendis ascellis: quoniam putaret aliquis illas ferro esse abscindendas aut saltem aliquo alio modo a volatili tollendas. ꝺicit neutro modo hoc fieri debere cũ ponit q non diuidet eam ferro. i. nõ prescindet ascellas ferro: z qz hoc vetito adhuc aliqs putaret licitũ esse aliquo alio modo ascellas tolli sicut erat de gutture volucris qꝺ ferro quidem scindendum non erat: rumpendum tamen vngue erat. hic autem ꝺicit excludendo hoc q ẽt non secabit sed permittet in animali illas manere: confringet tamen eas confringendo ossa continuatis tamen eisdem ad reliquas corporis partes. ¶Et si queratur de causa allegorica quare in volatilibus non scindebantur ale. sed frangebantur. ¶Respondendũ est per volatilia significari homines vita ꝺegentes contẽplatiua: in his autem ale sunt que eos in diuersa ferunt. i. quedam naturales passiones sicut in ceteris hominibus que eos in altitudine contemplationis tranquillos esse non sinunt. Cum aut isti in sacrificium se offerant holocausti. s. totam vitam suam z actiones ꝺomino comendantes z pariter offerentes alas illas. i. passionalia incitamenta confringere ꝺebent sibi totaliter subijciendo ne ferantur in illicita: eas tamen ferro abscindere aut totaliter secare non ꝺebent: qñ cum homines sumus necessarium est nobis aliquas ineſſe passiones: z qui eas a se prorsus abscindere vult humanitatem quoqꝫ cum eis exuere desiderat: qꝺ quidem in sacrificio faciendum nõ est qñ qꝺiu mortales in hac vita mortali sumus nos ꝺño offerẽtes mortalitatis conditiones nobis ineſſe tolerare z non abscindere oportet.

¶Quare ꝺeus mandauerit volatilia in holocaustum oblata ferro non secari. Qō. 28.

Queret autem aliqs quare ꝺeus mandauerit q volatilia in holocaustum oblata ferro nõ secarentur. ¶Cui aliquis respondebit hoc ideo fieri qñ ferri scisio hereticorum ab ecclesia ꝺesignat abscisiones qꝺ in sacrificijs ꝟñi eẽ non ꝺebet: qñ qui recte offerre vult in nullo prorsus ꝺebet ab ecclesia discoꝛdare. ideo ꝺicebat Cipzianus sacrificia illa q extra ecclesiam fiunt penitus imunda esse: qz ab ecclesiastica vnitate abscisa sunt: nec etiam ꝺeo talia placent. Sic ꝺicebat Augustinus. sicut videndum est quid offeras z cui offeras: ita etiã considerandum est vbi offeras: quia veri sacrificij extra catholicam ecclesiã non est locus. ideo ꝺicebat Prosper in libro epigrammatum. sic tamen vt noxit q vota redit tonanti: vnũ ꝺiuinis cultibus esse locum in toto mundo vera ecclesia probet: z sine quo nullum iustitie est meritum. ¶Sed contra hoc obijcitur qñ si ideo ꝺeus iuberet in volatilibus non scindi alas: qñ nolet in ecclesia sua aliquam foze scisionem conformiter iubere

Doc. rñ.

Qō. 26. A Qr bi cineres sũpti ꝺ altare pijciebãt intra atriũ Rñ. ad qstum. 1. cã.

2. cã.

Opi. erronea.

Impro.

Qr ascelle frangebãt. Fictõ rab.

Lerimõia q obseruabatur i frãgẽdis ascellis.

Qō. 27. A Quare volatilium ale frãgebant z nõ scindebãt. Rñsio ad qstũ qõis. Notẽt viri casti z cõtẽplationi vacantes.

A Rñ. cuiusdaz ad qst.

Aug. z Lipzia.

Obiectio.

3.regula ¶Est alia regula q̄ si filia sacerdotis nuberet alteri sacerdoti poterat vesci sanctificatis.si autē nuberet alicui nō sacerdoti nō poterat vesci illis:qz iam trāsierat in familiam alienigenarum. Si tamen illa defuncto marito rediret ad patrem suum sacerdotem poterat licite comedere ō sanctificatis sicut licebat ei antequam nuberet:de quo infra.22.c. 4.regula ¶Est alia regula q̄ inter ea que prouenientbant sacerdotibus de sacrificio pro peccato et de hostia pacifica z de simila z panibus erat differentia: quonia alijs licebat comedere de sacrificio pacifico z simila quibus non licebat comedere de sacrificio pro peccato de quo infra 22.c. Notādū ¶Et considerandum est ad hoc q̄ eos quibus licebat comedere de sanctificatis dño oportebat esse mundos a lepra et fluxu seminis z immundicia que causatur ex contactu mortui z ex contactu viri semine fluentis z ex contactu alicuius animalis imundi.nā q lepros erant aut fluxū seminis patientes donec curarent a sanctificatis abstinebāt:q āt imūdi erāt alijs imūdicijs supra dictis lauabant carnē suaz z erant tota die illa imūdi vsq; ad solis occasum nec licebat eis de sanctificatis vesci: cuz vero occubuisset sol poterant licite comedere qz iam mundati erāt vt patet infra.22.c.Si tamen aliqui haberent aliquaz deformitatem corporis que macula dicitur vt esse cecum vel claudum vel paruo vel grandi z torto naso vel fracto pede vel manu:aut si gibbus vel lippus:si albuginem habēs in oculo:si iugē scabiem: si impetiginē in corpore vel si est bernioſus licebat eis vesci panibus z carnibus sanctificatis:dum tamen non accederent ad ministrandum ad altare nec intrarent aliquo modo ad ministrandum ad altare in sanctuarium vt patet infra.21.ca. 6.regula ¶Est autem alia regula q̄ si sacrificia pro peccato offerrētur pars illa que cederet in ius sacerdotum a solis masculis de genere sacerdotali comedenda erant vt patet.j.6.c.cum dicitur.omis masculus de genere sacerdotali in loco sancto vescetur bis carnibus qz sanctum sanctorum est.Si tamen esset pars que cedebat in ius sacerdotum de hostijs pacificis vel de simila z panibus oblatis ab omnibus tam masculis q̄ feminis. de familia sacerdotis ſm conditiones supra dictas comedi licebat.de holocaustis autem nihil cedebat in ius sacerdotuz q̄ comedi posset cum omnes carnes z caput z pedes z intestina lota cremarētur vt patet precedenti.c.sola autez pellis holocausti pertinebat ad sacerdotem offerentez vt patet infra.7.c.z isto modo accipi- 1.Expō. tur hic sanctum sanctorum.i.valde sanctum:ita q̄ distingueretur ista oblatio ab alijs in sanctitate:quoniam alij cibi prophani erant:hec autem erat sancta.hoc modo accipitur.j.6.ca.cum dicitur q̄ sacrificium pro peccato debeat comedi intra sanctuarium:z redditur ibi causa cum habetur omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur bis carnibus qz sanctū sanctorum est.i.propter hoc debent comedi in loco sancto quia sunt sancte. 2.Expō. ¶Alio modo potest accipi hic sanctum sanctorum: idest separatum:z erit sensus q̄ ista pars simile est sanctum sanctorum filijs Aaron de oblationibus domini.i.est separata pro aaron z filijs eius de oblationibus.z iste modus accipiendi eēt frequentatus in sacra scriptura vt cum dicitur Exo.13.et.24.c. sanctifica mihi oē masculinum qō aperit vuluam:idest separa p me.sic dicitur Exo.20.c.memento vt diem sabbati sanctifices: idest vt separes ad cultum dei.z quamuis primus modus intelligendi conueniens esset conuenientior tamen est iste secūdus: quoniam littera hoc inuit cum dicit.erit aaron z filiozum eius sanctum sanctorum de oblationibus domino:idest erit separatum pro aaron z filijs eius de oblationibus que fiunt ad deum. si autem acciperetur primus modus intelligendi: scilicet q̄ ista oblatio esset sanctum sanctorum nō oportebat q̄ diceret aarō z filiozum eius de obligationibus domino:quoniam ista cōnotatio de oblationibus designat quāndam separationem. (Cum autem obtulerit). Dic ponitur modus oblationis eozum que in pane z farina fiunt.z iste est de panibus qui coquuntur in clibano simpliciter vt alij panes non obseruata cerimonia preter q̄ q̄ isti panes erant de simila z nunquam de farina rudi: et q̄ non habebant fermentum sicut ceteri panes z deinde oleo conspargebantur.(Cum autem obtulerit sacrificium coctuz in clibano). Dicit sacrificium in clibano ad differentiam simile q̄ non erat cocta z ad differentiam eozum que in sartagine z que in craticula coquebantur.vocatur autem ista oblatio panum sacrificium large sumptum sicut supra dicebatur quia non est de carnibus.(De simila panes). Ponitur connotatio z differentia illozum panum a reliquis panibus cōmunibus: qz cōmuniter possunt fieri panes de rudi farina vel de simila.hic autē poterant fieri de simila.(Absq; fermento). Ista est alia connotatio istozum panum a reliquis quoniam iudei vescebantur communiter panibus fermentatis:quoniam panes azimi sunt grauis saporis z male digestionis:ideo vocantur panes afflictionis vt patet Deuterono.16.cum dicitur.non comedes in eo panes fermentatum:septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panem quoniam in pauore egressus es de egypto. solū igitur comedebant israelite panes azimos in aliquibus festis qñ eis a deo mandabatur:alīs autem semper vescebantur panibus fermentatis.isti tamen panes de quibus hic dicitur semp erāt azimi quoniam deus prohibuerat aliquid fermentatum sibi offerri vt patet infra cum dicitur.(Omnis oblatio que offerē domino absq; fermento fiet:nec quicq̄ fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini). Quare autem non offeratur deo aliquid fermentatum infra dicetur. ¶Considerandum autem est q̄ preter istos panes qui hic ponuntur alij offerebantur sacerdotibus qui non pertinebāt ad oblationem domini:z illi erant fermentati de quibus vescebantur populares.erat enim consuetum apud iudeos q̄ quando i aliqua domo coqueretur panis acciperetur inde vnus panis saltem z offerretur sacerdotibus. de hoc autem habetur Nume.15.cum dicitur.cuz veneritis in terraz quā dabo vobis z comederitis de panibus regionis illi⁹ separabitis primitias domino de cibis vestris:sicut de areis p̄mitias separabitis: ita z de pulmentis dabitis primitiua domino. Isti autem panes non offerebantur in altari qz erant fermētati.sed dabantur sacerdotibus in cibum:z hoc erat offerre p̄mitias.de hoc habetur infra i lra cū dicitur.nec quicq̄ fermenti aut mellis adolebitur in sacrificio domini.primitias tamen eorum offeretis ac munera. super altare vero non imponētur in odorem suauitatis.panes tamen isti de quibus hic dicitur in litera nō erāt fermētati z offerebātur in altari. (Lōspsos oleo.) Conspergere ſm proprietatem istius dictionis duo significare potest.vno modo conspergere idest aspergere.z tūc erat sensus q̄ panes postquā cocti essent z educti de clibano profunderentur oleo desuper iactato. ¶Alio mō pōt intelligi cōsperſio:idest cōmixtio vtpote q̄ cōmisceretur farina cum oleo:z sic dicetur farina conspersa quādo cōmixta est aqua ad hoc q̄ ex ea fiant panes.sic dicitur Exo.12.q̄ hebrei tulerunt farinaz conspersaz antequā fermentaretur ligantes in pallijs z imponentes super humeros quando de egypto exierunt.z sic accipitur hic q̄ erāt isti panes conspersi oleo:idest q̄ iō debebant cōmisceri poneretur oleum permixtum sicut permiscetur aqua:z tales panes sunt qui apud nos fiunt interdum mixto oleo z vocantur ossomogari:z qz isti panes delectabiliores sunt ideo mādabat deus illos panes conspersos esse:idest mixtos cum oleo. (Et lagana azima). Erant autem lagana facta in modum panuz:scilicet q̄dam pasta de farina conspersa aqua z coquebaī in aqua z deinde liniebatur oleo in superficie. nos tamen vulgari nomine lagana vocamus ea que in sartagine friguntur.hic tamen non accipiuntur sic: quoniam tunc pertinerent ad sacrificium qō fit de sartagine de quo infra habetur.hic tamen dicitur q̄ ista lagana magis pertinenti ad sacrificium de clibano. (Oleo lita).i. q̄ ista lagana postquaz coquerētur in aqua debebant perfundi oleo in superficie. (Si oblatio tua fuerit de sartagine). Dic ponitur tertius modus oblationis de panibus:scilicet de panibus qui in sartagine frigebātur.accipiebatur nāq; aliqua pars masse z illa permiscebatur aqua z deinde in sartagine frigebatur i oleo in magnam z longam z tenuissimam pastaz: z cum pfrixa esset z deficcata confringebatur in partes minutas z fundebaī super eam oleum:z sic offerebatur.de hac autem ponebatur aliquid super altare vt cremaretur z reliqua parz cedebat in cibos sacerdotum.idem fiebat de panibus qui in clibano coquebantur z de laganis. (Si autez oblatio tua fuerit in sartagine).idest si id quod volueris offerre frixum fuerit in sartagine supplebet obseruari modus iste qui hic continetur in littera. (Simile conspersum oleo). Omnia que offerebantur domino in panibus semper esse debebant de simila.de farina autem rudi nihil domino offerebatur.causa autem est quia sicut in cibis nostris nos eligimus ea que meliora z delicatioza sunt. sic deus in sacrificijs suis: huiusmodi autem est simila que est delicatissima farina.debebat autem hec esse conspersa oleo:scilicet q̄ quando permisceretur ad faciendum pastam funderetur ibi oleum sicut funditur aqua in consperſione aliarum pastarum. non tamen ex hoc signat hāc pastā totaliter oleo cōmisceri debere:quoniam poterat fortassis ibi aliqd de aqua poni. Uñ cōsiderandum est q̄ in sacrificijs de sartagine tripliciter oleum ponebaī. Primo in cōmixtione ipsius farine que cōsperſio vo-

† Notā.lra.

3

Lōspergef duplr sumitur

† Lagana qd

† 3.modꝰ oblatiōis de sartagine

† Sacrificiū ō sartagie.

† Dño q̄re nihil ō farina rudi offerebatur.

k Notandus

† 2. modus oblatiōis i clibano

Triplr oleum pōebat i sacrificijs de sartagie

catur. Secundo in frixione in sartagine. Tertio in pfusione cuz de sartagine educebantur ille paste quoniam desuper oleū fundi debebat. (Absqz fermēto). Ista est alia cōditio in sacrificio de sartagine: z est generalis ad oia sacrificia que de pane fiebāt qñ in nullo eozum fermentum ponebatur sm q infra dicitur. causa autem huius infra subiungetur. (Diuides eam minutatim). idest q in sartagine frigebatur quedam pasta z illa duriciem ex frixione inducebat: z sic diuidi poterat in particulas: et fiebat ista diuisio vt oleo qō superfunderet melius imbibi posset apertis pozis fractionum z vt alique illarum particularum ponerentur super altare z alie relinquerentur in cibos sacerdotum. (Effundes super eam oleum). Ista erat tertia pfusio olei quando iam pasta frixa in sartagine diuidebatur: z tunc iā offerenda erat. quare autem in his oblationibus ponatur oleum supza declaratum est. (Sin autem de craticula). Dic ponitur quartum sacrificium de panibus z erat ista oblatio de craticula. est autem craticula ferreum instrumentum in quo carnes aut pisces torrentur. in hac autem fiebat sacrificium de quo hic. nemo tamen existimet hoc fuisse sacrificium de carnibus: qa hic dicitur de craticula esse quoniam super etiam craticulam farina in pastam redacta decoqui aut assari potest sicut facimus subcinericios panes: z de his offerebantur partes alique domino: z quoniam non erant plures modi coquendi aut confitiendi panes non positi fuerunt plures modi faciendi sacrificia de panibus. (Si autem de craticula sacrificiuz). Vocat hic sacrificium sicut in superioribus id quod de ipso pane solo fiebat large sacrificio sumpto. (Etiam simila conspergetur oleo). idest sicut cum fiebant sacrificia in sartagine simila de qua fiebant fundebatur oleo: ita etiam in sacrificio de craticula ipsa simila ex qua fiebāt illi panes eque: idest eo modo vel equaliter oleo conspergebatur. (Quam offerens domino tradet in manibus sacerdotis). idest cum aliquis vellet offerre sacrificium de craticula solum debebat illud permisceri oleo quando efficeretur panis. deinde cocto pane super craticula sacerdotibus porrigebatur ponendo in manibus eozum vt offerrent domino super altare. z hoc erat ipsum offerentem siue dantem panes offerre domino: quia offerrebat sacerdoti loco dei cum ipse non posset ponere in altari per se quia vetitum erat. (Qui cum obtulerit eam). Hoc potest referri ad sacerdotem vel ad ipsum offerentem laicum sm litteram que sequitur. si referatur ad laicum est sensus q postquam offerret laicus oblationem de craticula sacerdoti tolleret memoriale inde ad ponendum coraz domino: z tolleret de illo sacrificio quandam particulam ad cremandum super altare. Alio modo est sensuz q hoc referatur ad sacerdotem: z tunc dicitur q postquam sacerdos offerret illud sacrificium coram domino tolleret inde memoriale: idest acciperet quandam partem illius ad ponendum super altare modus diceretur offerre holocaustum iste: scilicet q tolleret eam de manibus laici offerentis z ipse presentaret totam eleuando coram altari: z hoc erat offerre. deinde sacerdos ille accipiens inde quandam particulam poneret super altare ad cremanduz in memoriale domino z ceterum de illa oblatione sibi acciperet. iste autem modus conuenientior est qz ille qui supra assignatus est. littera enim magis hunc significat: quia iste due orationes referuntur ad eundem: scilicet obtulerit eam z tollet memoriale: cum vtrunqz ponatur in tertia persona non expresso aliquo suppposito. videtur ergo referendum ad idem cum dicitur. qui cum obtulerit eam: idest cum sacerdos obtulerit eam eleuando coram domino totam oblationem tollet memoriale: idest ipsemet sacerdos tollet inde particulam ad cremandum in altari que erat in memoriam vel signum q esset illud sacrificium vel oblatio facta domino. (Et adolebit super altare). nō refertur hoc ad totam oblationem quā sacerdos semel eleuare debebat coram altari totam eam offerens: sed refertur ad illaz particulam que inde tollebatur. z vocatur memoriale quoniaz hoc solum cremabatur coram domino z sic tota oblatio coram domino offerebatur. non tamen tota coram eo cremabatur: sed solum id quod memoriale erat. Hoc autem quod hic dicitur de ponendo super altare non refertur solum ad immediata: scilicet ad sacrificium de craticula: sed etiam refertur ad omnia supapposita: scilicet ad oblationem de clibano z sartagine z craticula: z non fuit de quolibet istozum per se specialiter dictum quoniam sacra scriptura insequitur moderatam breuitatem: quoniam sufficiebat cum illa tria supra dicta similia eēnt ea sub vna clausula concludi sufficiens erat: nec opoztebat de quolibet illozum per se banc iterari orationez. (In odorem suauitatis).

4. modꝰ oblationis de craticula. Craticula quid.

1. Exp. lre.

2. Exp. lre.

Selus lre.

idest ista tria sacrificia de quibus hic dicitur q ponebātur partes eozum super altare erant in odozem suauitatis: idest multum deus acceptabat illa. hoc erat ad signandum q ista erant sacrificia eius. nam non dicitur hoc de cadauere bouis q extra castra pro peccato comburebatur: nec de vitula rufa que cremabatur totaliter vt inde fierent cineres pro aquis lustrationis: quoniam de nullo istozum erat verz q esset sacrificium dei vt supza declaratum est. (Quicquid autem reliquum est erit Aaron). Sicut dicebatur supza de simila q cum offerebatur deberet pugillus plenus tolli z poni super altare vt cremaretur z reliquum quod supererat proueniebat Aaron et filijs eius: ita in sacrificio de clibano z de sartagine z craticula offerebatur quedam particula illozum panum super altare: qō reliquum erat eodem iure relinquebatur Aaron et filijs suis: quoniam de his generibus oblationum panis deus cibari voluit ipsos sacerdotes. (Aaron et filiozum eius). Hoc intelligenduz est sicut supza dicebamus de simila que proueniebat in ius sacerdotum: quoniam lz vnus sacerdos solus illam coram domino offerret non tamen pertinebat ad eum solum: sed inter omnes alios diuidebatur. sic patet infra. 6. c. cum dicitur. siue oleo conspersa siue arida: cunctis filijs Aaron mensura equa per singulos diuidetur. (Sanctum sanctozum de oblationibus dñi). idest ista pars que accipiebatur a sacerdotibus de sacrificijs istis erat sanctum sanctozum: idest aliquid multum separatum Aaron et filijs eius: idest ad ius z vsus Aaron et filiozum eius de oblationibus domino: idest de oblationibus factis deo.

Notan. lrale.

¶Omnis oblatio que offert domino absqz fermento fiet nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tm̄ eozum offeretis ac munera: super altare vero non imponentur in odozem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum fruguz tuarum domino despicis adhuc virentibus torrebis eas igni: z confringes in mozem farris: z sic offeres primitias tuas domino: fundens super ea oleuz: z thus imponens: quia oblatio domini est de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti et olei ac totum thus.

Fermentū z mel nōponiē i sacrificio. 37. di. c. legimꝰ. § sze5 v. in leuitico.

Oia sacrificia sale ꝺdiū tur. De consti. di. 4. c. sal.

Oblatio p̄mitiarū

Omnis oblatio. Posuit supra legislator quattuor genera oblationis de panibus z farina que erant quidam modi offerendi spirituales. hic ponit quasdam generales conditiones que obseruantur in omnibus oblationibus: scilicet q nunquam poneretur fermentum aut mel in aliqua oblatione. (Omnis oblatio). Refert hic ad oblationem que erat de panibus z farina: quoniam in sacrificijs que erant de carnibus animalium satis liquidum erat non debere poni mel aut fermentum: quando tamen aliqs offerebat sacrificium panis de clibano aut sartagine aut craticula poterant panes illi esse fermentati: ideo vetuit idem de melle quoniam cuz isti panes linirentur oleo vt. s. dictum est: poterat aliquis eos similiter melle delinire. vetuit ergo deus mel ibi apponi. (Absqz fermento fiet). Uetat deus poni fermentum in sacrificijs suis in quo inuit nece esse oia q̄ sibi offerunt azima sol.

¶Quare fermentum tollebatur ab omni oblatione. Qō.4.

Queret autem aliquis quare fermentum tollebatur ab omni oblatione. ¶Aliquis respondere poterit hoc fieri ad detestationem idolatrie: quoniam aliqui idolatre offerebant panes fermentatos: sed hoc nihil valet: quoniā dato q idolatre sic facerent non est ex hoc sufficiens ratio vnde inascebatur vt deus fermentum prohiberet: quoniam multa cōmunia erant sacrificio dei et sacrificijs demonum: scilicet quia deo boues z oues offerebantur: demonibus autem eadem dabantur vt patet inquirendo libros rituum gētilitatis potissime q Quidiū i libris fastoz. Multa quoqz alia cerimonia vt thuris ipositio z festoz obseruatio cultui dei z demonū cōia erant

Luiusdā rñ. ad q̄s.

vt eodem

Doc.rñō ad q̄stū. 1.cā.

vt eodem modo patet.nō tamen deus vetuit hec sibi fieri qñ ōmonum cultui similia fozent. ¶ Aliter igitur vicendum est et fortassis aliquis reduceret causalitatem vnus ad ea que supza vicebantur de alijs sacrificijs:scilicet q̄ deus volebat pzo sacrificijs ea que meliora z delicatioza erant.sicut patet de simila z de panibus factis de simila z de turturibus z filijs columbarū et agnis anniculis:quoniam hec omnia inter cetera ad cibos conuenientioza erant: hic tamen sic esse non potest quoniam panis fermentatus conuenientior est ad vsum cibozum quoniam sapozosior est: etiam stomacho salubzior est: quia magis vigestus est propter calozem z subtilitatem fermenti vigerentis. signum est quia panes fermentati post paululum tempus antequā coquātur leuiozes sunt z exurgentes in maiozem tumozem q̄ panes non fermentati. vnde non iniuste panes fermentatos vocat scriptura panes afflictionis vt patet Deutero. 16.c. ¶ Dicendum igitur est aliam in hoc esse causaz: z forte vi ci posset q̄ deus volebat in omnibus oblationibus suis nullum fermentum esse vt per hoc recozdarentur israelite de exitu de egypto in quo comederunt panes non fermentatos vt patet Exo. 12. z quoniam deus volebat israelitas semper recozdari qūo deus eduxerit eos de egypto:qz hoc erat maximum de beneficijs tempozalibus qō eis prestitisset vt habetur Deut. 16.c. cum dicitur.vt memineris diei egressionis tue de egypto omnibus diebus vite tue. z qz non videbatur ad hanc quotidianam memoziam sufficere comedere semel in anno azima. 7. dieb⁹ vt patet Deutero. 16.c.satis conueniens est vt in sacrificijs pannis que quotidiana erant omne fermentū auferretur: vt sic esset memozia quotidiana exitus de egypto.hoc autem satis vz rationabile quoniam sacrificia z festiuitates que fiebant in veteri testamento erant ad laudem dei z pcipue in memoziā beneficiozum indeis a deo prestitozū: z qz hoc.s.eduxisse de egypto maximum inter illa erat debebat quotidianis sacrificijs recoli: quando autem solennitates z sacrificia in memoziā aliquozum beneficiozum essent satis patet discurrenti de quolibet processuz pentateuchi z precipue in Exodo Leuitico z Deuteronomio. (Nec quicq̄ fermēti ac mellis adolebit in sacrificio domini). vetat etiam hic deus mel apponi in sacrificio suo fm q̄ vetuit fermentum. z dicit q̄ non adolebuntur super altare in sacrificio eius:non tamen vetat quin ista offerrentur z eleuarentur coram altari: z tunc de istis nihil cedebat in partem dei vt cremaretur super altare:sed omnia sacerdotibus proueniebant.sic declarat immediate cum subiungitur.primitias trū eozuz offeretis ac munera: sup altare vero non iponent i odozē suauitatis.

2.cā.

Uide aliaz cām qō.seq.

†

¶ Quare mel prohibuit deus in sacrificio. Questio.5.

A Doc.rñ. ad queſt.

Queret autem aliquis quare mel prohibitum fuerit i sacrificio dei. ¶ Ad qō quis respondere posset sicut supza.dicebatur hoc prohiberi qz demonib⁹ sacrificia mellis offerebāt. Sed hoc nihil vt supza declarauimus est. Reducēdum est ergo ad aliam causam: z non videtur hic aliqua causa litteralis: sed magis vz referendum ad quandam tropologiaz, z tunc dicendum est mel signare dulcedinem in illicitis actibus libidinum quos deus vult longe discedere ad his qui mysterio suo astant. Signat etiam mel dulcedinem verboz̄um in adulantibus qō deo valde odibile est:ideo sacrificijs suis distare opoz tet. Dicit autem Rab. Sa. nomine mellis intelligi omnes fruct⁹ dulcedinem mellis habentes:qz de his dicit aliquid non debere offerri domino. Huic autem dicendum est q̄ si accipiatur oblatio quantum ad eam in qua ponebatur z cremabatur aliquid super altare: verū est q̄ fructus dulces non offerebantur domino: z non solum fructus dulces imo nulli fructus:quoniā supza posuit deus qd sibi offerri deberet z cremari: z hoc soluz est in sacrificijs carnium z in simila z panibus z clibano z thure. vinum quoq̄ his adijcitur qō in quolibet sacrificiozum ponebat vt habetur Nume. 15. preter hec offerebatur farina ō spicis virentibus quādo tozrebantur z frāgebantur in modū farris vt patet.j.in littera. z.j.23.c. de alijs autem nihil omnino ponebatur super altare ad cremandum. ¶ Si aūt accipiatur oblatio p eo q̄ sacerdotibus dabatur fine impositione aliqua in altari. dicendum est q̄ omnis fructus poterat offerri. sic enim deus cōstituerat vt quando intrarent israelite terram promissionis et plantarent arbozes fructus qui in primo secundo z tertio anno proueniret tollerentur:nec tamen comederentur nec offerrentur. omnis autez fructus quē quarto anno arbozes protulissent domino offerendus erat pro cibo sacerdotum z.5.anno esset licitum vesci de fructib⁹ arboz̄um omni populo. de hoc.j.19.c. z tunc non vz conuenienter stare dictum rabbi salomonis: qñ si primo modo accipiatur oblatio non solum fructus dulces sed etiam ponticos aut stipticos vel amaros aut cuiuscūq̄ sapozis non licebat offerri:nec erat tunc speciale de dulcibus z non dulcibus. Si autem accipiatur secundo modo oblatio pro eo qō solum sacerdotibus proueniebat:non solum fructus dulces offerri licebat:sed etiam omnes alios quoniam de omnibus arbozibus generaliter regula datur, infra.19.c. ¶ Nunc autem sicut de melle tropologicā tribuimus causam quare non offerretur: poterimus z similiter de vetito fermento tropologicam causaz tribuere:scilicet q̄ fermentum peccati corruptionem signat iuxta illud apostoli.prima Lozin.5. modicum fermentum totam massam corrumpit. Lozruptionem autem peccatozū deus longe a sacrificijs suis abesse vult:non igitur quicq̄ fermentatum offerendum est: magis tamen in his ad litteralem causam reddendum est cum haberi possit. (Primitias trū eozū offeretis). Ista est determinatio superiozum preceptozum. dictum fuerat non debere mel z fermentum offerri domino:per quod fortassis intelligeretur nullo modo debere offerri nec apponendum super altare nec ad hoc vt sacerdotibus tribueretur. deus tamē limitat ad vnum casum:scilicet q̄ deberet fieri oblatio de melle z fermento non ad hoc q̄ poneretur z cremaretur in altari: sed ad hoc q̄ totaliter cederet in ius sacerdotum. z dicit esse de his primitias offerendas que isto modo offerūt. z primo quātum ad fermentum non est intelligendum q̄ fermentum offeratur sed aliquid fermentatum:scilicet panes aut farina fermentata: z tunc quando iudei conquebant panes in domibus suis ad vsus suos qui erant fermentati mittebant ad sacerdotes sal tem vnum panem qui dabatur loco primitiarum:quoniam ille prius dabatur q̄ aliquod de eis comederetur. de hoc Nume.15.dicitur.cuz veneritis in terram quā dabo vobis z comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias de cibis vestris:sicut de areis primitias separabitis:ita z de pulmētis dabitis primitiua domino.de melle autem sic primitie dabantur vt cum educerentur faui mellis de alueario dabant aliquae partes mellis sacerdotibus antequam reliquū mel ad vsuz conuerteretur humanoz: z illud pro primitijs erat quia ante oia alia deo dabatur:nec tamen ponebatur aliquid eius super altare sed totum sacerdotibus proueniebat. (Ac munera). i. q̄ de fermento z melle offerebantur etiam munera. Distinguebantur munera z primitie que ō fermentato z melle offerebantur: quoniaz primitie panis fermentati erant quando aliqui ō panibus coctis offerebātur domino antequā de alijs quicquā comederetur. z dicitur ille panis primitie quia primus erat antequā alij comederentur. De melle etiam primitie dicebant quādo a principio antecq̄ aliquod de melle pro humanis vsibus sumeretur offerebatur pars deo:munera autem de his dicebantur: vt cum aliquis de panibus fermētatis comedisset vellet tamen aliquid de illis offerre sacerdotibus:aut cum mel deductum esset ad vsus humanos z aliquid de illo ad offerendum sumeretur.ista enim non possunt dici primitie: qñ iam illa de quibus offerebantur primo deducta fuerant ad vsus humanos. ¶ Aliter tamen possunt primitie z munera distingui vt p̄mitie vocentur omne qō melius z electum est de rebus nostris. donum autem vel munus dicitur quicquid donatur lz non fit de optimis z electis: z de vtroq̄ aliquid deo dandum erat. z sic accipiuntur primitie aliquando in scriptura vt Exod.25.c.vbi deus iussit offerendas sibi primitias de auro z argento ferro z ere z lapidibus preciosis: z israelite illud fecerunt Exo.35. z tamen non possent ibi primitie dici de rebus primis: idest que primo nascuntur vel primo veniūt:quia sic primitie solum sunt in terre nascentibus vt in fructibus z animalibus.in auro autem z argento z lapidibus preciosis non possunt sic accipi: sed primitie vocantur id quod de his rebus optimum z electuz est. z dicuntur primitie de primus vt significat primus optimum vel electum.Sic accipitur Trenozum.4.c.Filij Sion inclyti et amicti auro primo:idest auro puriozi z optimo. z sic possunt accipi primitie z distinguentur contra munera vt non sunt sic electa.potest etiam dici q̄ munera z primitie non distinguuntur: sed ponuntur pro eodem: z ponitur z pro idest expositiue. sicut infra dicitur.si autem obtuleris munus primitiarum: idest primitiae que sunt quoddam munus. (Super altare vero non imponentur in odozem suauitatis). idest de istis primitijs aut muneribus oblatis de melle z fermentato nihil ponebatur ad cremandū sup altare: sed totū cedebat in ius sacerdotū. cā āt boz supza expressa est. ¶ Uñ sciendū q̄ siue oblatio in altari totaliter cremaret siue sola pars ei⁹ nō poterat illa oblō eē fermētata: z

Decimi.qō.

†

Supioz p ceptoz determinatō.

Notanduz

L

†

Qūo mūera z p̄mitie ō fermtato z melle differunt ¤ 1.mō

2.mō

†

D

Notā. hā.

B

Impzo opi. ra. salo.

qō amplius est si aliquādo de simila oblata domino cuius pars cremaretur in altari alie partes prouenirent sacerdotibus lz facerent panes ex illis. non tamen poterant illos fermentare: quoniam cum ista simila que cedebat in ius sacerdotuz fuisset pars illius simile que domino oblata est cuius pars in altari combusta est nō debebat fermento admisceri. hec causa redditur. j. 6. cum agitur de simila conspersa oleo. z oz̄. adolebitq; illud in altari in monimētū odoris suauissimi deo: reliquam autem partem simile comedet Aaron cum filijs suis absq; fermento et comedet in loco sancto atrij tabernaculi: ideo aūt non fermentabit qz pars eius in dñi incensum offerretur. (Quicquid obtuleris sacrificij sale condies). Dic ponit aliud genꝰ ꝓceptiuū ꝓ oibus sacrificijs z oblationibus: scilicet qꝰ semper ponebatur sal in omnibus sacrificijs. z referendum est hoc non solum ad sacrificia que de carnibus fiebant: sed etiam ad sacrificia que de panibus. Cum enim quisquam offerret holocaustum super ipsas carnes que cremabantur ponebat sal idem in sacrificio victime pacifice: idem z in sacrificijs pro peccato: eodez modo in sacrificijs de panibus: qm̄ si offerretur simila sal ei cōmiscebat. Si autem panes de clibano vel lagana aut aliquid de sartagine vel craticula offerretur in cōmixtione vel conspersione pastarum ex quibus panes conficiebant sal ponebatur: ita qꝰ nihil omnino maneret de sacrificijs qō sale non condiretur.

¶Quare sal in omnibus sacrificijs ponebatur. Qō. 6.

A Rāsio ad questitum 1. rō. z est tropologica.

Queret autem aliquis quare sal ponebatur in omnibus sacrificijs. ¶Et cōmuniter causa redditur referendo ad tropologiam: scilicet qꝰ signat discretionem. discretionem autem quā philosophoruz more loquentes prudentiam appellamus omni virtuti viaz prebet omnibusq; actibus iteresse debet qm̄ sine illa virtus moralis nulla esse potest: z cum illa fuerit necessarium est morales virtutes inesse iuxta aristotelis doctrinam in finem. 6. ethicoruz. ideo nostra aut actio aut locutio sine discretione esse non debet. alꝰ qualitercunq; fiat illicita est. Sic enim dicebat apostolus ad Coloss̄en. 4. c. omnis vester sermo in gratia semper sit sale conditus: idest in omni locutione prudentia adesse debet. iussit ergo sacrificium suum deus cum sale semper fieri qm̄ sacrificia que irrationabilia sūt deo displicent: quam ob rē admonebat apostolus sacrificia corpozis nostri ad deum rationabilia esse ad Roma. 11. cum dicitur. obsecro itaq; vos fratres per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placentē rationabile obsequium vestrum. idest omnia obsequia que ad deum egeritis ratione disponantur. Alia a quibusdam autem ratio redditur de sale qm̄ sal a corruptione conseruat: sicut patet in carnibus que sale perfunduntur quoniam sic a putredine conseruantur: corruptionem autem peccatoruz sacrificio suo deꝰ appropinquare non vult: ideo sal in omni sacrificio offerri iussit. Nec tamen tropologice cause sunt: ideo ad litteraleꝫ reddendum est cum haberi potest. Unde sciendum causaz quare deus iusserit sal in omni sacrificio apponi hanc esse qm̄ vt exprelibatis liquet: sacrificium domini tanquam cibus humanus est z altare eius tanq̄ mensa. Sicut ergo in cibis humanis ponuntur quedā vt mā cibozum: quedam sunt vt condimenta eorum: ita in sacrificio dei fieri decuit: z qm̄ in cibis nostris q̄daz sunt condimenta generalia que in omnibus apponuntur cibis: quedam vero ad quosdam specialiter pertinent: ita ergo z ī sacrificio dei futurum erat: in cibis nostris generale condimentuz sal est. omnes nanq; cibi siue in decoctione siue in assatione aut alꝰ sale perfunduntur prius q̄ eis vescamur. vnde z panes ipsi sine sale in pastam non conficiuntur: carnium quoq; decoctio vt quid sapozis induat sale indiget. Sic igitur in omnibus sacrificijs dei tam de solis panibus q̄ ō solis carnibus aut simul sal ponitur: ideo vniuersaliter dixit in omni sacrificio sal eē ponendum. alia autem sunt condimenta cibozum nostroz que nō sunt generalia sed solum ad quedam pro sunt sicut oleum: qō cū pani admisceatur illum sapidum reddit. in decoctione tamen carnium oleum non apponitur: quoniam illarum condimentū non est. hoc autem obseruauit deus quoniam in omnibus sacrificijs que de farina z pane erant iussit poni oleuz quoniam mādauit similam oleo conspergi z panibus de clibano oleo cōspersis esse. lagana quoq; oleo lita foze. de his autem que in sartagine satis patet quoniā triplex olei perfusio fiebat. in his quoq; panibus qui in craticula fiebant conspersio olei erat. de omnibus his patet hic in littera. in sacrificio tamen carnium oleū poni nunq; iussit qm̄ oleum carnium condimentum non est. hanc igitur oportet pro causa assignari quare sal z oleum in sacrificijs ponerētur nec redire decet ad solas tropologicas. Patet āt hanc foze causam ex littera qz dicitur. quicquid obtuleris sacrificij sale condies: idest quodcūq; illud sacrificium fuerit deberet condiri z sapozem recapere a sale. condiri proprie ad causationez sapozis pertinet. ad hūc ergo sapozem sal poni iubebat. (Nec auferas sal federis dei tui). Dic est replicatio eiusdē sententie que fit in sacra scriptura ad magis confirmandum aliq; sententiā: sicut deus sepe ꝓphetis aut somniatoribus idem bis signat vt maior firmitas rei notaretur. sic dixit Joseph ad regē pharaonem quando declarauit ei somnia duo. z dixit scōm pertinere ad id quod primum: sed posita fuisse duo vt maior firmitas rei venture notaretur cum dicitur. qō autem vidisti secundo ad eandem rem pertinet somnium firmitatis iudicium est eo qꝰ fiat sermo domini z velocius cōpleatur vt habet Genē. 41. (Federis dei tui). Sal dicebatur esse ex federe dei. i. ex cōpositione. s. qꝰ deus compoſuerat cum israel vt ei semper poneret sal in sacrificijs: z sic omnes alie compositiones vel leges q̄ ex pacto quoddam inter deum z israelitas conuente sunt federa vocantur. de hoc patet in tabulis legis que vocantur tabule federis qz continebant decem precepta que erāt federa: z sic taz lex illa q̄ deus per se israelitis tribuit q̄ ea que referente moyse populo data est federa vocantur vt patet Deutero. 29. cū dicitur. hec sunt verba federis qō ꝓcepit dominus moysi vt ferret cum filijs israel in terra moab preter illud fedus qō cum eis pepegit ī oreb. (De sacrificio tuo). i. in sacrificio qō tu obtuleris quodlibet sacrificium vocatur sacrificium dei: z sacrificiū ipsius offerentis dicitur sacrificium dei: qz ipsi z pro ipso offert. oz̄ sacrificiū offerentis qz ab ipo offertur. (In omni oblatione offeres sal). Repetitio frequens superiozis sententie est ex causa iam assignata. posset tamen hic fortassis magis exprimi q̄ in superiozibus quoniam oblatio fm suam significationem generalior est: quoniam sacrificium proprie pro carnibus oblatis accipitur: oblatio autem tam pro panibus q̄ pro carnibus. Cū igitur supra iussisset in omni sacrificio ponendum esse sal fortasse aliquis intelligere solum vellet de sacrificijs carnium. Quando autem hic dicitur in omni oblatione sal ponendum: oportet intelligi tam de carnium q̄ de panum oblatione. (Si autem obtuleris). ō. agebatur de oblationibus farine z panis cuz omnia ex simila. hic autem ponit modum oblationis farine quādo ipa de spicis virentibus fiebat qm̄ ista non erat simila: tūc enim accipiebatur manipulus spicarum virentium quasi ad maturitatem peruenientiuz z comburebatur in sanctuario: atq; grana ī hunc modum torrebantur z exiccabantur: deinde vero terebātur in mola z ide rudis farina fiebat de qua aliquid offerebatur domino z aliud cedebat in ius sacerdotum sicut supra de simila dictum est. (Si autem obtuleris munus primitiarum). i. si obtuleris primitias que non sunt decime. (Frugum tuarū). de frugibus existentibus in spica: fiebat autem hoc solum in festo azimoruz qō erat in mēse martij vel aprilis: z tempore illo in terrā chanaā quā possidebāt iudei que erat satis calida erāt fruges mature: scilicet ordeacee. z tūc de illis colligebatur z tollebatur ad sanctuarium: ita qꝰ quilibet antequā aliquid acciperet aut meteret pro se de frugibus ordeaceis tollebat illum manipulum z offerebat sacerdotibus vt habetur. j. 24. c. ſz an vnuſ tm̄ manipulus offerretur pro toto israel: vel quilibet de agris suis vnum manipulū offerret dicetur. j. 23. c. modus tamē quo modo iste spice oblate cōuerterentur in sacrificium z in vsum sacerdotalem ibidem non ponitur: sed in hoc. c. in quo de oib⁹ cerimonijs panis aut farine oblate agit: ſz verū est qꝰ alie primitie sunt de quibus principaliter loquetur littera: lz de his posset aliqualiter accipi vt. j. declaratur. Offerebantur etiam in festo pentecostes panes facti de noua farina frugum triticearuz: z isti erant in primitias nec licebat alicui comedere de noua farina antequā offerrentur isti panes vt habetur. j. 23. ca. de his tamen non dicitur hic quoniam solum agitur de spicis oblatis. (De spicis adhuc virentibus). intelligendum est ō spicis ordeaceis quoniaz de hoc iubebatur fieri oblationem in festo azimorum vt patet. j. 23. c. Si autem id vellet facere de spicis triticeis non videbatur esse prohibitum: z tenebatur modus in offerendo qui hic ponitur. (Adhuc virentibus). non est intelligenduz spicas esse totaliter virides que offerri deberent: quoniam tēpore messis ordeacee ista oblatio fiebat z iam spice deuenerāt ad maturitatem. cum autem spice mature sunt non virides sed flaue aut albe sunt. sic dicebat Christus. aspicite quoniam regiones albe sunt ad messem: idest iam tempus est metendi: quia regiones albe sunt. vt patet Joannes quarto. Sed hic spice

mature

2. rō. B

Ialis rō quesiti.

L

D

E

† Sal erat ex dei federe.

† Sacrificiū z oblatio qd ꝓpe fit.

† Notan. Iſale.

matur̃e erant cum offerebantur.ergo nõ erãt virides.Dicẽdum igitur non accipi ꝓpꝛie virides ꝓ coloꝛe illo sed magis ꝓ coloꝛe flauo declinante ad imperfectam albedinem.(Torrebis eas igni).i.istas spicas adducti manipuli cõburere debebat offerens.Nec putare debet aliquis ꝙ comburi deberẽt iste spice super altare holocaustoꝝ qñ'qõ ibi semel ponebatur cremabatur ad bonoꝛem dei ⁊ non tollebatur aliquid inde ad alios vsus.de bis tamen spicis aliter fiebat quoniã cum toꝛrerentur auferebantur grana ⁊ terebantur in modum farris vt fieret inde farina ⁊ pars eius cremaretur coꝛam domino.Reliquuꝫ autem cederet sacerdotibus: non igitur cremabantur iste spice in altari holocaustoꝝ.Nec etiam existimandum est ꝙ sacerdotes istas spicas cremarent in sanctuario in aliquo igne ꝓphano ⁊ non in altari holocaustoꝝ ⁊ deinde grana excutientes contererent in modũ farris:qñ hic dicit ꝙ qui offerret spicas virentes toꝛreret eaꝫ:deinde cõtereret in farinã ⁊ postea offerret. non ergo ptinebat ista cõbustio ⁊ fractio granoꝝ ad sacerdotes sed ad laicos offerentes. ⁊ consequenter patet ꝙ non fiebat cõbustio ista i sanctuario:qñ in sanctuario laici ministrationez nullã habebant.dicẽdũ igitur hũc fuisse modum oblationis ꝙ populares tollerent manipulos spicaꝝ de agris suis:⁊ qlibet in domo sua cõbureret illas spicas atq; ide grana excussa i farinã contereret fundens oleum sup illã farinã sicut fundebat sup similam cũ offerret ⁊ ponens thus:⁊ hec sic ferens sacerdotibus in sanctuario offerebat qui eleuabant eã coꝛã dño apud altare vt esset acceptabilis:⁊ partẽ eius assumentes atq; sup altare incendentes reliquũ sibi sumebant ponentes tñ totum thus sup altare.hec aũt oblatio ab oblatione simile nihil differri videbat. nisi qꝛ simila farina vetus siue noua erat:hec aũt de qua hic dr̃ erat facta de spicis.Itẽ qꝛ simila erat farina delicata a partibus furfuris separata.hec aũt de qua hic dr̃ rudis farina erat vt.j. declarat.iste primitie non erant manipulus qui alis offerebat: qꝛ oẽs cerimonie circa illã fiebant per sacerdotes lz non crema renꝯ spice in altari holocaustoꝝ sed in alio igne ꝓphano qui tñ erat in sanctuario.primitie aũt iste spicarum de ꝗbus itelligitur littera non ferebãtur in manipulo a laicis ad sacerdotes. sed laicus in domo toꝛrebat spicas ⁊ frangebat grana in farinam ⁊ conspargebat eam sacerdotibus offerebat.⁊ ita accipitur hic littera.(Et confringes in mozẽ farris).ad laicum offerentẽ refertur ⁊ non ad sacerdotem.s.ꝙ ipse grana excussa de spicis cõbustis contereret inter duos lapides molares:aut conterebatur sicut far cõterebatur ad farinã faciendã:lz non poterat sic pfecte conteri qñ ista grana erant humida ⁊ calida cũ nõ essent sic mature exiccata.vnde non poterant in farinam tenuissimaꝫ redigi sed necessariuꝫ erat redigi in partes grossas ⁊ qualitercũqꝫ:⁊ sic offerebat.(Et sic offeres ꝑmitias tuas domino).dicebant iste primitie que primo offerebant q̃ aliqd assumeretur de frugibꝫ illis in vsus humãos. ¶Circa istas ꝑmitias de segetibus est intelligendum ꝙ duplices erant primitie. q̃daꝫ erant que dabant in modum decimaꝝ.s.collectis frugibus dabat in grano certa mẽsura.vnde sicut decime dabant collectis frugibus ⁊ trituratis: ⁊ erat decima pars vna de decem oĩum fructuũ qui dabantur in ius leuitaꝝ:ita primitie erant q̃dã poꝛtio frugum collectarum ⁊ triturarꝫ que pars dabatur sacerdotibus minoꝛibus Nume.18.c.Sed non erat determinata ista pars:imo vt Hieronymus dicit super Ezechielẽ ⁊ babet extra de deci.c.1.qui plus dabant de quadraginta vnum:qui minus de sexaginta vnũ:tales autem primitie non offerebantur deo vt ponerentur de eis in altari sed totaliter dabantur sacerdotibus sicut decime totaliter dabantur leuitis ⁊ nihil de eis cedebat deo:⁊ de istis primitijs non agetur hic.Aliter accipiunt primitie ꝓ muneribus que primo offeruntur ex segetibus. ⁊ dõꝫ ꝙ iste erant duplices. quedam ex necessitate:alie spontanee. ex necessitate erant que erant toti populo appositе:⁊ iste erat vnꝰ manipulus spicarum qui a toto populo offerebat.non est enim intelligendũ ꝙ quilibet de agris suis ferret vnum manipulũ: qꝛ non esset possibile cum esset vnicum templũ in tota terra in deoꝝ vbi offerretur:⁊ hoc littera inuit.j.23.c.⁊ ille vnꝰ manipulus toꝛrebatur postq̃ eleuaretur coꝛã dño a sacerdotibus ⁊ fiebant cerimonie que hic dicte sunt vt reduceretur in farinaꝫ ⁊ iste manipulus a populo offerebatur sacerdotibus: ⁊ vnꝰ illorum eleuabat illum coꝛam dño: ⁊ postea nunq̃ redibat ad manus laicoꝝ.Sed cetere cerimonie toꝛrendi ⁊ terendi vel frangendi grana ⁊ conspargendi farinam fractam a solis sacerdotibus fiebãt. ¶Alie aũt ꝓmitie spontanee erant ex frugibus: ⁊ iste erant quando post festum azimoꝝ ⁊ eleuationem illius manipuli qui ꝓ toto populo offerebat volebat qs de spicis agrorum suoꝝ offerre dño oblationez. nam tunc fiebant cerimonie que dicunt hic:⁊ fiebant per laicum offerentem. Nam non offerebatur hic aliquis manipulus domino qui eleuaretur coꝛam eo:qꝛ si semel hoc fieret nõ rediret postea manipulus ille ad manus laicoꝝ:sed laicus offerre volens sumebat de spicis quãtum volebat ⁊ toꝛrebat eas igne ⁊ frangebat costas:⁊ farinam inde factam conspargebat oleo ⁊ cum thure offerebat sacerdotibus.⁊ ista est cerimonia sola de qua littera itelligit ⁊ est quartum genus primitiarum.de illis que.j.tanguntur verũ est autẽ ꝙ manipulus spicarum qui offerebatur in festo azimoꝝ fm istas cerimonias disponebatur:sed non loquitur deus hic de illo sed solum de primitijs quas offerebant sponte laici:⁊ quilibet per se eas offerebat.⁊ huic sententie concoꝛdat valde littera inquantum dicit.(Si obtuleris munus primitiarum). ideſt si obtuleris primitias que sunt munera.quasi dicat sunt quedaꝫ primitie que non sunt munera qꝛ non dantur sponte:sed ex necessitate vel ex lege sicut tria genera que infra ponuntur.q.12. scilicet manipulus spicarum in festo azimoꝝ ⁊ panes in pentecoste:⁊ alie primitie in grano in festo tabernaculoꝝ.iste ergo vocantur primitie simpliciter ⁊ non munera.vocantur autẽ quedam primitie ex industria.(Si obtuleris munus primitiarum).i.primitias que sunt munus.quasi dicat alie primitie nõ sunt munus:⁊ ideo non offerebantur:sed reddebantur vel soluebantur:dabantur quippe sacerdotibus.Iste autem primitie de quibus hic non dabantur a laicis etiam si vellẽt quouscq; ferretur manipulus in festo azimoꝝ. ¶Et ratio est primo quia Leuiti.18.c.dicit ꝙ cum accipereꝰ quicquã ex segete nec ide pultes aut polenta sumerentur aut manducaretur aliquid quouscq; manipulus iste offerretur:⁊ nec mitteret quis falcem in segetem.⁊ tamen hic mittebatur falx ⁊ aliqd faciebat: ideo non erat hoc licitum quouscq; offerretur manipulus. ¶Secũdo qꝛ manipulus ille a toto populo offerebat ⁊ nomine totius israel. iste autem primitie de quibus dictum est offerebantur a priuatis personis:ideo non licebat eis offerre hec quouscq; ꝓ toto populo oblatus esset manipulus.⁊ hoc verum esset etiã si manipuli multi essent qui offerrentur.s.qlibet vnum.de quo dicet infra 23.c. ¶Vñ sciendũ est ꝙ ter in anno primitie offerebantur.s.in festo azimoꝝ ⁊ in festo pentecostes ⁊ in festo tabernaculoꝝ.In festo azimoꝝ offerebatur manipulus fruguꝫ cõbustis spicis ⁊ redactis in farinam per sacerdotes sicut hic dictum est.In festo pentecostes offerebantur alie primitie q̃ erãt de panibus.s.ꝙ fierent de noua farina duo panes triticei:⁊ qlibet contineret vnam decimam simile fermentate que coquebatur ⁊ offerebantur duo.de bis tamen nihil ponebatur super altare qꝛ fermentati erant vt patet.j.23.c.⁊ de bis non agit hic. Tertium genus primitiarum erat in festo tabernaculoꝝ:⁊ tũc offerebantur partes frugum siue triticee siue ordeacee:⁊ ꝺ oleo ⁊ vino ⁊ generaliter de omnibus terre nascentibus. he autem primitie ad solos sacerdotes pertinebãt nihilq; sup altare offerebatur.de bis dicitur Exo.23.primitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui.de bis etiam Exo.34.hoc autẽ solum genus primitiarum in ecclesia manet ꝙ collectis frugibꝫ ⁊ ceteris i terra nascentibus dant partes q̃dã ministris ecclesie preter ius decimarum.de modo autem solutionis istarum primitiarum apud hebreos ⁊ in ecclesia dictum fuit Exod.23.et 34.etiam erat alterum quartum genus de quo dictum est. Luꝫ autem hic dicitur.sic offeres primitias tuas solum referetur ad primitias primi generis que offerebantur in festo azimoꝝ:⁊ maxime ad ꝑmitias quarti generis. Quod patet qꝛ primitie q̃ offerebantur in festo pentecostes non conterebãtur in modum farris vt fieret simila ⁊ perfunderetur oleo sicut hic dicitur.sed fiebant duo panes vt babet.j.23.c. Non potest etiam intelligi de primitijs que offerebantur in festo tabernaculoꝝ collectis omnibus frugibus quoniã ille erant de omnibus terre nascentibus.iste autem de quibus hic erant solum de spicis. Itez quia primitie que dabantur in festo tabernaculoꝝ totaliter in ius sacerdotum cedebant.ille autem de quibus hic parti deo ⁊ partim sacerdotibus proueniebant.(Fundes super ea oleũ). ideſt quando illa grana spicarum combustarum essent contrita in modum farris deberet fundi oleum super illa sicut consuetum erat fundi super similam que offerretur.de caula autẽ oblationis olei supra dictum est.(Et thus imponens).ideſt ꝙ super illam farinam factam de spicis poni debebat thus sicut i sacrificio simile. hoc autem ad bonum odoꝛem ponebatur.
(Quia oblatio domini est).Hic subditur causa duoꝝ supioꝛuꝫ

Qõ.7 A Duplices erãt ꝑmitie ꝺ segetibus.

Qõ. 8. A Ter in ãno offerebant ꝑmitie per tria festa.

Oleū ⁊ tbꝰ q̄re pōebā tur ī farina

ſ.quare ponebatur oleum in illa farina: ⁊ quare thus. dicit autē hoc eē qꝛ erat oblatio domini ⁊ non oblatio dei requirebat ſpecialiter iſta duo. ſ. thus ad bonum odorem ⁊ oleum ad condiendum ſaporem: ⁊ quamuis hic dicatur ſolum de oleo ⁊ thure ꝙ poni deberent in hoc ſacrificio farine: tamen etiam intelligendum eſt de ſale: licz non exprimatur qm̄ in omni ſacrificio ſal offerēdū erat ſicut ſupra p̄ceptum ē. ⁊ ponit hic caſualitas qꝛ oblatio eſt. i. ꝙ ſi nō fuiſſet iſta oblatio fcā deo nō imponeret in ea oleum ⁊ thus vt pꝫ de boue combuſto extra caſtra: de vitula ruſa qm̄ in iſtis non ponebat oleū vel thus cū nō eſſent ſacrificia dn̄i. (De qua adolebit ſacerdos in memoriā muneris p̄tē farris). i. ꝙ de illa farina cōſperſa oleo que offerebat ſacerdotibus deberet ponere ſacerdos vnā partē ſup altare vt cremaretur. vocat autē ſacerdos hic q̄libet qui offerret corā dn̄o illam ſimilā aſſumptā ponēdo p̄tē ſuper altare. (In memoriā muneris). i. ꝙ iſta particula farine que ponebat ſuper altare in memoriā ꝙ eſſet illa oblatio facta deo. nā maior pars huius oblationis dabat ſacerdotibꝰ. Si tn̄ de illa nihil daret deo neceſſariū erat vt videret illā oblationē non p̄tinere ad deū. cum ergo dabat minima pars illud erat in memoriā muneris. i. illō erat in ſignū vel memoriā ꝙ iſta farina que offerebat in reuerētiā dei ⁊ munus eius dabat. (Partē farris fracti ⁊ olei). Hoc erat quod ſacerdos offerre debebat ſuper altare. ſ. partē farris fracti. i. farinā ⁊ vocat far fractū ⁊ non farina: qꝛ nō bene erat fractū ita vt eſſet farina. Huius cā erat qꝛ grana erant tenera ⁊ humida cū eſſent de ſpicis virentibꝰ ⁊ non poterant bn̄ frangi ſed in paſtā quādā ⁊ partes groſſas redigi. vn̄ magis far fractum q̄ farina videbat. (Ac totū thus). i. ꝙ quādo offerebat iſta farina de granis ſpicarū cū ea ſimul thus offerebat: ⁊ licz pars farine ſolū deo traderet ⁊ pars ſacerdotibꝰ de thure tn̄ nō erat eadē diuiſio ſed ſolum deo dabat. Cā autem huius exp̄ſſa eſt.

B

Qr̄ qō ſacerdos offerebat ſup altare far fractū vocetur.

erat deus. (Panem absq; fermento.) Quia multi erant panes azimi qui offerebantur: de eis tamē solum vnus oblatus est: alij vero manebant pro sacerdotibus. & sic dicit Exo. 29. c. debere super altare cremari totam panis vnius. (Et collyridam asper sam oleo.) Offerebatur super altare etiam vna collyrida ad cremandū. nec enim plures oblate fuerant. & ista collyrida est quidam panis valde tenuis & extentus in longum. postea autē oleo frixus & vocatur crustula vt habetur Exo. 29. quoniā pre subtilitate sui magis crusta q̄ panis esse videt. dicitur aspersa oleo q̄n ipsa farina ex qua fit oleo permiscet & in pastam formetur. deinde iterum in oleo frigitur. tertio autē post frixionem ipsaz oleo aspergitur superfuso: quoniā ad craticule similam pertinet que trinam suscipit olei vnctionē. (Laganaq; posuit super adipes.) Omnia ista posuit moyses super adipes sacrificij. s. panez azimum & collyridā & lagana. vocantur aūt lagana quedā paste ex farina & aqua cōmixte. deinde vero in sartagine frixe. (Super adipes & armum dextrum). i. panes isti fuerūt super adipes ordinati: & super ipsum armum dextrū qui oblatus fuit hic ad cremandum cozaz domino ex causa. s̄. assignata. (Tradens omnia simul aaron & filijs eius.) Fiebat enim iste ritus in omnib⁹ bostijs pacificis vt sacerdos eductos adipes de visceribus animalis cum partibus libamentoz. s. cum panibus azimis poneret super manus laici offerentis & ipse laicus eleuabat illa cozam dño sursum & deorsum dextrorsum & sinistrorsum ad ser mundi positiones propter causam assignatā precedenti. c. Cum autem hic teneretur eadem habitudo. s. qz aaron & filij sui offerrēt bostias pacificas debuit obseruari iste modus in eis. s. q̄ moyses educeret adipes de viscerib⁹ arietis pacifici: & eos separans cum armo dextro ponet super manus aaron & filioz suozū & super hec panem azimum & collyridā & lagana: & ipsi eleuabant ista cozam domino tanq̄ laici. deinde autē moyses assumens illa de manibus eozum cremabat super altare. (Qui postq̄ leuauerūt ea coram domino). i. q̄ aaron & filij sui leuauerunt in manibus cozā domino istos adipes & libamenta cum armo dextro. ¶ Sed dices. quomodo aaron & filij sui poterant hoc leuare cozam domino quoniam ad vnum videbatur hoc pertinere. ¶ Respōdendum est q̄ aaron & filij sui posuerunt simul manus sub omnibus illis & simul eleuauerunt cozam domino vnica eleuatione. Alio modo dici potest q̄ quilibet illozum per se omnia eleuauit. s. primo ipse aaron manibus suppositis eleuauit: deinde quilibet filiozum suozum sm ordinem natiuitatis. & hoc magis videtur. (Rursum suscepta de manibus eozum adoleuit super altare holocausti). i. iterum assumpsit moyses ista omnia de manibus sacerdotum & cremauit super altare. dicitur autem q̄ iterum suscepit. q. d. q̄ prius Moyses tenuit ista in manibus suis cum eduxit adipes de viscerib⁹ arietis pacifici & cum sumpsit in manu sua panes & lagana: & hec omnia tradidit sacerdotibus. Iteruz autem sacerdotes tradiderunt moysi: & sic dicebatur rursus suscipere. & in ista secunda vice combussit hec super altare. (Eo q̄ cōsecrationis esset oblatio). i. ideo combussit ista moyses super altare q̄ pertinebant ad consecrationem sacerdotum. & ista causa redditur quoniam aliquis dubitaret quare omnia ista cōbusta sunt. nam debuisset inde aliqua pars prouenire aaron & filijs suis. s. armus dexter: sed non prouenit quoniam combustus est. huius autem causa redditur quia pro consecratione erat ista oblatio. i. q̄ specialiter iste particule fuerant oblate ad rituz vel solēnitatem consecrationis aaron & filiozum suozum. (In odorem suauitatis sacrificij domino). i. ista combusta sunt vt esset odoz suauissimus domino de sacrificio illo: quoniam q̄ non cōburebatur non faciebat in odorem domini. (Tulitq; pectusculum eleuans illud cozam domino.) Hic ponitur id q̄ prouenie bat moysi tanq̄ in ius sacerdotale. nam si moyses fuisset sacerdos prouenisset ei de isto sacrificio pacifico pectusculum & armus dexter: non tamē erat sacerdos sed simplex leuita. ideo noluit ei deus totaliter cedere sacerdotalia iura: sed patrem eozum tribuit. s. pectusculum & partem abstulit. s. armum dextrum. hoc autem pectusculum moyses dicitur abstulisse. s. diuidens illud a ceteris carnibus bostie pacifice. nam bostia pacifica ad offerentem laicum pertinebat: cum autem aliquid inde cederet in sacerdotum iura dicebatur auferri de bostia pacifica: & sic Moyses abstulit. dicitur etiam q̄ eleuauit cozam domino: quoniā in omnibus alijs sacrificijs pacificis sacerdos eleuabat pectusculum cozam domino & habebat illud in partem suam: ideo vocat pectusculum eleuationis vt patet precedenti. c. hoc autem non eleuabatur ab aaron & filijs suis sicut adipes & armus dexter & lagana cum collyrida & pane azimo: quoniam offerentes laici solum eleuabant cozam domino ea que deberent comburi super altare vt patet in alijs sacrificijs pacificis: quoniam laici offerētes solum eleuabant adipes cozam domino & partem libamentozum vt patet precedenti. c. quoniam illa cremabantur. armuz vero dextrum & pectusculum suscipiebat sacerdos in partē suaz ideo non offerebat nec eleuabat ea secularis offerens cozam domino. sic autem factum fuit hic. nam pectusculum cedebat in ius moysi sacrificia facientis: ideo non eleuauit ea aaron cozam domino nec filij sui sed ipse Moyses. armum autem dextrum qui tunc comburi debebat eleuauit aaron & filij sui. (De ariete consecrationis.) Iste aries de quo oblatum fuit pectusculum vocabatur aries consecrationis quia de sanguine eius cōsecrate fuerunt manus & pedes & auricule sacerdotum. sanguis autem vituli & alterius arietis ad hoc non fuerunt: ideo non dicitur vitulus in consecrationem sed pro peccato: & alius aries non dicitur consecrationis sed holocausti. (In partem suam). i. tulit Moyses istud pectusculum in partez suam. s. quia ipse comedit & non prouenit ex eo quicq̄ deo nec aaron & filijs suis. ¶ Nec tamen ex hoc intelligendum est q̄ solus Moyses illud comedere teneretur: quoniam poterat cuilibet de familia sua de illo aliqd degustandum tradere. nam sicut erat in sacerdotibus q̄ de partibus bostiaruz que eis proueniebant comedebant filij sui & filie & serui emptitij illozum: ita cum moysi hoc pectusculum tanquā sacerdoti ministranti prouenisset ius ei erat cuilibet de familia sua aliquid de illo tradere degustandum. de his. j. 22. c. (Sicut preceperat ei dominus). i. q̄ deus mandauerat moysi assumere pectusculum illud in partem suam. sic habetur Exo. 29. cum dicitur. sume sq; pectusculum de ariete quo initiatus est aaron: sanctifica bilq; illud eleuatum cozam dño cedet in partē suam.

¶ Assumensq; vnguentum & sanguinem qui erat in altari aspersit super aaron & vestimenta eius: & super filios illius ac vestes eozum. Cumq; sanctificasset eos in vestitu suo: precepit eis dicens. Coquite carnes ante fores tabernaculi: & ibi comedite eas. Panes quoq; consecrationis edite qui positi sunt in cānistro: sicut precepit mihi dominus dicens. Aaron & filij eius comedent eos. Quicquid autem reliquuz fuerit de carne & panibus: ignis absumet. De ostio quoq; tabernaculi nō exibitis septem diebus vsq; ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestre. Septem enim diebus finitur consecratio sicut in presentiarum factum est: vt ritus sacrificij cōpleretur. Die ac nocte manebitis in tabernaculo: obseruantes custodias domini: ne moriamini. Sic enim mihi preceptum est. Feceruntq; aaron & filij eius cuncta que locutus est dominus per manum moysi.

Assumensq; vnguentū & sanguinem qui erat in altari. Hic ponit alia cerimonia que fiebat ad consecrationem aaron & filiozum eius. s. q̄ aspergerent ipsi & vestes sue oleo vnctionis mixto sanguine. nam postq̄ moyses tinxit auriculas dexteras & pollices manuum ac pedum dextrorum aaron & filiozum suozum: reseruauit sanguinem illius arietis qui in aliqua cratera super altare miscuit aliquam partem illius sanguinis vnctionis oleo: & de illo aspersit super aaron & filios suos & vestes eozum. ¶ Differt autem ista a superiori tinctione que fiebat in sanguine. & primo illa erat tinctio in solo sanguine arietis pacifici. hec aūt erat in sanguine mixto oleo vnctionis. Secundo differt quoniam superioz erat tinctio que fiebat per aliquas litturas. s. q̄ moyses mittebat manum suam in sanguinem: & intincto digito tangebat aliquas partes carnis sacerdotum. hec autem de qua hic dicitur nō est tinctio sed aspersio. non enim moyses adiungebat manum suam ad carnem sacerdotum sed a longe sanguinem cum oleo aspergebat. Tertio differunt ista quoniā superioz tinctio fiebat super aliquas partes determinatas sacerdotum. s. super extremitatem auricularū dextrarū

Collyrida quid sit.

Obiectio

Rñsio

Dubiū litterale.

Rñsio

Quid ad moysen attinebat tanq̄ sacerdotale ius.

Notādū literale.

Alia cerimōia cōsecrationis aarō & filiozuz eius.

Qō.9 A

De.4. differentijs q̄ erāt inter vnctionē sūmi sacerdotis & sacerdotuz minoz.

dextrarum ⁊ pollices manuum ac dextrorum pedum.hec autez de qua hic non fiebat super aliquas partes determinatas corporis sacerdotum sed super ipsos sacerdotes. Quarto differunt ista quia superior tinctio fiebat super nudam carnem sacerdotum.ſ.super aures ⁊ pollices.hic autem fiebat super ipsos sacerdotes ⁊ vestes suas sicut hic apparet. (Assumenſq; vnguentuz ⁊ sanguinem.) Non est intelligendum q̄ Moyses assumpserit quodlibet istoꝝ per se:⁊ sic figillatim effuderit:sed ista iam permixta erant in aliquo vase:⁊ inde Moyses hauriens aspergebat super aaron ⁊ filios suos ⁊ vestes eorum.(Qui erat in altari.) Refertur ad sanguinem qui erat in altari holocaustoꝝ iam mixtus oleo vnctionis:⁊ tenebat in aliqua cratera vt inde hauriri posſit.(Asperſit super aaron ⁊ vestimentum eius ⁊ super filios illius ac vestes eorum.) Erant vestiti hic sacerdotes vestibus sui ministerij quemadmodum ⁊ si tunc ministraturi essent: ⁊ ita generaliter fit in omnibus ordinationibus ecclesie.nã quilibet suscipiens aliquem ordinem:tunc indutus est vestibus illis que pertinent ad ministrationẽ suam:⁊ tunc Moyses asperſit sanguinem super eos cum oleo vnctionis.

¶ Quare iterum fuit facta hec sanguinis ⁊ olei vnctionis asperſio super caput aaron ac eius filiorum. Qõ.10.

Sed queret aliquis cum aaron ⁊ filij sui ante hoc fuerunt consecrati in sanguine tinctis auriculis dextris ⁊ pollicibus manuum ⁊ pedum:quare iterum fuit hic facta asperſio sanguinis ⁊ olei vnctionis super caput ipsoꝝ.

¶ In quo cõsideranda sunt duo. Primo q̄ quãuis fierent diuerse tinctiones ⁊ asperſiones in oleo ⁊ sanguine super aaron ⁊ filios eius:non inducebantur plures consecrationes aut sanctificationes sed vna erat consecratio ⁊ vnica sanctificatio.nã si plures inducte fuissent sanctificationes ⁊ consecrationes cum per quãlibet consecrationem sacerdotalem efficiatur aliquis sacerdos:per plures consecrationes esset aliquis multotiẽs sacerdos effectus:velut si quis diaconalem aut sacerdotalem ordinẽ multotiens assumpſiſſet.hoc autem inconueniens valde est quoniaz magne iniquitatis rei sunt qui multotiens eundem ordinem assumpserunt.non igitur per has plures tinctiones ⁊ asperſiones in sanguine ⁊ oleo vnctionis inducuntur plures consecrationes sed vnica.iste tamen plures tinctiones ⁊ asperſiones erant cerimoniales actus ipsius consecrationis:⁊ complebatur consecratio in omnibus his.Satis igitur conueniens est ad vnicam cõsecrationem plures actus fieri tinctionum ⁊ asperſionum in sanguine cum non ex quolibet consecratio inducatur sed ex omnibus simul.ideo cum queritur quare plures tinctiones ⁊ asperſiones facte sunt:non ideo queritur tanq̄ credatur ex qualibet illarum perfici cõsecrationem:sed cum videatur q̄ quelibet earum sufficeret ad consecrationẽ:quare plures facte sunt.¶ Secundum vero est q̄ opportunum fuit fieri plures asperſiones ⁊ tinctiones ad consecrationẽ aaron ⁊ filiorum suorum.cuius forsitan aliquis causam credet q̄ supra fuerat facta tinctio in sanguine solo:sed non decebat sacerdotes solo sanguine tingi cum oleum vnctionis propter eos principaliter factuz extiterit:ideo oportebat secundam subsequi tinctionem que in oleo vnctionis in sanguine fieret.Sed hoc nihil est quoniam si ob hoc repetita est ista sanguinis effusio super sacerdotes vt cum eo quoq̄ oleũ funderetur potuiſſet a principio aspergi super eos oleuz vnctionis cum sanguine ⁊ non fieret tinctio in solo sanguine que.ꝛ.facta enarratur.¶ Sed aliter dicendum est q̄ conueniebat istas duas tinctiones fieri:quoniaz per primam tinctionem que erat in solo sanguine sacerdotes soli consecrabantur.per secundam autem tinctionem que erat in oleo ⁊ sanguine principaliter vestes sacerdotales sanctificabantur:quoniam super sacerdotes ⁊ vestes eorum fiebat ista asperſio.¶ Sed tunc dices.cum vestes deberent sanctificari ad faciendum ministerium:quare non sanctificabantur asperſo sanguine vel oleo super eas quãdo sacerdos non esset indutus illis:sicut cetera vtensilia sanctuarij sine aliqua applicatione ad sacerdotes consecrabantur.¶ Respondendũ est q̄ vestes sacerdotales ⁊ reliqua vasa ac vtensilia sanctuarij consecrabantur vt appropinquarent ad cultum dei.debebant igitur hoc modo consecrari quo magis applicari viderentur ad diuinum cultum.vestes autem sacerdotales per se ad diuinum cultuz non applicabantur sed ſm q̄ sacerdotes eis induuntur:debebant ergo consecrari cum sacerdotes illis induti essent.¶ Secundum ꝓpter qõ oportebat repeti sanguinis effusionem super sacerdotes erat quoniam sacerdotes in seipſis cõsecrati esse debent.i.q̄ oblato omni ministerio ⁊ omnibus vestibus sacerdotalibus sacerdos maneat dispositus ⁊ potens ministrare:sicut dicimus de sacerdotibus nostris quibus q̄uis sint seiuncti ab omni ministerio ⁊ vestibus sacerdotalibus ⁊ etiã habitu clericali maneret character ordinis impreſſus quo potẽtes sunt ministrare.Hoc autem videbatur designare in aaron ⁊ filijs suis tinctio in sanguine solo in auricula ⁊ pollicibus:cũ non fieret ad vestes sacerdotales sed ad ipsum sacerdotem. Conueniebat etiam vt sacerdos haberet aliquã dispositionem ad ministrandum ſm quã iam est magis propinquus ministrationi:⁊ quãtum ad hoc debebat fieri in eo aliqua consecratio prout est in vestibus suis:q̄ tunc ipse vestes cum sacerdote speciaſiter ad diuinum ministerium applicantur:⁊ sic decuit duas in quolibet sacerdote fieri tinctiones vel asperſiones de quibus hic dictum est.¶ Consideranduꝫ autẽ est q̄ non eedem fiebant vnctiones in sacerdote magno ⁊ minoribus.in minoribus quippe duo fiebant vnctiones:quarum prima erat tinctio.Secunda aũt asperſio.Prima fiebat in solo sanguine super extremitates auricularum ⁊ pollicum dextroꝝ.Secunda autem in sanguine ⁊ oleo vnctionis super sacerdotes cum vestibus suis. In sacerdote autez magno fiebãt tres vnctiones.Prima erat effusio solius olei vnctionis super caput eius qõ fluebat in barbam ⁊ vestes eius de qua primo dictum est.erant autem alie due tinctiones:quarum altera fiebat in solo sanguine super aurem ⁊ pollices manus ⁊ pedis dextri summi sacerdotis.Alia autem erat in oleo vnctionis mixto sanguine ⁊ fiebat super sacerdotẽ ⁊ vestes eius.Prima vnctio erat propria summi sacerdotis. Secunda autem taz summo sacerdoti q̄ minoribus cõueniebat.idem de tertia.ideo prima ponebatur ad differentiam summi sacerdotis ab alijs sacerdotibus:vt sicut in gradu sacerdotij differebant:ita ⁊ in mõ cõsecrationis differrent. Sic enim obseruat ecclesia vt alie vnctiones fiant in consecratione episcoporꝫ q̄ in ordinatione sacerdotum.patet autẽ istam vnctionem fieri ad differentiã sũmi sacerdotis ab alijs:nam ideo in capite est facta.alie aũt vnctiones non fiunt in capite qõ proprie cõuenit summo sacerdoti.nã caput potestatem designat.vnctio igitur in capite designabit ẽt potestatem:hec autem apud summũ sacerdotem est.in minoribus autem sacerdotibus magis ministeriuz q̄ potestas inest: q̄ si aliqua est illa a sacerdote magno deriuatur.hoc etiam patet in ecclesia introductum esse.nam cum omnes episcopi consecrant̃ in capite vnguntur.Sacerdotes autem in solis manibus.sic aũt habetur extra de sacra.vn.c.vnico.hoc autẽ q̄ñ in episcopis potestas est:in sacerdotibus autẽ ministerium.hoc etiã in regibus videt̃ iure diuino introductum:quoniam in lege veteri iubebat deus reges vngi in capite oleo sancto vt patet de Saule. 1. Re. 9.c.et.10.vbi vnxit eum Samuel propheta effundens sup illuz lenticulam olei.idem aũt de Dauid qui vnctus fuit in Bethleez vt habetur. 1. Re. 16. Sic quoq; de alijs regibus factum est ex eo q̄ potestas toti⁹ populi apud reges erat:⁊ ipsi a populo multa iura suscipiebãt.sic patet. 1. Re. 8.c.(Cumq; sanctificasſet eos in vestitu suo).i.moyses asperſit sanguinem cum oleo super sacerdotes:⁊ hoc erat sanctificare eos.dicitur autẽ sanctificauiſſe in vestitu suo.i.cum vestitu.ſ.q̄ cum asperſit moyses sacerdotes oleo vnctionis ⁊ sanguine erant induti vestibus suis:q̄ñ super eos ⁊ vestes fusus est sanguis.ista autem fusio dicebatur sanctificatio q̄ erat quedam applicatio ad cultum dei.(Precepit eis dicens.coquite carnes ante fores tabernaculi).i.moyses mãdauit aaron ⁊ filijs suis ista que sequuntur postq̄ sanctificauit eos in vestitu suo.ſ.q̄ coquerent carnes ⁊ comederent.loquit̃ autez hic moyses de carnibus arietis pacifici.nam carnes vituli prout sus cremabantur extra castra vt dictum est.ideo de eis nihil domino nec sacerdotibus proueniebat.de ariete autem primo qui offerebatur in holocausto nihil sacerdotibus proueniebat:quoniam omnes carnes eius ⁊ intestina ⁊ adipes igne vorabantur vt.ꝛ.patet.Sole igitur arietis pacifici carnes erant quas sacerdotibus comedere licituz erat ⁊ de quibus hic agitur.tota nãq; arietis caro prouenit aaron ⁊ filijs suis preter adipes ⁊ armum dextrum que coram domino cremabãtur ⁊ pectuſculũ qõ cessit in partem moysi pro ministerio qõ faciebat.ideo illas reſiduas carnes coquere ac comedere debebant. (Coquite carnes ante fores tabernaculi.) Jussit ante fores tabernaculi carnes istas comedi q̄ erant sancte ⁊ non licebat eas efferri extra sanctuariuz: ⁊ erat locus in quo coquebantur apud altare holocaustoꝝ ⁊ apud fores tabernaculi:cum ipsum altare apud tabernaculi ostium esset.De carnibus istis ⁊ alijs pacificis que coquebant̃ in sanctuario a plebeis offerentibus an coquerentur in aliquibus vasis pertinentibus ad sanctuarium:vel ipſi qui istas carnes coquebant ducerent extra sanctuarium vasa prophana dictũ fuit

L De minoꝝ ac magnoꝝ sacerdotuz vnctióib⁹: ⁊ i quo differant.

Epi qũo vnguntꝫ.

D

Vnctio regũ quare in capite fit.

E

Rſi.ad quesitũ. Quare p plures tinctiões nõ inducebãtur plures consecrationes.

Necium fuit plures tinctiões fieri i cõsecratiõe sacerdotum. Improbatio B

Doc. rſi. 1.cã

Obiectõ

Rñsio

2.cã

An sumeret ignis ō ō altari ad coquendū carnes.

Exo. 27. c. ꝛ babetur. 1. Re. 2. c. Cum autem dicitur carnes istas coquendas esse ante fores tabernaculi non est ob hoc intelligēdum ꝙ acciperetur ignis de altari ad cremandum ꝛ coquendū quoniā ignis ille sacer erat ꝛ solum seruire debebat ad dei cultum cremando ea que ponebantur super altare. ꝛ sic qui voluisset accipere de igne altaris ad coquendum ista peccabat ꝛ vocaretur a domino. nā sicut qui ad diuinum ministeriū alium ignē assumebat q̄ ignem altaris peccabat ꝛ a domino vocabatur: ita ꝛ qui de illo igne altaris ad alium vsum q̄ ad diuinum ministerium assumeret cremabatur a deo. Simile namq; in vtroq; est.

† Illas carnes ex̄ sanctuariū sacerdotibus comedē nō licebat propter duo.

(Et comedite ibi eas). i. ꝙ sacerdotes istas carnes comederēt intra sanctuarium apud fores tabernaculi: ideo enim non licebat eis extra sanctuarium illas comedere. cuius causa duplex erat. prima q; carnes sacre erant ꝛ non licebat illas in locis prophanis degustari. Secundum autem motiuum huius erat quoniaz dato ꝙ essent ille carnes prophane non possent sacerdotes tempore consecrationis sue illas degustare: quoniaz non licebat eis extra sanctuarium exire septem diebus quibus durabat ista cōsecratio vt patet. j. (Panes quoq; consecrationis edite.) Jussit deus ꝙ sacerdotes in cōsecratione sua cum carnibus sacris vescerentur carnibus sacris. erant autem panes sacri quos adduxerant in canistro offerendos domino. erant autem panes azimi ꝛ collyrida ꝛ lagana. de collyrida autem nihil sacerdotes comedebant: quoniam cremabatur super altare cum adipibus.

† De qb⁹ panib⁹ oblatis licebat sacerdotibus comedere.

de laganis autem forte etiam aliquis dicet nihil relinqui sacerdotibus quoniam omnia cremabantur super altare cum dicat hic ꝙ posuit panem ꝛ collyridaz ꝛ lagana super adipes ꝛ armuz dextrum. ꝛ combussit omnia coraz domino. Alij autem dicēt ꝙ aliqua lagana manebant sacerdotibus: quoniam nō omnia cremata erant sed vnum sicut dicitur Exo. 29. c. laganum de canistro azimorū. i. ꝙ illud cremaretur cum adipibus. magis tamen dicendum est ꝙ omnia lagana cremarentur cum dicatur hic ꝙ etiam lagana cum adipibus sumpsit moyses de manu aaron ꝛ filiorum suorum ꝛ cremauit super altare. Sic igitur diffiniendū est ꝙ de crustula de laganis solus fuit facta ministratio deo nullo manente sacerdotibus. manserunt autem panes azimi quoniā multi panes oblati sunt in canistro vt patet Exod. 29. c. ꝛ hic. de omnibus tamen illis iussum est offerri vnum vt habetur hic. ꝛ Exo. 29. c. dicitur ꝙ offerretur torta panis vnius. Reliqui igit̄ panes qui manebant sacerdotibus cedebant vt vescerentur illis in die consecrationis large: quoniam pertinebant ad solēnitatē consecrationis. ꝛ sic omnes carnes animalium oblatorum in cōsecratione sacerdotum poterant vocari carnes consecrationis: qm̄ tamen specialius de illis loquitur scriptura solū vocauit carnes arietis pacifici carnes consecrationis vt patet. ō. in littera.

† (Qui positi sunt in canistro). i. ꝙ panes isti consecrationis quibus vesci debebant qui consecrabantur in sacerdotes reseruati erant in canistrum coram altari. nam in illo canistro deportata fuerant omnia facta de simila que deus iusserat ꝛ de illis assumpta fuerat collyrida ꝛ lagana vt cremarentur coram domino cū vno pane azimo: ceteri aūt panes manebant in canistro. ꝛ de his

† poterant comedere sacerdotes cū carnibus sacris. (Sicut precepit mihi deus dicens. aaron ꝛ filij eius comedent eos). i. ꝙ aarō ꝛ filij eius comederent de istis panibus: qz sic mandauerat dñs

† ipsi moysi: qō dicit vt nō videatur loqui de corde suo. (Quicqd autem reliquum fuerit de carne ꝛ panibus ignis absumet). i. ꝙ si maneret aliqua pars de istis panibus vel carnibus quam nō possent comedere aaron ꝛ filij sui cremaretur igne. hoc autez ꝙ isti panes sacri ꝛ carnes in eadem die qua offerebantur comedi debebant: ꝛ si aliquid maneret in crastinū non erat comedendū sed cremabatur in igne. qō patet quoniaz in nullis carnibus sacrificiorum licebat eas relinquere comedendas ad alterū diem oblationis: sed in ipsa die comedebantur preterq̄ si offerrentur hostie pacifice spontanee vel pro voto. in omnibus autem alijs carnibus hostiarum pacificarum ꝛ sacrificiorum pro peccato in eadem die comedi oportebat. hic autem iste carnes erant hostie pacifice: tamen non erant spontanee nec votiue: sed cogebātur sacerdotes dare illas ex lege consecrationis cum iussum esset in consecratione semper offerri debere hostias pacificas: ideo necesse erat vt iste carnes eadem qua immolabantur die comederentur: ꝛ si aliquid de eis maneret ignis consumeret.

* Qr̄ nō licebat comedere nisi in die oblationis.

¶ Quare comburebatur igne pars carnium ꝛ panum non comestorum die oblationis sue. Qō. 11.

A Rñ. ad qñ.

Queret autem aliquis quare cōburebatur igne pars carnium ꝛ panuz non comestoz die oblationis sue.

¶ Et respondendū est ꝙ non licebat vesci his carnibus vel panibus in aliqua die post oblationem: quoniaz qui sic vesceretur illis faceret irritam oblationem suam vt habetur precedenti. c. ꝛ j. 19. c. ꝛ preter hoc eēt reus iniquitatis magne. oportebat ergo ꝙ vel ille carnes vel panes traderentur alicui bestie in cibuz vel putredini relinquerentur aut consumerentur igne. sed dari eas in cibum alicui bestie valde vergebat in vilipendium cultus diuini cum deus valde ex hoc vilipenderet: ꝙ etiam panes ꝛ carnes putredini dimitterentur erat identidem magna iniuria diuini cultus cū res putridas abominemur atq; bestijs calcandas tradamus. restabat igitur vt igne cremarent ea que comedi nō poterant: quoniam sic nullum vilipendiū diuini cultus erat: qm̄ potius videbantur iste carnes redire in sacrificium domini: qm̄ ea que sibi specialiter deus sumebat faciebat cremari sup altari. he autem residue carnes cum cremarent videbantur rursus redire in diuinum cultum: ideo cōueniens erat eas cremari.

Qō. 12. A Quomō igne ille carnes cremarē tur.

¶ Sed queret aliquis quo igne ille carnes cremarent. ¶ Respondendū est ꝙ non poterant cremari in igne altaris holocaustorum: quoniam ea que ibi cremabātur carnes essent que pertinebant ad vnum de tribus generibus sacrificior̄. Sed hic nō potuit ista caro combusta pertinere ad aliqō cibum trium generum. ergo non erat cremanda super altare. qō apparet quoniaz non erat hic holocaustum cum in holocausto carnes totius animalis cremarentur. hic autem non crematur aliqō totū animal. ergo non est holocaustum. eodē modo non potest vocari hostia pacifica: qz de illa nihil cremabatur deo preter adipes ꝛ caudaz cum esset victima de ouibus. iste autem carnes nō erant adipes nec cauda de arietibus. ergo non erat hostia pacifica nec etiam hostia pro peccato vel pro delicto: quoniā non fiebat pro aliquo peccato. etiam qz in sacrificijs pro peccato soluz carnes cedebāt sacerdotibus. adipes autem deo vt patet. ō. 6. c. hic autē cremabant carnes residue. ergo non erat hostia pro peccato. Itē nihil qō ab homine in partez cibi sumeretur deo cōsecrabatur: qm̄ iam homo deuouerat partem illius ꝛ per hoc conuerterat in vsus humanos. ea autem que cremabantur super altare ad deū pure pertinebant: sed iste carnes residue relicte fuerant de cibis sacerdotum. ergo nō poterant cremari super altare.

Deter. aucto.

¶ Sed dicendum est ꝙ cremabant iste carnes ꝛ panes in aliquo igne propbano ducto in sanctuariū de fornis sicut fiebat in decoctiōe carnium pacificarum: quoniā non sumebatur de igne altaris sed de igne plebeio. Cum autem cōburerentur iste carnes ꝛ panes relicti fiebat combustio in sanctuario: quoniam quāuis iste carnes non cremarentur in altari: tamen aliquo modo pertinebant ad res sacras cum essent de ariete illo qui coram domino imolatus fuerat. facta autem cōbustione educebantur iste carnes solute in cineres extra castra ad locum mundum vbi consueuerant poni alij cineres altaris. (De ostio quoq; tabernaculi non exibitis septem diebus.) Dic ponitur preceptum ad sacerdotes cōsecrandos de manendo in sanctuario: ꝛ iubetur ꝙ per septem dies manerent in sanctuario: quoniam durabat cōsecratio his septem diebus: ꝛ tunc nō licebat sacerdotibus exire de sanctuario ne distraberentur ad alios actus prophanos cum deberent esse multum attenti deo his diebus cōsecrationis sue. precipue autē qm̄ si exirent sanctuarium ꝛ cōuerterentur ad vsus prophanos aut in re aut locutione cōtingeret eos prauum operari qō valde fugiendum erat in cōsecrandis. Ex quo patet ꝙ sacerdotes in his diebus quibus cōsecrabantur non accedebant ad vxores suas. nam non exibant per septem dies a sanctuario. in eo autez talis actus non licebat. dicit autē hic ꝙ non exirent de sanctuario. i. de ostio tabernaculi. accipiendo large tabernaculū pro toto sanctuario. nam non potest intelligi si assumatur hic tabernaculum stricte: quoniā exibant extra tabernaculuz: ideo non erant in eo sed foris in atrio: quoniam dicitur. ō. ꝙ coquebant carnes apud fores tabernaculi ꝛ ibi comedebant eas. Sed manifestum est ꝙ non intelligitur hoc esse intra tabernaculum: quoniam ibi nulla talis fiebat ignis accensio: quoniam ignis eleuatus cortinas tabernaculi que valde pulchre erant cremaret: aut saltem fumus exbalans omnino cremaret seu inficeret ꝛ cunctam tabernaculi pulchritudinez verteret in fuscas atq; fumosas imagines. ꝛ ista fuit causa quare altare holocaustor̄ non fuit positum intra tabernaculum ne cūcta aut cōbureret aut fusca redderet vt declarauimus Exo. 27. coquebāt ergo aarō ꝛ filij sui carnes in atrio tabernaculi ꝛ comedebāt eas atq; manebant. ideo cum hic dicitur non debere illos exire de ostio tabernaculi intelligendum est ꝙ non exirent de atrio.

† Precepti ad sacerdotes cōsecrandos de manendo in sctūario.

In cōsecratione sacerdos non accedebat ad vxorem suam.

¶ Quare dicebat ꝙ starent aaron ꝛ eius filij intra sanctuarium in his septem diebus. Qō. 13.

Altaꝛ holocaustorū qꝛ intra tabernaculum non fuit positum.

¶ Sed

A Sed queret aliquis quare dicebatur q̄ starent aaron ⁊ filij sui intra sanctuarium in his septē diebus cum ex hoc videatur sequi aliquid contra mundiciā ipsius sanctuarij.nam oportebat in his septem diebus sacerdotes ad requisita nature procedere que totaliter repugnabant mundicie sanctuarij:cum etiam iste qui illa tetigisset ⁊ lauaretur nō posset intrare sanctuariū vsq̄quo mundus esset.ſ.post solis occasum vt habetur.j.11.c.et.ē.7.c. ¶Aliquis fortassis respondebit q̄ sacerdotes hoc facere poterāt in atrio tabernaculi:qm̄ ibi locus amplus vacabat.Sed hoc nullo modo stare poterat cū etiam in ipsum atriū tabernaculi nullus introire posset nisi mūdus esset:sed ista magna imundicia est.ergo nullatenus fieret in sanctuario.Item patet quoniam maiorem mundiciam requirebat sanctuariū q̄ ipsa castra:sed in castris non licebat alicui vētres releuare:sed ad requisita nature exeundū erat extra castra. ergo multominus hoc fas esset in sanctuario.Item cum aliquis extra castra ventrem releuasset pro tanta imundicia q̄ reputabatur humanum stercus iubebatur ne dimitteretur soli patens: sed prius aliquis foderet in terra:⁊ deinde operiret id q̄ releuatus erat.i.humanum stercus ne solarem splendorem offenderet.Si igitur tanta hec erat imundicia vt nullo modo extra castra in aperto permitti liceret:quātomagis illicitum esset hoc in sanctuario fieri.de his duobus habetur Deutero.23.c.cum dicitur.habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad reḡsita nature gerens paxillū in baltheo:cumq̄ sederis fodiens per circuitum ⁊ egesta humo operies quo releuatus es.dominus enim deus tuus ambulat in medio castroꝝ.non ergo dici potest q̄ sacerdotes intra sanctuariuꝫ in atrio ventrem releuarent. ¶Sed respondenduꝫ est sacerdotes habuisse in sanctuario vasa huius immundi ministerij in quibus recipi poterant sordes eorum ⁊ efferri extra castra sicut deus iusserat:nec in hoc fieri videbatur aliqua imundicia.potissime cum isti ex mandato diuino ad perfistenduꝫ in tabernaculo cogerentur. ¶Aliqui enim dicunt q̄ poterant exire sacerdotes extra sanctuarium ad secreta nature:tamen non conuenit cum in littera caueatur ne nocte aut die exirent sanctuarium.(Usq̄ ad diem quo implebitur tēpus cōsecrationis vestre).i.semper manebitis in sanctuario quousq̄ consecratio vestra finita fit.Durabat autem consecratio per septem dies.i.q̄ in omnibus illis diebus flebant cerimonie ad sacerdotum consecrationez tam in oblationibus q̄ in expiationibus altaris:⁊ non erat perfecte consecratus sacerdos donec trā sirent septem dies in his cerimonijs.nam non poterat in aliquo horum dierum ministrare:q̄ pertinebat ad sacerdotem iam cōsecratum. ¶Et dicendū est de hac consecratione q̄ ipsa inducebat quādam potestatem in consecrato per quā ius esset ei ministrare:q̄ ante non licebat. Ista autem potestas vel erat character sicut in quibusdam sacramentoꝝ nostrorum ⁊ in omnibus ordinibus inducitur aut aliquid simile characteri.qualiter autē potestatem istam nominauerimus nihil differt:quoniā ipsa conditionem characteris sequitur:q; sicut character aliquid indelebile est:⁊ qui semel fm characterem aliquid factus est impossibile est q̄ perdat illud:sicut per characterē baptismalem aliquis suscipit esse christianum:ideo impossibile est q̄ aliquo tempore fit non christianus etiam si in inferno sit:quoniaꝫ adhuc ibi anima baptismalem characterem retinet. Idem autem de ordine diaconatus aut presbyteri:quoniā qui suscipit hos ordines indelebiliter eos habet nec vnq̄ perdere poterit.ideo vbicūq; fit semper diaconus aut presbyter erit.Sic autem erat de ista potestate sacerdotuꝫ veteris testamenti ad ministrandū.nam postq̄ semel consecrati erant in eternum manebat eis ministrandi potestas.Et tamen in sacerdotibus veteris testamenti nō erat aliquis character vt declarabitur Mat.3.c.sed tamen per consecrationem dabatur eis quedam potestas ministrādi que semp eis manebat.Nec ob q̄ aliquādo impediatur ista potestas alicuius superioris mādato:sicut est in depositis ⁊ degradatis perditur:quoniam q̄ eis non liceat ministrare habēt tamē characterem omnium ordinum:ideo si aliquos depositos ⁊ soleniter degradatos contingeret ecclesie reconciliari ad ministrandū in ordinibus quibus ante ministrabant non oportebat vt iterū ordinarentur sed q̄ eis permitteretur ministrare sicut prius.ergo ordines manserant indelebiliē istis degradatis:alioquin oportebat vt si rursus ad ministrandum reciperentur iterum a principio ordinarentur.sed hoc autem falsum est. Ista autē potestas ministrandi non dabatur sacerdotibus consecratis in veteri testamento ante octauum diem:ideo omnes iste cerimonie precedentes dicebantur esse istius consecrationis:⁊ non poterat aliquis de sacerdotibus consecratis ante octauuꝫ diem ministrare q̄q̄ si ministraret ministratio facta erat:sed ministrans peccabat.in quibusdā tamen ministerijs noui testamenti qui non est ordinatus etiam si ministrat nihil efficit:sicut in conficientibus eucharistiam.nullus enim hoc facit nisi presbyterij ordine sumpserit.(Septem diebus finitur consecratio).i.septem diebus † durat cerimonia consecrationis.(Sicut impresentiarum factuꝫ † est).i.sicut nunc factum est.impresentiarum vna dictio est:⁊ est aduerbium temporis designans idem q̄ nunc vel in presenti: ⁊ sunt ista verba moysi.ſ.q̄ ritus consecrationis quandocunq; fuerit semper durabit septē diebus sicut nunc factum est.ſ.in cōsecratione aaron ⁊ filiorum suorum. (Et ritus sacrificij cōpleretur.)Accipitur sacrificij ritus.i.ritus consecrationis:quoniaꝫ † non erat aliq̄ sacrificium q̄ bis septem diebus duraret cum quodlibet vna die explaretur.sed consecratio septē diebus durabat:⁊ vocatur ipsa sacrificium quasi sacrum factum:q; in ipsa consecratione aliqd sacrum efficiebatur.ſ.inducebatur potestas ministrandi in rebus sacris. (Die ac nocte manebitis in taber † naculo.)Ad istos septem dies refertur in quibuꝫ manendū erat sibi iugiter in sanctuario.⁊ accipitur hic tabernaculuꝫ large pro toto sanctuario.nam nō stabat aaron cum filijs suis intra tabernaculuꝫ sed in atrio eius sicut.ē.probatū est.dicit aūt hic q̄ maneret die ⁊ nocte in sanctuario:quoniam forte crederent isti sacerdotes q̄ quātis per diem non liceret eis exire extra sanctuarium ne viderentur ab alijs hominibus ⁊ haberent locū ad peccandum infistentes humanis colloquijs:per noctem autem putarent hoc sibi licere:quoniam non erat tunc aliqua occasio ad peccandum cum non viderent ab alijs homi:nibus:sed vtriusq̄ temporis exitus interdicitur vt totaliter separati essent a ꝓpbanis siue fm rem siue fm apparentiam.(Obseruantes custodias † domini).i.tenentes custodiam septez dierum quā vobis mādauit dominus.(Ne moriamini.)Cōminatur eis mortem si contrarium fecerint.putaret namq; aliquis de sacerdotibus qui cōsecrabantur q̄ infringere istud preceptum de permanendo septem diebus in sanctuario aliquid paruum erat:⁊ qui transgrederetur impunitus esset.ne autem hoc existimantes audeant illas custodias infringere predixit q̄ morerentur si infringerent. nam in quibusdā alijs que fortassis alicui parua viderent deus mortem inducebat:sicut in sacerdotibuꝫ nouiter consecratis qui assumpserunt ignem alienum vt offerrent coram dño:⁊ egressus ignis a domino deuorauit eos vt patet.j.11.c. (Sic enim † mihi preceptum est.)Ista sunt verba moysi cōmonentis sacerdotes vt obseruent custodias domini per septem dies dicens q̄ sic deus ei mandauit:ideo si aliqs contra ista egerit morietur.

¶Quāq̄ autem non fuerit nec existat allegorijs aut tropologijs aut alicui alij sensui preterq̄ litterali intendere:breuiter tñ istorum septem dierum tropologicam apponendaꝫ duxi.sacerdos enim nouiter consecratus septem diebus recludi debet in custodijs domini.octaua autem die ministrare:quoniam septez sunt a quibus pontifices ⁊ alij sacerdotes ꝺsecrati abstinere debēt.ſ. plixitas dormitionis:voluptas cōmessationis:inutilitas actionis:multiplicitas distractionis:vanitas confabulationis:varietas fictionis:vilitas affectionis.a quibus septez cum se recludētes abstraxerit:octaua die.i. post hec ministrare possunt dño ea que.c.sequenti dicuntur.ſ.rigorem penitentie ⁊ austeritatis que signatur per vitulum pro peccato extra castra cōbustum:vigorem patientie ⁊ soliditatis que designantur per vitulum in holocaustum:decorem innocentie ⁊ simplicitatis q̄ signat̄ per agnū anniculum:laborem industrie ⁊ sedulitatis per bouem:splendorem prouincie ⁊ perspicacitatis per arietem pro pacificis:nitorē conscientie ⁊ puritatis per similam:dulcorem leticie ⁊ suauitatis per oleum quo conspersa est.(Feceruntq; aaron ⁊ filij eius cuncta que locutus est dominus.)Refert ad superiora.ſ.ad oblationem sacrificioꝝ ⁊ ad custodiam septem dierum in sanctuario:quoniam nemo eorum inde egressus est in ipsis septem diebus.(Per manū moysi).i.q̄ deus mādauit ista fieri per manuꝫ moysi.Non est autem intelligendum q̄ mandauisset per manus moysi:quoniam hoc nullo modo est opinabile nec quisq̄ concipiet cum manus non sit organum expressiuum ⁊ interpretatiuuꝫ sicut lingua.Sed est sensus q̄ locutus fuit deus ista per manū.i. per ipsum moysen.ſ.quia moyses erat minister dei ad istas locutiones.⁊ sic cōmuniter loquimur dicētes omnia ista fient per manum vestram.i.expedientur per vos.nam cuꝫ ipsa manus sit organum organoꝝ iuxta Arist.2.de anima.omnes operationes nostras manui attribuimus:⁊ sic locutio aliquando dr̄ fieri per manum:⁊ est locutio ista frequens in sacra scriptura.

Qō.14 A De quadā mozalitate figñata per 7.dies gbꝰ recludebāt sacerdotes cōsecrandi. ◦A gbꝰ debent abstinere sacerdotes.

B

Notādum de locutione dei.

Lauſdā rñ.ad q̄stum.q. Impro batio

Doc. rñ. ad q̄stū.

B Opinio Cōfuta.

† Quātum durabat cōsecratio sacerdotum.

Quid cō ferebat consecratio consecrato.

C Charact semp manet ēt in inferno.

Degradatus ⁊ depositꝰ bz characterem.

¶ Capitulum .ix.

Facto autem octauo die vocauit Moyses aaron ⁊ filios eius ac maiores natu israel: dixitq; ad aaron. Tolle de armento vitulum pro peccato ⁊ arietem in holocaustum vtrunq; īmaculatum: ⁊ offer illos coram dño: ⁊ ad filios israel loqueris. Tollite hircum pro peccato ⁊ vitulum atq; agnū anniculum ⁊ sine macula in holocaustum: bouē ⁊ arietem pro pacificis: ⁊ īmolate eos coram dño: in sacrificio singulorū similam cōspersaz oleo offerētes. hodie. n. dñs appebit vobis.

6. dis. c. bis ita. ibi de agno. 31. q. 1. c. ūq. §

Facto autem. In superioribus dictum fuit de potestatiꝫ traditione. hic ꝺsequenter agitur de prima ipsius executione: quoniam. ē. dicebatur de consecratione sacerdotum in qua tribuebatur potestas ad ministrandū. hic autem dicitur quomodo sacerdotes inceperunt ministrare post consecrationē suam. s. in die octauo. Et diuidit in duaz partes. Quoniaz primo ponitur ministrationiꝫ sacerdotalis primus vsus. Secundo adiungitur ipsorum ministrantiū subitus occasus sequenti. c. Prima in tres fm q; hic ponuntur tria. Primo ponitur diuina iussio. Secundo eiusdem executio. Tertio a deo facta approbatio. Secūda ibi. (Tulerunt ergo.) Tertia ibi. (Apparuitq; gloria domini.) Circa primū. (Facto aūt octauo die.)

† Ministrationiꝫ sacerdotalis primus vsus.

In septem diebus superioribus sacerdotes obseruauerant ritū consecrationis sue ⁊ in nullo horum poterant ministrare: qz nō dum erat completa consecratio per quaz inducebatur potestas ministrandi: ideo in nullo illorum septem dierum ministrare potuerunt. completa autem consecratione iussit dominus vt ministrarent: quoniam ob hoc cōsecrati fuerant vt ministrarent. prima autem dies post completam ministrationē fuit dies octaua in qua iussit deus vt sacerdotes inciperēt ministrare: ⁊ fm q; fuerat magna solēnitas facta die prima qua cōsecratio incepta est conuocato toto populo: ita ⁊ in prima die ministrationis consecratorum sacerdotum fuit facta magna celebritas conuenientibus omnibus filijs israel vt patet. j.

¶ Qua die inceperūt ministrare sacerdotes ꝺsecrati. s. an in principio anni secundi exitus de egypto vel post. Qō. 1.

A Rñ. ad q̄st.

Dicit autem q; die octaua fuit facta ista nona ministratio de qua dubitat qua die. s. an fuerit in principio anni secundi exitus de egypto vel post. naz ante non potuit cum non esset factum sanctuariū in quo consecratio sacerdotum fieri debebat vt patet Exo. 40. c. Ra. Salo. dicit q; prima die mensis primi anni secundi exitus de egypto incepunt ministrare sacerdotes. cuius motiuum est: quoniā oblatio principum duodecim tribuū israel cepit die primo mēsis primi anni secundi exitus de egypto: quoniā incepit in die quo erectum est tabernaculū vt habetur Nume. 7. c. iste tamen dies erat dies primus anni secūdi exitus de egypto vt habetur Exo. 40. c. ⁊ tamē quando isti principes inceperunt offerre videtur q; aaron erat iam consecratus vt ipse faceret omnia sacrificia que principes obtulerunt. sed aaron non poterat ministrare vsq; ad octauam diem: qz illa erat prima dies post consecrationē. ergo videtur q; ad minus ista dies octaua consecrationis fuerit prima dies mēsis primi anni secundi exitus de egypto. ¶ Aliquis aūt fortassiꝫ obiiciet cōtra Ra. Sa. q; ipse includat contradictionē in verbis suis ad litteram hanc: quoniā dicit q; dies octauus fuit dies prima mensis primi. hoc autē manifeste falsum est. ¶ Respōdetur q; hoc nihil est: quoniā non cōputatur hic octaua dies a principio mensis vel anni cum hic nihil dictum fuerit de anno vel mēse: sed dicitur octaua dies cōputando a principio cōsecrationiꝫ. fuit enim facta consecratio per septez dies vt patet precedēti. c. dies autem sequens post consecrationē erat dies octaua in qua deus iussit ista fieri. nec tamen ob hoc tollitur quin ista octaua dies sit prima dies anni secūdi: quoniā potuit consecratio sacerdotum incipere septē diebus ante finē anni primi: ⁊ tunc octaua dies succedens in ordine esset prima dies anni secūdi. ⁊ sic nihil obstat hoc positioni Rab. Salo. ¶ Sed adhuc dicendū est non posse stare positionē Ra. Salo. quoniā consecratio sacerdotum facta fuit in sanctuario cum dicatur precedenti. c. q; quando volebat deus consecrari aaron ⁊ filios eius iussit vt applicarentur ad ostium tabernaculi. ergo iam tabernaculuz fabricatū fuerat. Item iussit vt septem diebus cōsecrationis manerent intra sanctuarium. Si autē octaua dies de qua hic ꝺ̄ est prima dies mēsis primi anni secundi exitus de egypto: necessarium esset vt per septem dies ante ad minus eleuatū fuisset tabernaculū: ꝫ ipsum eleuatum est in prima die mensis primi anni secūdi. ergo nō potuit esse ista dies octaua prima dies mensis primi anni secundi: sed ad plus fuit octaua dies mensis primi anni secūdi: quoniam consecratio sacerdotum non potuit incipere ante primam diem anni secūdi cum in eadem die primo erectum fuerit tabernaculum: ⁊ tunc si eadem die inceperit octaua dies a primordio cōsecrationis erit octaua dies mensis primi anni secūdi. Si aūt consecratio sacerdotalis non ceperit prima die anni secūdi: ista dies octaua de qua hic dicitur erit post octauam diem mensis primi anni secūdi q̄̄ q̄̄ non determinet quātum postea fuerit. ¶ Sed dicēdum est q; ista octaua dies de qua hic dicit fuit octaua dies mensis primi anni secūdi ab exitu de egypto: quoniā eadem die incepit consecratio sicut dictū fuit. ē. 1. c. ⁊ Exo. 40. c. ¶ Ad fundamentum autem Ra. Sa. satis patet solutio. quoniā ipse intendit q; aaron erat consecratus ⁊ poterat ministrare quādo principes tribuz obtulerunt sacrificia: qō incepit prima die mensis primi quando erectum est tabernaculū. hoc enim manifeste repugnat littere huic ⁊ precedentis. c. nam cum sacerdotes fuerint consecrati in sanctuario ⁊ principes obtulerūt incipientes a prima die erectionis tabernaculi: necessariuz erat vt sacerdotes nō essent tunc cōsecrati: sed potuerunt ipsi cōsecrati esse in die octaua quando obtulit Samaliel princeps filioꝝ Manasse qui fuit octauus in principibus offerentibus ⁊ obtulit octaua die vt patet Nume. 7. c. huius autem oblationē potuerunt sacerdotes cōsecrati suscipere ⁊ ministrare facientes sacrificiuz. in oblationibus autem aliorum septē principum precedentiū non potuerunt sacerdotes ministrare qz nōdum consecrati erant. Et cum dicit q; oportebat sacerdotes consecratos esse ad faciendū omnia sacrificia que principes obtulerunt non stat: quoniaz moyses potuit facere ista sacrificia sicut fecit sacrificia in cōsecratione sacerdotum. nam in septem diebus cōsecrationis nemo de sacerdotibus ministrauit cum nōdum essent cōsecrati: sed solus moyses faciebat hec ⁊ ipse suscipiebat iura sacerdotalia vt patet precedenti. c. ⁊ Exo. 29. vbi dicitur q; suscepit moyses in parte suaz pectusculum de ariete cōsecrationis qui oblatus erat in hostias pacificas. Etiam satis innuitur ex littera Nume. 7. c. q; moyses fecerit sacrificia oblata a principibus: quoniā ibi loquitur deus ad eum q; suscipiat boues ⁊ plaustra que obtulerunt principes: ⁊ ibi subiicitur qūo ipse suscepit. Si tamen consecratus fuisset aaron ⁊ filij sui nullo modo moyses illa sacrificia fecisset aut de manibus principum offerentiū suscepisset: quoniaz hoc aaron ⁊ filij sui facerent: sicut post consecrationē eorum nunq; aliquādo legit q; moyses ministrationes sacerdotales exercuisset. de his autem adhuc dicetur Nume. 7. c. (Vocauit moyses aaron ⁊ filios suos.) Dicitur autē moyses vocauit aaron ⁊ filios suos qm̄ debebat eis notificare aliquid ex parte dei. s. q; facerent sacrificia de quibus habet immediate. Vel potest dici q; vocauerit eos quoniā iam non erant congregati sicut ante. in p̄cedentibus enim septem diebus fuerant in sanctuario non exeuntes inde per diē nec per noctem iuxta domini iussionē vt patet precedēti. c. ideo cum moyses eis aliquid loqui vellet non oportebat q; eos inquireret: qz in sanctuario reperiret. in octaua autē die erat finita cōsecratio ⁊ ipsi poterant ire extra sanctuariū. ⁊ sic fortassis factuz est. s. q; isti exirent extra sanctuariū: ⁊ cum moyses velit ista que sequunt dicere vocauit eos sicut ipsos populares vocauit. qcqd tamen fit siue in sanctuario māserint siue extra exierint nō multum differt: quoniā quocunq; modo vocari poterant. (Et maiores natu israel). i. vocauit etiā moyses illos qui erant de maiori genere ⁊ excellentiores. Potest autē aliquis dici maior natu dupliciter. s. q; senior est in etate magis puectus: aut qz generosior est: ⁊ vterq; modus satis cōuenit significationi huius nominis: qm̄ senior dicit maior natu: qz a pluribus diebus natus est. ꝺ̄ etiā generosior maior natu: qz de maioribꝫ natalibꝫ siue psapia ortus est. vterq; autē modus satis est frequentatus in sacra scriptura. ¶ Causa autē quare deus fecit vocari maiores natu israel in ista octaua die fuit duplex. Prima ad honorandum aaron ⁊ filios eius. nā sicut in die prima ꝺsecrationis sue fuit honoratus aaron a toto populo cōueniente vt habetur precedenti. c. ita ⁊ in prima die qua ministrauit debuit honorari. naz magna celebritas ⁊ nimia exultatio erat in prima die ministrationis sūmi sacerdotis

Rñsio

Cōfutatio Rabbi.

† Pulchra ratio.

B Doc. rñ. ad q̄stū.

Samaliel princeps filioꝝ manasse.

† Alige ꝺ̄ maior natu dupliciter.

L Deus q̄ maiores natu israel in ista. 8ª die vocari fecit. 1. cā

Fit celebritas dū prio aliquis missaz cātat q: sic ēt factū est in ve.le. °2.cā.

cerdotis ⁊ filioꝝ suoꝝ q̄q̄ eis postea in fletum ⁊ amaritudinem versa est combustis a domino duobus filijs eius.s.nadab ⁊ abiu vt patet sequenti.c. Sic aūt apud nos inolitum est vt magna celebritas fiat cum aliquis nouiter missam cantat: populus autem ad istum honorem ⁊ celebritatē rationabiliter debuit cōuenire quoniam aaron illoꝝ pontifex erat.° ¶ Secūda ratio quare cōuocatus fuit populus est q: offerre debebat pro se holocaustū ⁊ hostiam pro peccato vt patet.j.⁊ solui debebat illud sacrificium de expensis populi: ideo ad hoc necessarium erat vt vocaretur. (Dixitq; ad aaron.) Non dixit ista ad populuz: quoniā hec que immediate ponuntur ad populuz non pertinebant sed ad aarō: q: hic dicit̄ de sacrificio qḋ ipe pro se oblaturus erat. postea aūt dicetur de sacrificio populi: ⁊ q̄q̄ deus vocari iusserit aaron ⁊ filios suos ⁊ eos moyses vocauerit: tamen non locutus fuit nisi ad aaron. cuius ratio est q: ipse caput erat filioꝝ suoruz. (Tolle de armento vituluz.) Iussit deus vt offerret aaron vitulum ad offerendum pro seipso.s. pro peccato suo ⁊ filioꝝ suorum. ⁊ dicit debere hunc efferri de armento: non quidem ꝙ esset necessitas precepti adducere de armento: quoniā poterat vnūcunq; afferre: sed dicitur de armento quoniā vitulus quicūq; ad armentū pertinet cum vitulus sit de maioribus animalibus que armenta vocantur. minora autez ad greges pertinent. (Pro peccato) .i. duces hunc vitulum ad offerendum pro peccato.

Q̄ō.2 A Quar̄ iubeat̄ hic ꝙ aaron pro pctō suo vituluz offerret. °cuiusdā rn̄. ad q̄stum.

¶ Sed queret aliquis° quō iubebatur hic ꝙ aaron offerret vitulum pro peccato suo cum in die consecrationis obtulerit vt patet precedēti.c.° ¶ Forte aliquis dicet ꝙ fiebat ista oblatio pro peccatis que aaron ⁊ filij sui fecerunt post diem primam consecrationis. nam q̄q̄ sacrificium factum pro peccato die prima cōsecrationis suffecisset ad expiationez pro omnibus peccatis que fuerant ante consecrationem aaron ⁊ filioꝝ eius: tamen oportebat aliud sacrificium pro peccato esse ad tollendum ea in quibus post primum diem consecrationis peccauerant. ¶ Et si aliquis dicat ꝙ aaron ⁊ filij sui non peccabant in his septē diebus consecrationis sue cum reclusi essent in sanctuario nec vacarent prophanis actibus vt patet precedenti.c. ¶ Respondendū est non sufficienter in his argui: quoniam q̄q̄ non peccarent aaron ⁊ filij sui in actibus popularis cōuersationis in his septem diebus cū a populo sequestrati essent: tamē peccare poterant in quibusdā alijs vocalibus atq; realibus vt liquet intuenti. pro his igitur conueniens erat offerri aliqua sacrificia.

Improbatio

Nico. opi.

Improba.

1. rō.

plentes ritus: non ex hoc magis apti sunt vel inclinati ad malefi
cos ritus idolatrarū quos fieri dicit assumptis carnibus vel os
sibus mortuorum ꝯ alīs. hoc namq; aliquam posset soliditatem
habere si eius funeris qō cōmitātur aut plangunt carnes vel os
sa accepturi essent. sed hoc nullus facit. nihil igitur magis dif
fert funeribus interesse vt aliquis vtatur carnibus vel ossibus
mortuorum in cerimonijs suis vt a quibusdaz asserit: ꝯ ꝙ non
interfint. ¶ Secundo deficit dictum istud quoniaz falsum est.
nam hoc apud hebreos quosdam satis ignaros ortuz habuit q
cerimoniaroz gentilium inscij qō sibi dicendum videtur cōfin
gunt. sic enim rab. Salo. multa per imperitiaz cōfinxit. sequitur
autem istos Nicolaus: vnde z cum eis deficere cogit. Lām igi
tur huius prohibitionis ve non exeundo ad funera nequaq; ex
hanc sed eam quam supra assignauimus. ¶ Nunc autem
queret aliquis quare moyses interdixit aaron z eleazar z ithā
mar plangentibus exequias facere cum quibusdam eorum hoc
liceat. Nam ꝯ ꝯ summo sacerdoti super mortuo se contami
nare fas non fit: siue ille pater siue mater sit: z fortius ve omni
bus alijs vt habetur infra. 21. cap. minoribus tamen sacerdo
tibus hoc non vniuersaliter interdictū erat. Nam in mortibus
patrum z matrum fratrum z sororum virginum contaminare
se in planctibus z ceteris funerum exequijs ius erat vt bz. j. 21.
sic autem hic erat: quoniam nadab z abiu fratres erant elea
zar z ithamar. licebat ergo eis eorum funera comitare ꝯ ꝯ nō
esset licitum aaron patri eorum qui pontifex erat. ¶ Ad hoc re
spondendum est ꝙ aaron non licebat simpliciter aliquo tēpore
morientibus interesse aut mortuorū exequias facere: ideo ꝯ ꝯ
isti duo filij eius multo post tēpore morerentur non erat ei ius
eorum astare funeri nec plangentiuz ritus explere. ve eleazar z
ithamar fratribus eorum dicenduz est quoniaz nunc non licuit
eis quia erant nouiter consecrati: licuisset tamē alio tempore.
multa namq; ꝓpter recentem consecrationem vitari debebant
que postea facere licebat. nunc autem filij aaron nouiter conse
crati fuerant: quoniā precedenti die ante mortem nadab z abiu
completa est consecratio eorum. sic enim infra expressit moyses
causaz huius ꝓhibitionis dicens. oleum quippe sancte vnctiōis
super vos est. i. nunc nouiter oleuz sanctū fuit super vos aspersum. nō licebat igit vt in mortibus aliquoz polluerētur. errant
tñ illi qui existimāt simpliciter interdictū esse sacerdotibus ve
teris testamēti mortuos plāgere aut plāgentibus interesse: qm̄
infra. 21. c. permissum est. (Ne forte moriamini). i. si capita ve
stra nudaueritis aut vestimēta sciderit is: siue cetera plura gen
tium cerimonialia ipenderitis forte moziemini. nec eniz sic sub
dubio intelligendū est: qm̄ si dicenti moysi non obtemperantes
ad exequias nadab z abiu exiuissent certissime mozerent. z tñ
iste ē modus loquēdi in sacra scriptura vt aliquādo forte z fo
tassis in manifestissimis apponantur. (Et super omnē cetū ozia
tur indignatio). i. si vos exitis ad plangendū mortuos non solū
moziemini sed etiam populus ꝑcuteretur. z hoc quia forte po
pulares in hoc eis nō repugnarent: vel quia ꝓpter peccata sa
cerdotum tanq; ꝓlatorum populus quoq; puniēduz erat: sicut ꝑ
peccato ꝓncipis populus interdum punitur. sic habetur de Da
uid numerāte populum: quoniā pro hoc magna pars populi pe
ste consumpta est. vt habet. 2. Re. c. vltimo. ideo quādo de pec
cato sacerdotū ℔ agit z in alijs libris: nō solū oz ꝙ ipsi punient
sed etiam oziet indignatio super totum populum vt habet Nu
meri. 1. c. et. 18. vbi dicitur. si sacerdotes z leuite non custodie
rint castrametationes suas i circuitu tabernaculi: z si sacerdotes
non obseruauerit cultum tabernaculi pro seipsis solis ipsi soli
perībunt z super totū populum indignatio oziet ur. cum autem
peccant populares eodem modo videt retorquendū peccatum
esse in sacerdotes si ꝓpter eorum negligentiā peccant: quoniaz
deus posuit sacerdotes tanq; speculatores vt videant quid alij
agunt z malum vel bonum denunciēt: ꝙ si non denunciauerint
ipsi quoq; cum alijs peccatoribus morient vt habet Ezechiel.
3. c. cum oz. fili hois speculatorē dedi te domui israel z audies
de ore meo verbū z annūciabis eis ex me. si dicente me ad impiū
morte morieris: nō annūciaueris ei neq; locut⁹ fueris vt auerta
tur a via sua impia z viuat: ipse impius in iniquitate sua moriet
z sanguinē eius de manu tua requirā. si forte sacerdos exhorta
retur populū vt a malo recederent: populus autem totaliter re
pugnaret sacerdotes ab omni culpa imunes erant. sic enim oz
in eodē. c. Ezechie. si autē tu annūciaueris impio z ille nō fuerit
conuersus ab ipietate sua z a via sua impia: ipse qdem in iniq
tate sua moriet: tu autē animā tuaz liberasti. (Fratres vestri z
omnis domus israel plangāt.) Hic ponit moyses rationē dicti
sui siue eius qōdam fulcimentū. nam cum dictum sit ꝙ aaron z
filij sui non exirēt ad plangendū nadab z abiu videbat esse qō
dam irrationabile valde: qm̄ tunc manerent indeplorati z non
factis exequijs duo illi sacerdotes morientes: qō irrationabile
erat. nam nulli sepulchri honor denegandus est. ¶ Respondet
ad hoc moyses ꝙ ipsi non debēt exire sed exibūt alij ad plangē
dum. s. oēs de cognatione aaron ꝑter ipse z filios eius z omnes
alij de israel. vocat autē hic fratres eius q pertinēt ad cognatio
nem aaron. s. ad tribuz leuiticam: de qbus erant misael z helisa
phan ad quos pertinebat ex generis ꝓpinquitate exequias mo
rientium nadab z abiu explere: z bi duo eduxerūt extra castra.
ad omnē autem domuz israel. s. ad omnes qui erant in. 12. tri
bubus que vocant domus israel pertinebat plangere mortem
istorum sacerdotū: qm̄ isti quodāmodo erant prelati populi cuz
essent vncti in sacerdotes. ad subditos autem pertinet prelato
rum suorum funera honorare. (Plangant incendiū qō domi
nus suscitauit). i. isti plangāt super nadab z abiu quia domin⁹
suscitauit incendiuz cremando eos. debent autem isti plangere
incendium illud: quoniam ꝯ ꝯ ipsi sciant deum inflixisse mor
tem illam agentē a ꝓposito: tñ volere debent ꝙ illi miserabi
les perierint. sic enim pro parētibus z charis lugemus. naz z si
nobis cognitum sit deum voluisse illos occidere: pietatis tamē
viscera negāda non sunt. Quinimo si aliquis funera patris aut
fratrū deplorare nollet nec eis quicq; condolere quoniā nouit
a deo inflicta fore nimis in hoc peccat. non eniz aliquis deo re
pugnat ga mortem aliquibus ab eo inflictaz deplorat. Nā non
ideo pro morientibus lugemus tanq; factum dei improbemus
asserentes aut opinātes deuz in hoc male egisse velut de hosti
bus dicere soliti sumus: sed eorum qui defecerūt miseriā deplo
ramus. nec enim ideo lugemus quoniā mors a deo inflicta est:
sed quoniam isti miserabiles hoc a deo meruerunt vt eis mors
aut alia cruciamina inferrent. licitum ergo est pro mortuis de
plorare ita vt in hoc nature pietatis viscera impendamus. nec
tamen tanq; ve penitus deficientibus desperemus: quoniaz hoc
spem resurrectionis abrogat. (Qō dominus suscitauit.) Deus
dicitur suscitasse istud incendiuz quoniam ignis ille non natu
raliter sed eo mouente sacerdotes exussit vt in prioribus pro
batum est. (Vos autē non egrediemini fores tabernaculi.) sed
magis in atrio eius quinimo nūq; in tabernaculo isti manebāt
nisi cum illud ad ministranduz introirent: qō breuiter efficieba
tur. s. cremādo thymiama super altare thymiamatū z disponē
do lucernas in candelabro z panes in mensa ꝓpositionis ordi
nando: reliquo autem tempore in atrio manebant vt probatuz
fuit supra. 8. et. 9. c. Jubet autem moyses ꝙ aaron z filij sui non
egrediantur extra fores tabernaculi: non quidem tanq; illicitū
eis esset exire die illa extra sanctuariū quoniam solum vetitum
erat eis exire sanctuariū in septez diebus consecratiōis sue: isti
autez iam trāsierant quoniā erat octauus dies: sed iussit ne exi
rent extra fores tabernaculi. s. ad plangendu: quoniam ꝯ ꝯ nō
essent tunc in sanctuario sed extra in tentoriis suis non licuisset
eis exire ad plāgēdū cadauera cū nouiter ꝺsecrati eēnt. (Alio
quin peribitis). i. moziemini certissime qz deo nestatis in vo
bis sacram deo vnctionez in mortibus aliquoruz vos contami
nantes. hic patet qō supra dicebat. s. ꝙ non ponitur forte dubi
tatiue cum dicit. ne forte moriamini. nam hic ponitur affirma
tiue. s. alioquin peribitis. oportet igitur reduci illam sententiam
superiorē ad istam. s. ꝙ forte nullam ibi dubitationem inducat.
(Oleum quippe sancte vnctionis super vos est.) Hic redditur
causa quare isti non deberent exire ad plangenda funera. s. qa
in eis erat oleum vnctionis. nec est tamē sic intelligendū: qm̄ si
ideo non possent aliqua funera deplorare quia sup eos oleum
vnctiōis erat nullo tēpore deplorare possent: qm̄ semper erant
vncti oleo sacro quousq; morerent. sed est sensus. oleum sancte
vnctionis super vos est. i. oleum sanctū nouiter sup vos aspersum est. z in reuerentiam huius noue ꝺsecrationis ab omnibus
ingnamentis abstinere debebāt. dicit autem hic ꝙ oleū vnctio
nis est super istos sacerdotes: qō intelligēdum est non per effu
sionem sed per aspersionē. nam solus aaron erat super cui⁹ ca
put oleū vnctionis fusum est vt ꝓbatum est supra. 8. c. z habet
infra. 21. ca. super alios vō sacerdotes minores nō effundebat
oleum vnctionis per se nec etiā aspergebat: sed fiebat quedam
cōmixtio olei vnctionis cū sanguine: z de illa accipiens moyses
aspersit super aaron z vestes eius z super filios eius z vestes
eorum vt habet Exodi. 29. c. z supra. 8. ca. dicitur istud oleū san
cte vnctionis quia ex eo solum vngebant res sacre. s. tabernā
culum z vasa z sacerdotes z vestes eorum. (Qui fecit omnia

iuxta

2. rō.

Qō. 12 A
Qr moyses interdixit aarō z eleazar z ithamar plāgētib⁹ exequas facē cuz gbusdā eorū ꝺ liceat.

B
Pro pctō sacerdotuz sepe punit ꝓpls z eō.

Nota ve⁹ ad qd sacerdotes istituerit.

† Nota.

Quis nō peccat lugendo mortem charorū ſz magis merek.

D
Licitū ē pro mortuis ꝺplorare.

† Oō aarō z eleazar z ithamar non deberēt exire ad funera plāgēda.

Capita minoruz sacerdotum erāt ꝺsecrata p aspsionē z ſ p effusiōez.

† iuxta preceptum moysi). Ad aaron refertur qui fecit iuxta p̄ceptum moysi.s.non exeundo de sanctuario nec plangendo filios suos mortuos: ⁊ q̄uis moyses ista locutus fuisset ad aaron ⁊ filios eius: tñ solum dicitur hic de aaron ꝙ fecit preceptũ moysi de filijs nihil exprimens: qm̃ cum ipse esset caput filioꝝ suorum ipso obediente p̄cepto moysi satis notũ erat ꝙ filij obedirẽt. nõ oportuit g̃ exprimi d̃ filijs aarõ ꝙ cõpleuerint p̄ceptũ moysi.

¶ An Nadab ⁊ abiu salui vel condemnati sint. Qõ. 13.

A Cuiusdã rñsio Impro.

Nunc autem inquirendum est de statu Nadab ⁊ abiu.s.an salui vel condemnati sint. ¶ Aliquis aũt respondebit eos condẽnatos fore qm̃ peccauerunt cõtra dñm ⁊ ab eo sic amarissime mortui sunt. Sz ad hoc dõm est hoc sufficienter non probari: qm̃ si nadab ⁊ abiu peccauerunt satis puniti sunt vt patet in eorum morte. pctm̃ autẽ non valde magnũ fuit vt ex superioribus declaratum est: ideo mors illa sufficere debuisset: ita vt nihil eis post illam mortem ꝓ peccatis p̄teritis luendum maneret. hec nãq; est iustissimi dei cõditio vt cum aliquem pro peccato semel punierit, aliã punitionem non repetat iuxta illud Nauz. 1.c. non iudicabit dñs bis in idipsuz. vel sm̃ aliam translationẽ. non insurget duplex tribulatio semel. ergo istis pro peccatis suis temporali morte tolerata non maneret aliquid in posteruz eluendũ.

Replica. ¶ Sed dicet aligs ꝙ forte ista pena non sufficeret: ideo ꝙ in ꝑpetuum adhuc eis pena manet.

Solutio. Notabñ ꝙ pena tpalis et eterna ñ dãt ꝓ eo dẽ dlicto. Sed hoc nõ videt posse stare. primo qm̃ pena tẽporalis ⁊ eterna. maxime quãdo datur ea que in tẽporalibus potissima est nunquã pro eodem delicto dãtur sed ad aliud ⁊ aliud: sz istis pro pctõ suo inflicta est pena. ergo debebat īfligi eterna.

2.repli. ¶ Si autẽ obijcias ꝙ aliqui in eternum perituri hic incipiunt penas suas. sicut sancti doctores dicunt de pharaone qui mortuus est in mari rubro vt habetur Exo. 14.c. ⁊ de antiocho sacrilego d̃ quo habet. 2. Machabeoꝝ.c.9. ⁊ de herode gerẽti se tanq̃ deũ de quo Actuũ. 12.c.

Rñsio. B ¶ Rñdendum est ꝙ illis non fuerunt date pene tẽporales ⁊ eterne pro eisdẽ: sed ad aliud ⁊ aliud: qm̃ tẽporaliter puniti sunt qz tẽporaliter peccauerunt. in eternũ autẽ cruciãtur qz morientes maloꝝ suoꝝ non penituerunt.

Quid sit aliquos eternalit dãnatos hic icipe penas suas. In his autez nõ videtur aliqd tale esse: ideo suffecerit sibi temporaliter mori nec oportet vt putentur eternaliter perijsse. ¶ Item patet hoc quoniã qñq; aliqua pena pro peccato alicui hic īfliget. si illa nõ sufficiat adijcietur alia pena: non quidem in inferno: sed in igne purgatorio. sicut in penitentibus patet qui si non compleant hic pro pctis satisfactionez in futuro seculo in igne purgatorio vsq; ad cõpletionem crucientur: īfernali tñ nullus carceri mãcipat: sed isti puniti sunt hic pro pctõ qd̃ in deum egerant: vel ꝙ punitio illa sufficiens fuit aut non. si enim sufficiens fuit nihil in futuro seculo nec etiam in ipso igne purgatorio patientur. si autem sufficiens pena non fuit: qz tñ hic incepta est non in inferno sed purgatorio igne complenda erat. non ergo dici poterit ex hoc Nadab ⁊ abiu eternaliter perijsse.

C ¶ Item si nadab ⁊ abiu dicantur sufficientem substulisse penam pro peccato: tñ qz in pctõ mortui sunt eternaliter ꝑierunt stare nõ potest: qm̃ si in peccato mortui fuissent moyses quasi ex ore dñi non mãdasset illos sepeliri ⁊ deplangi: sed iussit vtrũq; vt s̃. patet. ergo non videtur perijsse eternaliter. ¶ Itẽ dato ꝙ deus iussisset istos sepeliri si in peccato mortui fuissent: tamen non iussissz in vestibus sacerdotalibus tumulari: sed potius tanquam male meriti ⁊ reprobi oi sacerdotali priuarentur honore: sed non est sic factum. ergo non videt ꝙ eternaliter perierint. ¶ Itẽ si isti in pctõ mortui infernali mãciparent sedi non solũ deus eis ista inflixisset: sed ⁊ eos exussisset: sic̃ ignis eos naturaliter exusturus esset. sed fecit eos mori nõ tam̃ ab igne comburi atq; in cineres solui sic̃ alijs ab igne pereuntibus a͛solet euenire. ergo non perierunt eternaliter: sed ista pena que eis in moriendo inflicta est pro eorũ peccato suffecit. nam ⁊ si non sufficeisset non solum morerentur sed incinerarentur ab igne ⁊ alia eis inferrentur grauiora. sicut patet de dathã ⁊ abyron ⁊ chore qui non solũ morte perierunt: sz etiam eos terra absorbuit plurimis quoq; eorum combustis vt habetur Nume. 16.c. quãdo tamẽ mors sola sufficit nihil aliud preter mortẽ īfligitur: imo ⁊ auferuntur quedã grauitates que al's mortez consequi solent.

D sicut patet de propheta domini qui ex eo ꝙ comedit ⁊ bibit in loco in quo deus vetuerat: sed quia peccatum huius satis paruuz erat non lacerauit leo carnes eius nec illius asinum tetigit: quin potius cõseruauit apud cadauer manens quousq; aliqui tumulaturi venirent ne superuenientes alie fere lacerarent illud vt habetur. 4. Reg. 14.c. de hoc tamen cõstat ꝙ nõ ꝑierit eternaliter. cum etiam post mortẽ sacra scriptura eũ viꝝ dei appellet. sic autẽ de nadab ⁊ abiu dici põt: qm̃ ipsi eternalr̃ nõ ꝑierunt: qz q̄uis mors eis inflicta fuerit: tñ p̄ter mortem nihil actum videt. Aliud tamẽ effici potuisset si istoruz culpa exigeret.

E Obiectio. Andici possit ꝙ ꝑierit eternalr̃ qz nõ potuerit hr̃e ɔtritionẽ morte ꝑueniente. ¶ Aligs aũt fortassis dicet ꝙ nadab ⁊ abiu equã penã culpe sue pertulerunt eternaliter: tamen perierunt quoniaz in pctõ mortali defecerunt. patet autẽ hoc qm̃ cũ ipi peccauerũt ⁊ tunc a morte preoccupati sunt nec in ipsa vllum spatium datũ est in quo cõteri possent vt sic eternam mortez effugerent: vnde q̄uis pena quã ꝑtulerunt culpe sue equa esset: qz tamẽ per cõtritionem culpa abolita non est necessarium fuit eos eternis mãcipatos esse penis.

Responsio. ¶ Ad hoc respondendũ est ꝙ q̄uis subitanea morte preuenti sunt: in ipso tñ minimo mortis spatio conteri potuerunt. contritio nãq; diuturnas moras non exigit: sed indiuisibile qd̃dam est. q̄uis igitur in ipso actu peccati morte preoccuparentur: potuerunt tamen in ipsa minimi temporis particula sufficienter de peccato conteri: ⁊ per hoc ab eterna superuentura ira liberari. simile enim factuz narrat beatus Bernardus. 2. lib. speculi virginalis de clerico qui amore īpudico cuiusdam monialis stimulatus dormitorium eaꝝ latenter intrauit: ⁊ super lectum scĩmonialis dum ipsa matutinis laudibus insisteret ipse accubans a demone presocatus est. de quo dicit ibi beat⁹ Bernardus ꝙ postea reuelatione compertũ est aĩam illius ad perennis vite gaudia transisse. ille enim q̄uis in ipso actu peccati super lectum accubans sanctimonialis suffocaret a demone: tamẽ in ipso subitaneo suffocationis actu de male ceptis dolens peccatorum suoꝝ veniam habere promeruit. tãtũ igitur istis relictũ est vt conteri possent quãtũ huic qui a demone suffocatus est: sz isti contritionis locus fuit. sic igitur de nadab ⁊ abiu diffinire licet ꝙ conteri poterunt atq; contriti sunt.

F Rñ. alia. ¶ Aliquis autem forsitã dicere poterit ꝙ nadab ⁊ abiu tẽpus habuerunt satis magnum ad conterendum de peccato etiam antequã cremarẽtur: qm̃ peccatum ipsorum fuit accipiendo ignem alienum ⁊ supponendo thuribulis ad incendendũ coram dño: sed īter ipsaz appositionem ⁊ cõbustionem eorum tẽpus aliqd̃ intercessit: quoniam ipsi acceperunt ignem prophanum de loco in quo coquebantur carnes pacificoꝝ sacrificiorum: deinde ipsis venientibus vt intrarent tabernaculum ad ponendum thymiama super altare thymiamatum egressus est ignis de altari holocaustoruz qd̃ est apud ostium tabernaculi ⁊ ibi combusti sunt. in tempore ergo medio inter acceptionem ignis prophani ⁊ cremationem ipsam conteri potuerunt etiam ante mortẽ in quo tẽpore liberius erat eis dolere de peccato q̄ cum ab igne vorarent.

Improba. ¶ Sz dõm est qd̃ isti non contriti fuerunt anteq̄ ab igne cremarẽtur: sed in ipsa mortis inflictione que etiam si subitanea erat: tñ ꝗa aliquantulum durauit contriti sunt. qd̃ patet qm̃ quando aligs conteritur pctm̃ deserit: sed isti vsq; ad mortis inflictionẽ in ipo peccati actu fuerunt. ergo nunquã contriti sunt vsq; quo mors eis infligebatur.

G Secunda pars antecedentis apparet: quoniaz peccatum istorum erat offerre ignẽ alienum coraz dño. hoc aũt non solum consistebat in hoc ꝙ acciperent prophanum ignẽ ponentes in thuribulis: sed etiam in apportatione ignis ad altare thymiamatũ ⁊ īpositione super ipsum altare.

Nota ꝙ nemo põt dolere de pctõ cũ i illo ꝑmanet. Quocũq; igit̃ horũ facerent dicebant̃ esse in actu pctĩ: sicut de illo qui fornicat̃ si semel deliberat fornicandum esse: ⁊ incipit tendere ad locum illum in quo fornicabitur ⁊ postea fornicatur: quomodocũq; euz mors p̄occupet a tẽpore illo quo fornicare d̃liberauit vsq; quo fornicationis actu fruatur: siue in ipsa mentis deliberatione: siue in itinere quo ad fornicandum pergitur: siue cum fornicationi insistit a morte preoccupatus in ipso actu peccati dicetur. si tamen postq̄ fornicari desierit eum mors inueniat in peccato a morte occupari dicitur sed non in actu peccati: quoniam iam actus transit sola macula ⁊ reatu manentibus.

H de Nadab autez ⁊ abiu sic fuit quoniam in toto tempore illo qd̃ fuit ex quo alienum ignem thuribulis superposuerunt vsq; ad ipsam actualem mortis inflictionem semper in peccato manserunt. nam tunc ad ponendum thuribula cum igne prophano super altare properabant: sed hoc actus peccati erat: ⁊ ob hoc non destiterunt quousq; illos inflicta occupauit mors. ergo in toto isto tempore nõ conterebantur: sed tunc de peccato doluerunt cum actum peccati dimittere inceperunt qd̃ fuit in ipsa mortis inflictione: tũc enĩ qz sic egerant doluerunt. solũ igitur dici potest ꝙ nadab ⁊ abiu de pctõ cõtriti sunt in mortis īflictione ⁊ non aliquo tp̃e ante.

Si nadab ⁊ abiu morerent̃ sine ɔtritiõe ds exerceret in eis maiorẽ vindictã. ¶ Item ea que suprapofita sunt adhuc magis ꝓbant̃: qm̃ si isti in pctõ suo morerẽtur deus exercuisset in eis grauiorẽ vltionẽ: sed nõ exercuit: qm̃ ẽt vestes eoꝝ ītactas reliquit. ergo nõ mortui sunt in pctõ. hoc pz qm̃ sicut ꝓpheta ille dñi a leone occisus est: qz tñ in peccato mortuus nõ fuit sed semper vir dei dr̃: car-

nes eius a leone lacerate non sunt. ita ⁊ in nadab ⁊ abiu factum est: quoniam vestes eorum ab igne cremate non fuerunt nec incinerata corpora. ergo videtur ꝙ in peccato mortui nō sunt.

Obiectio

¶ Sed aliquis contra hoc arguet quoniam sic in assyrijs factū est: cū enim occidisset angelus centum octoaginta ⁊ quinq; milia vestes eorum ⁊ arma ab igne illesa manserunt eorum corporibus incineratis. cōstat tamē ꝙ isti nequissimi fuerunt ⁊ in peccato mortui sunt: vestes tamē illoꝝ illese manserunt. nō ergo arguitur sufficienter nadab ⁊ abiu etiā eternaliter nō perijsse qm̄ vestes eorū cōbuste non sunt.

3 Riffio.

¶ Ad hoc est respondendū ꝙ nō est simile de morte assyrioꝝ ⁊ nadab ⁊ abiu: qm̄ q̄uis assyriorū vestes ⁊ arma illesa manserunt: corpora tamen in signum malicie ipsorum intra vestes ⁊ arma incinerata sunt. in sacerdotib⁹ autem istis non sic accidit. nā sicut vestes eoꝝ ab igne illese mānserunt: ita ⁊ corpora eoꝝ cremata non sunt: qō signum est deū noluisse eos grauibus penis afficere.

¶ Item cū vestes ⁊ arma assyrioꝝ morientibus ipsis illesa manserūt non ad aliq̄ eoꝝ probationem factū est: sed vt iudei inde arma ⁊ vestes illas consequerentur. magnū enim precium erat in vestibus ⁊ armis cētū ⁊ octoaginta quinq; miliū viroꝝ: pcipue cum iudei nimis indigerent armis ad defensionem ab hostibus. In his autē sacerdotibus morientibus non sic factum est: quoniā nō relicte sunt vestes eoꝝ ad aliquā futurā vtilitatem cū in eis sepulti fuerint: ſz magis ad demonstrādū excellentiam dei puniētis qui eos vsq; in id solum punire voluit quantū promeriti erant.

R

Quid ō nadab ⁊ abiu dānatione vel salua-tione tenēdum est.

¶ De morte autem nadab ⁊ abiu hoc sentiendū est ꝙ ipsi merito preuaricationis illius in offerendo ignem alienū mortui sunt: atq; in ipsa mortis inflictione de peccato dolentes ab eternis cruciatib⁹ liberati sunt: ⁊ ꝙ ista mors tante penalitatis fuit quantū eoꝝ preuaricatio merebat: ⁊ ꝙ non fuerunt cremata corpora eorū nec vestes: qm̄ ad quēdam gradum supplicij attinebant. voluit aūt deus hoc non inferri: qz quantitatē preuaricationis sue inflicta pena transcenderet: in quo ⁊ eos in bono fuisse approbauit.

Nadab et abiu nō sē serunt magnū doloꝝ in igne.

Est autem ⁊ adhuc aliud in morte nadab ⁊ abiu: qm̄ q̄uis igne exurente combusti sunt: satis tamē probabiliter dicendū est eos nō sustinuisse valde magnum doloꝝ in illa combustione sicut alijs boibus euenire solet: ⁊ hoc satis facile atq; solitum deo est. Nam in ipsis inferni supplicijs cēs ab eodem exurūt igne: sed qdam grauissimos alij autem minores perferunt cruciatus. sic quoq; est futurum de igne conflagrationis qui ante diem iudicij adueniet aut vt verius dicamus in ipso die iudicij purgabit⁹ oīa elementa ⁊ omnia animalia atq; ipsos homines cōbusturus vt sic ad iudicium preparatio quedā fit. de hoc beatus Petrus in canonica sua. 2. c. 3. constat tamen ꝙ in illa conflagratione non omnes equaliter punientur: quoniam illi qui valde boni sunt ⁊ supplicia non merentur: iniuste valde tanto premerētur cruciatu. Itē qz iniustū valde erat equalem mensuraz doloꝝ bonis et nequissimis esse: presertim in tēpore illo in quo ipsa eterna supplicia aut eterna beatitudo incipitur. dicūt ergo oēs sancti doctores ⁊ sic necessariuz est ſm dei iustitiam iudicātis: vt illi qui valde boni sunt in conflagratione vniuersali acerrimos dolores exurentis ignis non sentiant sed quasi sopore detenti mortē ipsam degustent. De alijs aūt boibus dicendū est ꝙ illius cōflagrationis ⁊ mortis inequales patiētur doloꝝes gradualiter differēteꝫ sicut ipsa peccatoꝝ suorum onera iequalia sunt. sic ergo de nadab ⁊ abiu dicendū est ꝙ in hac que inflicta eis est morte non acerrime cruciati sunt qz non valde multū peccauerant qō manifestatur quoniā in hoc cruciatu eoꝝ corpora incinerata nō sunt. (Dixit quoq; dñs ad aaron). Hic ponit correctio dei ad aaron: ⁊ est quoddā preceptum directiuū sacerdotum quantuz ad magnam tēperantiam que obseruāda est tempore ministrationis. ſ. ꝙ vinū non bibant. ⁊ ista locut⁹ fuit dñs per se ad aarō ⁊ nō mediante moyse sicut in quibusdā alijs locis fieri solet. nā cum deus loqtur ad aaron mediante Moyse. dicit. locutus est dominus ad moysen loquere ad aaron ⁊c. sed hic non dicitur ꝙ moyses loqueretur ad aaron: sed per se locutus est cū dicat. dixit dñs ad aaron. ex hoc aūt inducit ꝙ aaron fuerit ꝓpheta qz illi ꝓphete dicebant quibus deus loquebat. in hoc autem sic factū est: qm̄ hic ꝓz ꝙ locutus fuerit ei: ⁊ Num. 12. c. dī ꝙ deus locutus est ad mariā ⁊ aarō in ostio tabernaculi declarat h̄ de⁹ 1. Reg. c. 2. ꝙ ad aaron locutus fuerit ⁊ ꝙ eū assumpserit in sacerdotem cū dicit. nunqd non aperte reuelatus sum domui ꝓris tui cū esset in egypto in domo pharaonis ⁊ elegi eum ex oibus tribubus israel mihi in sacerdotē. (Vinuz ⁊ oē qō inebriare ꝓt non bibetis). Istud est documentum ad aaron ⁊ filios eius ꝓ tempore ministrationis sue.

Correctio dei ad aarō

†

Aaron ꝓpheta fuit.

¶ Ex hoc aliqui dicunt ꝙ Nadab ⁊ abiu mortui sunt propter ebrietatem: qz hic subiungitur ne sacerdotes cum ministrant vinum bibant: sed de hoc supra satis ventilatum est. Et dicendum non esse hanc sufficientem probationem: qz ista incidentaliter posita sunt sicut interdū consueuerunt multa alia precepta incidentaliter poni ad historiam. Et satis conuenienter fuit positum hic istud preceptum q̄c̄ Nadab ⁊ abiu non fuerint mortui in ebrietate: qz hic incipit ministratio sacerdotum. decuit ergo poni ista precepta que eis cōueniētia erant. erat autem valde conueniens hoc preceptum de nō bibendo vinum tempore ministratiōis: ideo satis oportunū fuit inseri hic ad banc sacerdotum crematione. dicitur autem ꝙ nō debent bibere vinum sacerdotes aut aliquid qō inebriare potest tempore ministrationis. est autem intentiō vt nihil sumerēt quo inebriati pderent actuz discernendi: ⁊ qz nihil est qō magis ad hoc efficiat q̄c̄ vinum: expressuz fuit specialiter vinū.

M

Preter vinū alia sūt q̄ inebriant.

¶ Sūt autez alia preter vinum que inebriant sicut sicera: quedā quoq; confectiones que inebriatiuam vim habēt sunt. ab omnib⁹ istis debebāt sacerdotes abstinere: qz eadem causa erat in omnibus cuz dicitur. hic ꝙ non biberent sacerdotes aliquid qō inebriare posset. Eodem modo intelligenduz est de comestione si aliquid est qō comeditur qō ebrietatez faciat. sunt enim aliqui cibi qui comesti hominem sensibus priuant ac si penitus ebrius esset. sic autem est fructus palmarum egyptiarum: quoniam si accipiantur isti fructus anteq̄ matureſcant cum lingue apponuntur statim tollunt: si autem postquā maturi sint comedantur causant ebrietatem. ⁊ hoc solinus impolistor. c. de egypto ait. palma quarum egyptia si priusq̄ maturuit decerpatur gustata arcet sitim: nam si matura sumatur sensum intercipit: gressum prepedit: linguam retardat: obsessisq; officijs mentis ⁊ corporis vitiuz ebrietatis imitatur. sicut ergo sacerdotes euitare debebant in bibendo omne qō inebriare potest: ita ⁊ in comedendo. si aliquid inebriare posset: ideo non debebant comedere fructum egyptiarū palmarum cum maturus est. dicitur tamen ne bibant aliquid qō inebriare potest qm̄ ebrietas frequentius causatur in bibendo q̄c̄ in comedēdo. (Non bibetis tu ⁊ filij tui quando ītratis tabernaculum testimonij). Hoc preceptū dabatur ad aaron ⁊ oēs posteros suos: qz nulli eorum licebat comedere aliqd qō inebriare posset vel bibere: ⁊ hoc erat solum in temporibus quib⁹ ministrabant in sanctuario. nam alijs tēporibus licitum erat comedere ⁊ bibere qcquid vellent sicut alijs hominib⁹ licebat.

†

N

Obiectō

¶ Arguet autem ex hoc aliquis ꝙ nunq̄ liceret sacerdotibus bibere vinum aut degustare aliquid inebriatiuum: quoniā ministratio fiebat in sanctuario omni tempore: eis autem non licebat bibere vinum cum ministrarent. ergo nunq̄ deberent bibere vinū.

Riffio.

¶ Ad hoc respondet ꝙ sacerdotibus interdictum erat solū bibere vinum cum ministrarent. hoc autem modicū tempus erat quoniā non ministrabant omnes sacerdotes quotidie imo nec poterant ministrare: quoniam sacerdotes valde multi erant. locus autem in quo ministrabatur erat vnus. ſ. solum ipsum sanctuariuz qō fecit moyses in deserto ⁊ postea templuz salomonis in quo positum fuit tabernaculum qō moyses fecerat in deserto: ⁊ qa isti sacerdotes erant valde multi diuisi sunt in. 24. ptes que vocant. 24. sortes. ⁊ hoc tēpore dauid. ⁊ hoc habet. 1. Paralipo. 24. c. isti autem sic ministrabant vt illi qui erant in vna sorte ministrarent vno tempore ⁊ qui in alia sorte ministrabant alio tempore: ⁊ cum essent. 24. sortes diuidebatur annus i. 24. partes: ⁊ quelibet sors ministrabat in particula sua. cum autez isti qui erant in vna sorte ministrarent omnes de alijs sortibus poterant bibere vinum ⁊ facere omnia alia que alij homines faciunt: ⁊ rursus omnes qui sunt in sorte illa cui competit ministratio non ministrant sed solum aliqui eorum: ⁊ fiebat isto modo quoniam cum quelibet sors istarum vigintiquattuor esset satis magna quādo proueniebat illa ministratio: mittebat sors inter omnes sacerdotes qui erant in illa sorte vl̄ distributione: ⁊ cui sors euenisset ille erat ministrans. sic apparet Luc. 1. c. cuz dicitur de Zacharia patre beati Joānis ꝙ ipse erat sacerdos ō vice abia que erat septima sors. ⁊ postea dicitur. ⁊ factum est vt cū sortes fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deū ſm consuetudinem sacerdotij: sorte exijt vt incensum poneret. ⁊ sic innuitur ibi ꝙ erat consuetudo apud sacerdotes ꝙ sorte diuideretur quis eorum ministraret. ⁊ tunc q̄do ministratio fieret in aliqua sorte sacerdotum: ille solus cui proueniret sors ministrādi abstinebat a vino ⁊ ab omni alio qō inebriare potest. Ceteri aūt libere poterant bibere qcqd vellent atq; comedere: ⁊ sic ñ ꝓueniret cuilz sacerdoti i eodē anno ꝙ multis diebus abstineret a vino: ſz sorte abstinebat vno vl̄ duob⁹ aut satis paucis ⁊ aliqñ

Sacerdos paucis diebꝰ tenebat abstinere a vino.

De diuisione sacerdotuz ad ministranduz

esse

O esse poterat q̄ alicui sacerdoti nō eueniret in vno anno vel in duob⁹ q̄ abstineret à vino: q̄m sortes rare eueniebāt: iō satis apparet q̄uo sacerdotes vt cōiter bibebāt vinū: ⁊ modicum tempus erat in quo abstinere deberent. ¶ Sed dicet aliquis q̄ hoc fuit verum post tempora dauid regis: quoniam tunc facte sunt omnes diuisiones sacerdotum in. 24. partes: ⁊ diuisiones leuitarū in cantores ⁊ ianitores ⁊ alia officia vt habetur. 1. Paralipo. c. 23. et. 4. et. 5. ante dauid autem non erant facte iste diuisiones: ideo videtur q̄ sacerdotes oēs simul ministrabant: et oēs simul tunc a vino abstinebant. ¶ Adhuc dicendū est q̄ ante tēpora dauid q̄uis nō essent facte certe distributiones sicut ipse fecit in. 24. partes: tñ non oēs simul ministrabant: sed aliq̄ vna die: aliqui autem alia vt habetur ex his que diximus. s̄. 6. c. ideo tunc sacerdos qui illa die ministraret non poterat tūc vino vti: aut alijs potionibus inebriationis. oēs tñ alij sacerdotes poterant vinū ⁊ q̄cq̄d vellent bibere: ideo semp manet q̄ sacerdotibus non esset semp vetitū bibere vinū. nā maiori tēpore cuilibet eo⁊ licebat q̄ illicitū esset. (Quādo intratis tabernaculum testimonij). Per hoc signat ministrationē. s. q̄ non biberēt vinum q̄n ministrarent. ¶ Dicit̄ tñ hic de ministratione que fiebat in tabernaculo testimonij. nō enim de ea sola que ibi fiebat sed de oī ministratione q̄ erat intra sanctuariū: siue eēt in atrio siue intra tabernaculū. nā sicut illicitum erat bibere vinū aut aliquid inebriatiuū sacerdoti cū intraret ad ministrandū extra tabernaculū: ita illicitū erat cū intraret ad ministrandū itra atriū solū super altare. Nā si solum vetitū esset bibere vinū sacerdoti q̄n intraret intra sanctuarium non esset prohibitū bibere cū sacrificaret in altari holocausto⁊: q̄ illud non erat ministrare intra tabernaculū. sed hoc falsum est q̄m potissima ministratio totius sanctuarij erat i sacrificādo. ḡg sacrificarēt deberēt multū a vino abstinere. ideo dōz ē q̄ vocat̄ h̄ tabernaculū testimonij large p̄ tota ip̄a domo sc̄uarij. sic. n. accipit̄. s̄. in lr̄a. cū dz̄. nō exibitis fores tabernaculi: aliogn p̄ibitis. tñ ibi p̄batū ē q̄ itelligat̄ de toto sanctuario. ¶ Alio mō pōt dici q̄ accipiatur hic tabernaculum testimonij p̄prie. s. q̄ solū esset vetitū bibere vinum q̄n sacerdos itraret ad tabernaculū sanctuarij. Sed tunc ista coincidunt q̄ ad eosdē pertinet sacerdotes. nā illi qui ministrabāt intra tabernaculum ministrabant extra in atrio: ideo siue dicat̄ de ministratione que erat in tabernaculo: siue de illa que erat ī atrio eius non differt q̄m iste due se consequuntur: ⁊ qui ministrabat in vna ministrabat in alia. sufficienter ergo dictū est q̄ abstinerent a vino cum itrarēt in tabernaculum testimonij: q̄m per hoc ītelligūtur oēs ministrationes que erāt in toto sanctuario. ¶ Erant autē quattuor in toto sanctuario ministrationes. Prima erat in atrio tabernaculi in sacrificijs diuerso⁊ generū super altare holocausto⁊. Secūda ministratio erat in mensa p̄positionis: q̄ ponebant̄ ibi panes duodecī in memoriā. 12. filiorum israel vt habet̄. j. 24. c. Tertia ministratio erat in cādelabro. s. q̄ quotidie sacerdotes in aurora ⁊ in vespere incēdebant ⁊ disponebant lucernas vt habet̄ Exo. 27. c. et. j. 24. ca. Quarta ministratio erat in altari thymiamatū s̄z quā sacerdotes quotidie in aurora cremabant thymiama ⁊ in vespere ite⁊ vt habet̄ Exodi. 30. c. ¶ Istarū autem quattuor ministrationū tres erāt quotidiane: vna autē non. Prima enim que est in oblatione sacrificiorum quotidiana erat: q̄m quotidie offerebat̄ vn⁹ agnus anniculus in aurora qđ vocat̄ sacrificium matutinū: ⁊ ali⁹ agn⁹ anniculus in vespere qđ vocat̄ sacrificium vespertinū. hec autē ex nulla causa omittebant̄ vt p̄z Nuñ. 28. c. ideo vocatur istud iuge sacrificiū. Alia ministratio que erat in cādelabro quotidiana erat. nā quotidie in aurora ⁊ ī vespere sacerdos disponebat lucernas in cādelabro: quasdā extinguens ⁊ alias incendens. de hoc Exo. 27. et. 30. c. Alia ministratio que erat in altari thymiamatū quotidiana erat. nā quotidie in mane ⁊ in vespere cremabat̄ vt habet̄ Exo. 30. c. Ultima harū ministrationū non erat quotidiana. s. dispositio panū super mensam p̄positionis. nā nō ponebant̄ quotidie panes sup mēsam: sed per dies sabbati. accipiebant̄ enim. 12. panes ⁊ illi ponebant̄ sup mensam p̄positionis recentes in sabbato: manebantq̄ ibi vsq̄ ad alte⁊ sabbatū ⁊ tunc auferebantur priores duodecim ⁊ ponebātur alij duodecim recentes. Sic erat cultus iste perpetuus in filijs israel. ō h̄ habetur. j. 24. c. ad has autem ministrationes ingrediebantur sacerdotes in tabernaculum federis vel in ipsum atrium. (Ne moriamini). i. non bibatis vinum vel aliq̄d inebriatiuum diebus ministrationis v̄re: q̄m moriemini. hoc enim erat q̄ sic sacerdotes ip̄o diuino repugnabāt ⁊ deus occideret illos: sicut supra dz̄ occidisse nadab ⁊ abiu q̄uis nō ex causa facte ebrietatis: s̄z ex aliquo altero vt supra declaratum est. sed in hoc nihil differt q̄ quomodocūq̄ peccarent contra preceptum dñi morientur. (Quia preceptum est sempiternum). i. ritum istū de non bibēdo vinum vel aliquid inebriatiuum temporib⁹ ministrationis: ideo obseruari q̄ preceptum est sempiternū. Nec debet tñ intelligi q̄ deus poneret hoc pro causa obseruationis. nam tunc eēt sensus q̄ tunc ob hoc deus mandabat abstineri a vino temporibus ministrationis sacerdotalis q̄ hoc erat preceptum sempiternum: ⁊ sic anteq̄ deus hoc daret esset preceptum. falsum tamen est: ideo non ponit ibi / q̄ / tanquā redititiuum cause sed magis tanq̄ expositiuum. s. quia preceptum sempiternum est: idest ⁊ iste ritus de non bibendo vinum erit preceptum ad semper. Uel potest intelligi pro causa. s. non bibatis ne moriamini quia preceptum sempiternum est. i. istud non est tēporale vel ad vnā diem obligans tm̄: sed sempiternum est. i. obligans ad sp̄: l̄z non ex semper: ideo q̄n̄q̄ contra feceritis semper peccabitis: q̄ semper manet obligatio ad obseruationem huius precepti cum sit sempiternum. (In generationes vestras). i. tādiu durabit iste rit⁹ abstinendi a vino tempore ministrationis sacerdotalis q̄diu durauerint generationes vestre. (Ut habeatis scientiā discernendi). Ista est causa propter quā iubebātur abstineri a vino. s. vt haberent scientiam discernendi. i. haberent libertatē in iudicando ⁊ nō impedirētur a vino aut ab alio qđ inebriatiuū est. vinum autem s̄m se non tollit scientiā discernendi vel vsū discretionis: sed solum cum imoderate bibitur: tamen si sumatur in debita quantitate potius confert q̄ ledat. Uetatur tamē hic vinum totaliter ⁊ non in aliqua parte: quoniam si daret̄ facultas sacerdotibus q̄ biberent vinū tempore ministrationis sue: difficile esset eis tolli quin aliquando biberent immoderate. Cum autem nullo modo bibunt facile est non excedere. est enim hoc de his que euitantur: non tanq̄ mala sed tanq̄ periculosa. sic enim iuramentum fugere iubemur non quidē quoniam ipsum malum sit: sed quoniam ex frequenti iuratione p̄iurium induci solitum est iuxta illud. vir multum iurans replebitur iniquitate ⁊ non recedet a domo eius plaga. sic enim dicit apostolus. nolite inebriari vino in quo est luxuria. non quidem q̄ ipsum malum sit: sed q̄ ex eius frequenti potatione luxuria inducitur. de his extra de iure iuran. c. ⁊ si Christus. dicitur enī vinum vel aliud inebriatiuum tollere scientiam discernendi: nō quidem scientiam que est ipse habitus: quoniam hec per ebrietatem non cessat: sed scientiam vocat ipsum actum sciendi aut actualiter speculandi vel discernendi. cuius causa est quoniam vinum bibitum resoluitur in magnam partem fumorum qui ascendunt a stomacho ad cerebrum: ⁊ cū fuerint in magna quātitate totam cellulam phantasticam replent ⁊ perturbant indisponentes species que ibi sunt: quo facto necessariū est tolli omnem actualem speculationem. cuius causa est quoniam quāuis intellectus non sit aliqua potentia vtens organo in suo actu nec consequens corporis complexionem: presupponit tamē ad actū suum actum organorum ⁊ actus quorundam organorum presupponit iam extitisse: aliorum autem organorum actus presupponit existere. sic enim est de actu potentie phantastice. nam tūc oportet vt aliquis actualiter se conuertat super phantasmata cū debet intelligere actualiter iuxta illud Aristo. in. 3. de aīa. oportem intelligentem phantasmata speculari. i. q̄ ille qui actualiter intelligit dz̄ habere actualē cōuersionē ⁊ speculationem sup phātasmata. iste tñ species phātastice sunt nimis īdisposite ⁊ valde lese repleta cellula phantastica fumis insurgentib⁹ ex resolutioni vini: ideo cum aliquis ebrius est impossibile est q̄ aliquid intelligat vel parum ⁊ distorte valde: ideo status ebrietatis ei qui vult attingere aliquem gradum in speculationibus valde repugnans est. ob hoc autē cū salomon loqueretur de vanitatib⁹ Ecclesiastici. c. 2. ō desiderio sciendi subiunxit. abstinui carnē meā a vino vt animam meam transferrem ad sapientiā. in quo videtur q̄ ablatio vini ad speculationem facit: non quidem q̄ directe vinum speculationem tollat: sed per accidens cum in magna quantitate bibitum est. (Inter sanctum ⁊ prophanū). inter pollutum ⁊ mundum in quibus sacerdotes distinguere debebant cum ministrabant: scilicet quid esset sanctum ⁊ quid prophanum. dicitur enim aliquid sanctum quia ad vsū dei applicatum est qđ sanctificare est. vocatur autem prophanū id qđ sequestratum est a rebus sacris vel potest fieri in eo aliqua ministratio coram domino. vnde prophanum dicitur quasi procul a fano: idest separatum a sanctuario. ⁊ hoc est distinguere que sunt vasa sancta in quibus licet ministrare: ⁊ que sunt prophana in quibus nō licet: vel quis est ignis sacer quo ministra-

Marginalia: Dbo. — Rn̄sio. — Sāctuarij tabernaculū est duplex. — Quattuor erāt i sanctuario ministratiōes q̄⁊ tres i tabnaclo ⁊ vna in atrio fiebat — Cult⁹ p̄petu⁹ i filijs isr̄l. — Duplex lr̄e expositio. — Sacerdotes q̄re a vino abstineri iubebāt̄. Uinū si sumat̄ moderate potius confert q̄ obest. — Q̄uo vinū tollit actū scie q̄uis n̄ sciam. — In q̄b⁹ sacerdotes distiguere debebāt cū mistrabāt. — Quid est fanum ⁊ quid p̄phanum.

tiones sanctuarij fieri debēt ⁊ quis est prophanus qui illas tangere non dz. in hoc autē errauerunt nadab ⁊ abiu qñ non iudicauerūt iter sctñ ⁊ pphanū. i. non fecerunt aliq̄ differentiam inter ignem sacrum vel non sacrum: an oporteret magis vti illo q̄ illo ad ministrationes sanctuarij. etiam debebant ipsi distinguere inter mundum ⁊ imundum. ſ. quid erat mundum ad offerendū ⁊ qd imundū: qō potissime fit in animalibus quoz quedam ad imolationem imunda erant: alia autē minime. ⁊ hoc siue ſm imundiciam que accipitur ex parte spēi: siue ſm eam que est ex aliquo casu vel ex aliqua conditione indiuidui. oia nāq̄ debet respicere sacerdos ministrans vt nihil imunduz offerret. etiā accipiē hoc in pane vino ⁊ oleo in ḡbus ad hoc q̄ offerantur oportet esse mundiciā de qua iudicare ad sacerdotes q̄ ea ab offerentibus recipiunt pertinebat. Si autē illi ebrij eēnt non possent iudicare in his qō mundum vel imundum esset: hec aūt dicebat deus necessaria esse discretioni sacerdotū: qō verū est ꝓ tēpore quo ministrabant. alia tñ tēpora erant in ḡbuz requirebatur alia prudentia sicut distinguere inter cām ⁊ cām: ⁊ sanguinē ⁊ sanguinē: lepram ⁊ lepram: quoniam ad sacerdotes iudicantes ista pertinebant vt habet Deute. 17. c. cū dz. si difficile ⁊ ambiguum apud te iudiciuz esse ꝓspexeris inter sanguinem ⁊ sanguinē: causam ⁊ cām: lepram ⁊ lepraz: ⁊ iudicium videris intra portas tuas variari: surge ⁊ ascende ad sacerdotes leuitici generis ⁊ ad iudicem qui fuerit illo tēpore querēsq̄ ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Necessaria igitur erat in sacerdotibus alia dispositio preter eam que hic ponitur: sed illa erat ad iudicandum in causis hominum. ista autem de qua hic erat ad discernendum in ministratione diuina: ideo ad aliā discretionem non ponitur q̄ sacerdotes debeant abstinere a vino: in ea tamen que est ad sacerdotalem ministrationem iubebatur abstineri a vino. cuius causa duplex est. ¶ Prima quia periculosioz ⁊ maioz offensio est cum aliquis peccat in diuina ministratione q̄ si peccaret in iudicio humano: ideo cautius fieri oportet circa diuinam ministrationem q̄ circa actus humanos ⁊ litigia diffinienda. Secūda causa est qñ si sacerdotib⁹ vetitum esset bibere vinum omni tempore quo iudicant esset satis magna difficultas cum iudicium quotidianū fit: ⁊ deberēt quotidie abstinere a vino. Si tamen in ministrationibus sacerdotalibus solum abstinerent illud leue esset: quia cuilibet sacerdoti pauci dies ministrationis in toto anno prouenirent. (Docebitisq̄ filios israel omnia legitima mea). idest debetis habere discretionem vt possitis docere filios israel ea que pertinent ad legem. ⁊ non vocantur hic legitima omnia que in lege sunt: sed solum ea que cerimonialia sunt ⁊ vocantur pure legalia siue cerimonialia. nam lex proprie consistit in eo qō a legislatore est per eius potestatem deriuatum. ⁊ hoc magis conuenit ad illa precepta que preter voluntatem legislatoris nō videnē bñe aliā causam. alia autem precepta que rōnem habere videntur cum dependeant ex principijs intellectus practici: magis videntur esse a natura q̄ a legislatore: ideo non vocantur ita proprie leges. sic autez accipit hic legitima sua: idest leges cerimoniales de rebus offerendis ⁊ ritibus oblationum. hec enim pertinebant specialiter ad sacerdotes ministrantes. debebant enim erudire filios israel quid deberent offerre ⁊ quando ⁊ qualiter: ⁊ de solēnitatibus ⁊ modo obseruationum. alia aūt precepta que erāt iudicialia ⁊ ea que moralia erant non pertinebant directe ad sacerdotes ministrantes: sed magis ad eos qui erant quasi predicatores inter illos. Erat enim iudeis solituz per sabbata in synagogis suis predicantes audire qui docebant de lege quantum ad omnia. ō hoc habetur Luc. 4. c. ⁊ aliqualiter colligitur Actū 14. c. Sacerdotes tamen de quibus hic dicitur solum ministrabant: ideo pertinebat ad eos solos docere israelitas in eis que ad illas ministrationes attinebant. (Que locutus est dominus ad eos per manum Moysi). idest docetis filios israel omnia que locutus fuit deus ad illos: scilicet omnia precepta cerimonialia: ⁊ hoc per manum Moysi: idest per Moysen. ⁊ est sensus q̄ deus protulit omnia precepta cerimonialia ad filios israel ⁊ hoc non immediate: sed per Moysen vt apparet in hoc leuitico cum sepissime dicatur. locutus est dominus ad Moysen loquere filijs israel ⁊ dices ad eos. per se autem deus non fuit locutus israel nisi super montem Synai cuz dedit precepta decalogi. dicitur autem loqui per manum Moysi: idest per moysen: quia per manum non fit aliqua locutio cum non sit organū formatiuum vocis aut expressiuum. dicitur tamen per manum Moysi: idest per os. ponitur autem manus ꝓ oib⁹ organis: q̄ ipsa est organū organorum iuxta Aristote. 2. de anima.

Judicat ō offerēdis ⁊ i causis pti nebat ad sa cerdotes

T

U

† In quo lex consistat.

† Lre expō.

¶ Locutusq̄ est Moyses ad aaron ⁊ ad eleazar ⁊ ithamar filios eius q̄ erāt residui. Tollite sacrificiū qō remansit de oblatione dñi: ⁊ comedite illud absq̄ fermento iuxta altare: q̄ sctñ sctōruz est. Comedetis aūt in loco sancto: qō datū est tibi ⁊ filijs tuis ō oblationib⁹ dñi sicut ꝑceptū est mihi. Pectusculū quoq̄ qō oblatū est: ⁊ armum qui separatus est edetis in loco mundissimo tu ⁊ filij tui ⁊ filie tue tecū. Tibi enim ac liberis tuis reposita sūt de hostijs salutaribus filioz̄ israel: eo q̄ armū ⁊ pectus ⁊ adipes qui cremātur in altari eleuauerunt coz̄ dño: ⁊ ptineant ad te ⁊ ad filios tuos lege ꝑpetua: sicut ꝑcepit dñs. Inter hec hircū qui oblatus fuerat ꝓ pctō cuz quereret moyses adustuz reperit. Iratusq̄ contra eleazar ⁊ ithamar filios aarō q̄ rmāserāt: ait. Cur non comedistis hostiā ꝓ pctō in loco sancto que sancta sanctoz̄ est: ⁊ data vobis vt portetis iniq̄tatem multitudinis ⁊ rogetis ꝓ ea in conspectu dñi: ꝑsertim cū de sanguine illius non sit illatum intra sancta ⁊ comedere debueratis eam in sanctuario: sicut ꝑceptum est mihi: Rñdit aaron. Oblata est hodie victima ꝓ pctō ⁊ holocaustū coz̄am dño: mihi autez accidit qō vides. Quomodo potui comedere eam: aut placere domino in cerimonijs mente lugubri: Quod cuz audisset moyses: recepit satisfactionem.

31. di. c. tenēr ibi q̄ ⁊ alia. 82. di. c. ꝓpoſui - sti. ⁊. cap. primos. 32. q. 4. c recurrat

De pe. d. 3. c. inter hebrircū j. ⁊ ſi. i gl.

Locutusq̄ est Moyses. Hic describitur tertium ꝑncipale. ſ. defectus comestionis. Et diuiditur in duo qñ ꝓmo agitur de comestionis retardatione. Secūdo de eius totali omissione. secūda ibi. (Inter hec hircū). Circa primū dicit hic. (Locutusq̄ est moyses ad aaron ⁊ eleazar et ithamar). Ad hos tres locutus est qñ bi soli sacerdotes erant alijs duobus morientibus. (Filios eius qui residui erāt). idest quānis filij aaron essent quattuor: tñ de illis iam soli duo residui eēnt. ſ. eleazar ⁊ ithamar: qñ alij duo. ſ. nadab ⁊ abiu mortui erant. (Tollite sacrificiū qō remansit de oblatiōe dñi). Hic moyses cōuocat sacerdotes ad comedendū illas partes sacrificioz̄ que eis ꝓueniebant. ⁊ dz̄ q̄ tollant sacrificiuz qō remansit de oblatione dñi. i. multa aīalia deo oblata sunt: ⁊ illoz̄ quedaz cremata sunt ſm se tota sicut aīalia que in holocausto sacerdotum ⁊ in holocausto totius populi data sunt. alia aūt ſm partez cremata sunt sicut aīalia ꝓ hostijs pacificis: ⁊ pro pctō populi. de oibus his aīalibus accipiebant sacerdotes ⁊ aliqd ꝓueniebat dño. nā de hostijs pacificis pectusculū ⁊ armus dextra cedebant in ius sacerdotū. de hostia aūt pro pctō populi oēs carnes in ius sacerdotū cedebant: ⁊ qz ista oīa dño oblata fuerant ⁊ cedebant iste partes in ius sacerdotū. dicebant eis relicte de oblatione dñi: habebant enim sacerdotes hic partē de tribus aīalibus. ſ. de boue ⁊ ariete pacifico qui oblati sunt a populo ⁊ ō birco ꝓ pctō populi: de boue ⁊ oue habebant armū dextrum ⁊ pectusculū vt habet supra. 7. c. de bircō ꝓ peccato habebāt oēs carnes ⁊ pellem vt habet supra. 6. c. ideo hec oīa comedere debebant. ¶ Cū autē dz̄ hic q̄ tollerent id qō remanebat ō oblatione dñi. non est sensus q̄ istud māsisset quasi ex obliuione nō cōbustū: vel qz non potuit cōburi aut ex aliqua alia occasione: sz q̄ istud remanebat eis de oblatione dñi. i. cedebat in iura eoruz de oblatione: sicut dño cedebant partes sue que coz̄ eo cremabantur. (Et comedite illud absq̄ fermento). i. partes sacrificiorum coquebant sacerdotes intra atrium tabernaculi ⁊ ibi comedebant eas q̄q̄ in hoc differentia erat: qñ de pectusculo ⁊ armo que ꝓueniebant de hostijs pacificis licebat sacerdotibus et oib⁹ de familia sua comedere iuxta ea que declarauimus. ō. 6. c. ⁊ colliguntur

Defectus comestionis

X Comestionis retardatio

†

Qõ. 14. A An erat necium sacerdotes azimos panes comedere. Dupler ire expõ. Prima.

De laro dictū est i. q. 10. ⁊ vbi dictū ē d coro qꝛ larus coruus marinus est.

Est igitur accipiter auis calida ⁊ sicca mo-
le carnis depauperata: pennaꝝ plumarūq̃ꝫ varietate decorata.
struthioni enim in pēnaꝝ decore simillima est. sed magnitudine
⁊ animi magnanimitate impar est. sūma enim celeritate nūc in
aera se leuat ⁊ ascēdit intātū ꝙ hoīum aspectibus se subtrahit.
nūc vero inferius in predam ruit. pectus accipitris est acutissi-
mū: modica tamen carne est munitum vt dicit aristo. lib. 14. de
animalibus. quāto pectus eius magis ē acutū: tāto melioris est
volatus: qm̃ si hr̃et multū latum pectus moueret ante se multuȝ
aeris: ⁊ esset grauioris motus. carnosum autem est: quia acutuȝ
debile est nisi habeat coopertorium ex multa carne sicut ibidem
dicitur. maxima itaq̃ꝫ est eius fortitudino in vnguibus pectore
⁊ rostro quo statim petit: ⁊ cerebrū terebrat prede sue. huius aūt
fel medicinale est ⁊ vtiliter in oculorum collyrijs admiscetur. vi
sum enim acuit ⁊ oculorum albugines destruit ⁊ consumit: simi
liter ⁊ fimus eius. Item habet hoc proprium accipiter vt dicit
Gregorius ꝙ in senectute qñ sentit se pēnarum pondere pre-
grauari: expandit alas suas contra solem flante austro: ⁊ sic re-
pente aura ⁊ solis calore aperiantur pori quibus apertis excu-
tit alas: ⁊ sic veteres exeunt pēne ⁊ noue succrescent. ⁊ sic noui-
tas pēnarum ipsum efficit ad volandum aptiorem.

Accipit̃ qd sit.

In quo cognoscit̃ bonitas accipitris.

Duo gña accipitrū.

❡ Item
sunt duo genera accipitrum. quidam est domesticus ⁊ quidam
syluestriȝ. qui domesticus est syluestres rapit aues ⁊ eas raptas
domino suo derelinquit. syluestris enim domesticas capit aueȝ.
Indignantiȝ autem nature est accipiter. vnde si predaȝ quā im-
petit casu aliquo non rapit: vix die illa ad manum domini sui
redit.

Dieta accipitrū q̄lis.

❡ Debet autem accipitrum dieta. i. cibus ordinata esse:
scilicet nec nimis tenuis nec nimis lata. abundanti enim cibo
impinguātur ⁊ insolescunt: vel pigrescunt: ⁊ ad reclamatorium
venire dedignantur. Si vero fuerit victus paucus deficit vir-
tus ⁊ robur accipitris ⁊ impotens efficitur ad accipiendam pre
dam. Similiter oculi talium auium tegi debent ne visis auibus
de manu gestantis euolent cum ad illam predam anhelēt. ideo
quibusdam laqueolis pedes illorum illaqueantur: ne libere ad
quamlibet efferantur auiculam. gestantur in sinistra manu: vt
de manu dextera gestantis aliquid suscipiant quo alantur.
❡ Seruantur autem accipitres domestici ⁊ mansueti imutato
rijs a pennis veteribus exonerandi: vt sic iuuentute ⁊ de-
core renouentur. datur ei cibus de carne aliqualiter vene-
nosa vt sic facilius mutentur. accipitres enim maxime le-
dit fumus vt dicit Beda. ideo eorum mutatoria a locis fu-
mosis debent esse remota ne eorum corpora fumi amaritu-
dine ledantur. ⁊ ne penne ipsorum ex fumi nigredine infi-

Beda.

Qō.33 A Quedā de bubone.

clank:carnibus recentibus ꝛ sanguinolentibus cibantur:ꝛ solent eis dari corda auium ꝫ prędank.ꝫ diu enim viuūt ꝛ potentes sunt ad prędandū diligunk a suis dñis ꝛ sup perticas reponūtur:ac in manibus gestank ꝛ nutriunk.Cum vero moriank inutiles reputank:nec comedunk carnes eoꝝ ſz super sterquiliniū ꝓiciunk. ¶Consequēter aūt ſm ordinez lre de bubone dōz est.bubo a sono vocis nomē hz vt dicit Jsido.12.ethimo.ē auis feralis.onusta gdē plumis:sed graui semp detēta pigritia. debilis est ad volandū:in sepulchris die ac nocte versak:sp comorans in cauernis:deinde malū omē prętēdere ferk.nā in vrbē visus solitudinē prętendere asserūt vt dicit Jsido.Item de bubone dicit aristo.lib.8.de aīalibus monedula ingt pugnat cū bubone.bubo nāq; debilis est visus apud meridiē:clariꝰ videt p noctē ꝫ per diē.ꝛ pp hoc monedula que est cozuicini generis capit ouа bubonis ꝛ comedit ea p diē ꝛ bubo comedit ouа monedule p noctē:qz monedula per diē fortior ē ꝫ p noctez.bubo aūt magis in nocte ꝫ p diē vz.alie aues volāt p diē in circuitu bubonis ꝛ deplumant ipm.ꝛ pp hoc aucupes cū eo deprędēdūt alias aues.pugna aūt istaꝝ auiū ficut ꝛ bestiaꝝ nō ē nisi pp cibū ꝛ mansionē.huiuꝰ auis frequēs vlulatus p noctē apud augures presagiū est mortis.bubo stercoribus ꝛ alijs imundicijs pascit. ab alijs volucribus odio hr.tēpla nocturno tpe frequentat vt ō oleo lāpadū satiek:in pennis tū ꝛ non in rostro auibus prede similis vr.sed in animositate ꝛ virtute penitus dissimilis est. qñ aūt ab alijs auibus ipugnak resupinum se vertit ꝛ rostro et pedibus se defendit.mures ꝛ vespertiliones venak ꝛ comedit ꝛ ō nocte euagak ꝛ circūuolat:p diē vero in parietū rimulis se absc̄ondit.

Qō.34 A De mergulo q̄dā pulchra.

¶De mergulo aūt vt lra exigit nūc dōm est. Mergulus ab assiduitate mergēdi nomē assūpsit.sepe eni dimisso capite auraꝝ signa sub fluctibus colligit.ꝛ ante venientē equoris tēpestatē cū clamore littus petit.nā in pelago grauissimā esse tēpestatē certissimū est qñ mergali fugiūt vt dicit Jsido.12.etbi. mergulus in arundinetis sup ligna pauca nidificat:ꝛ miro quodā affectu nāe pullos nutrit ꝛ educat:q mox nati mr̄em sequunk ꝛ varias pelagi vndas ascendere ꝛ descēdere nō verenk.vermes aquatiles ꝛ pisciculos ad sui ventris satietatē ꝛ ingluuiem venak.In hyeme pp paucitatē motus ipinguank:in estate autē pp libertatē volatus carnibus ꝛ pinguedine depaupank.qñ au tē illū auis rapax psequit ad aquā refugiens mersionis bñficio liberak.

Qō.35 A Quedā de ibide q̄ ciconia dr.

¶Ordo nūc est de ibide que ciconia est dicere.ciconia vel ibis est auis fluuialis q̄ seipsam purgat rostro suo:qz qñ cibor multitudine sentit se grauatā aquā marinam intra rostrū recolligit quā p annū ad interioza transmittit ꝛ infundit.q̄ remoliendo cibi cōpacti duriciē:ꝛ mordicādo intestina supfluū expellit ꝛ eijcit.hec auis serpentū ouis vescit.ex eis gratissimaz escam deferens pullis suis vt dicit Jsid.12.etbi.Ciconia quasi cū cana dr qz rostro pcusso q̄si cū cana sonitus reddit.veris est ēt nuncia ꝛ in suo aduentu p̄dicat tpis nouitatē.serpētibus ē inimica:rostro eni eos pcutit ꝛ interficit deuorat ꝛ deglutit:societatē humanā diligit.iō sup domos ab boibus bitatas nidifi care ꝛsuenit ꝛ nidū suū primū nisi fuerit inde eiecta nō dimittit de facili.sed in suo recessu circa hyemē terra replet nidū suū ꝛ cū luto virgulas nidi ꝛ spinas cōpaginat:ne alige ventus tēpestuosus euz ēt in hyeme deiciat:aut dissoluat.in reditu autē suo in vere eūdē obtinet ꝛ renouat:ꝛ ab alijs nidū occupare volentibus ꝓtegit.Viuente femina masculus secū aliā ad coitū nō sociat.sed quoad gñatiōis effectū femine fidē seruat.in qua si masculus aliquo casu adulteriū senserit vltra cuz ea nō cobabitat. sed eā rostro si potest nimis verberat atq; necat vt dicit arist. alibi q̄ in nido masculus feminam nō calcat.ꝛ incubādo super ouа masculus ꝛ femia p vices seruāt:pullos suos miro affecto diligūt ꝛ custodiūt:ꝛ ex assiduo accubitu sup eos plumas pdūt. masculus qñ est in pascuis femina nidū seruat.ꝛ ēcōtrio.Jtez vt dicit Ambrosiꝰ:ciconie maria trāsuolant ꝛ collecto agmine ad ad regiōes calidas simul volāt.ꝛ i suo discursu comites hñt cornices q̄ ipsas p̄cedunt ꝛ q̄si ciconijs ducatū prębētes ō aues eis infestas ꝓ viribus se opponunt:vt dr in exameron.quānis aūt aīalia venenosa comedant vt ranas ꝛ serpētes:tū venenū näz eaꝝ nō superat nec mutat.idē enim illis est refectio ꝛ nutrimentū qō multis boibus ꝛ alijs aīalibus venenū est.vi enim calozis qui in eaꝝ interiozibus dñat virtus veneni superat ꝛ extingui tur:a pullis quoq; suis in senectute pascunk.nā nimia illis circa filios suos est pietas ꝛ iō quātū tps expendunt in fetibus educādis:tātū ipse a pullis vice reciproca nutriunk.vt eni dicit Ambrosius.qñ prio pulli nascūt crura ꝛ pedes ꝛ rostra hñt admodū valde nigra:sed deposita paulatim nigredine rubere tanto plus incipiant quāto plus quotidie senescunt. ¶Nūc de cygno iuxta p̄cedētem ordinē dom est.cygnus latine:olor grece dr q; totus sit albus in plumis suis.nulli eni inueniūt cygnū nigrū olor aūt grece totū dr vt ait Jsido.12.ethimo.cygnus a canendo est dictus qz carminis dulcedinē modulatis vocibus fingit.iō aūt canit dulciter qz collū longū ꝛ reflexū hz.ꝛ necesse est vocē eluctantē per longū ꝛ reflexū iter varias reddere modulatiōes.Ferk aūt hiperboreis mōtibus canentibus citbareis cygnoꝝ pullos aduolare de nidis ꝛ apte ꝛcinere vt ait Jsidorus. ſm martianū ꝛ Ambrosiū:bonū presagiū eventurū existimant si cygnus in nauigādo canit vt ait eunuchus.cygnus in auspicijs semp letissimus ales.hunc optant naute qz non se mergit in vndis:ꝛ iō fuit appolini consecratus:vt ait martianus.in alis eius maxima est fortitudo.Cygnus qñ est i amore q̄rit feminā ei per cōplexionē colli blandit q̄si eā attrabat ad se:ꝛ cōiungit collum suū collo femine colligendo.post coitus vero semina petit mare ꝛ fugat ipm.balneant aūt se femina post coitū filr ꝛ masculus anteq; sumat cibū.instāte aūt morte pena inflicta cerebro canit:ꝛ ō aliozū aīantiū ꝛsuetudinē pro gemitu cantū reddit vt dicit Ambrosius.plumā hz cādidissimam oi nigredine vel colore alio carētē:carnē vero hz nigrā ꝛ ad digerendū durā.collo in ꝓfundo aque merso q̄rit cibū suū ꝛ incidit cū piscibus nutritus ipsos nō comedit.iō si panis vel esca ei ꝓiecta fuerit piscibꝰ ipsum sequētibus tradit:ipse de herbis ꝛ radicibus victū suum q̄rit.pedes hz nigros ꝛ latos ꝛ clausos natatiōi valde aptos.quorū vno vtit pro remo in natādo:alio pro gubernaculo in regēdo.stagna ꝛ lacus inhabitat:ꝛ secus aquas nidificat:vbi semper pauca ligna ꝓiecta sunt:sup ouа cubat ꝛ pullificat:pullos solicite nutrit ꝛ educit ꝛ eis rostro ꝛ alis ꝛ fibillo suffragatur:ꝛ si ꝫs appropinquauerit inter pullos ꝛ auē appropinquantē se opponit.est aūt auis magne carnositatis ꝛ ponderositatis corporis:iō quietē diligit:ꝛ raro volat.tamen cygne syluestres volatu fozti collis extensis ꝛ pedibꝰ ad posteriora religatis ferunk: sed nō sunt tanti corpozis nec pinguedinis quāte sunt domiti:q iuxta boium habitacula sunt nutriti vt dicit martianus.

Cygni ō scriptio.

Qō.36. A Quedaz ō cygno q ꝛ olor vocitak.

Qō.37. A Quedaz de onocrotalo. Onocrotalus hz vētres.

¶Nūc aūt de onocrotalo dōm est. onocrotalus est auis sonum in aq̄ faciens.hz aūt quosdā sollicul̄os in gbus prio cibū recipit ꝛ receptuz in secundum ventrem mittit.duos enim habet vteros in vno tantū cibaria recipit.in alio tū digerit.primus est ꝓ veſiccula gutturis vt dicit Jsidorus. Onocrotalus dr auis cuz longo rostro ꝛ sunt duo gña:vnū aquatile:ꝛ aliud solitudinis. Qui aūt in aquis manet ē auis valde gulosa q rostruz in aquis mergens bozridū facit:ꝑcipue cū insidiat anguillis q̄s accepit ꝛ subito deuozat atq; in aluū mittit.deinde ruminat atq; fauces mouet:ac si cibū in ore receptū teneret. hec aūt in littore gescēs rostrū suū sursuz erigit ꝛ sic ipsius acumine ō insultū accipitris se premunit:vt sic securius dormire possit vt dicit Jsido.

Qō.38. A Quedaz de porphyrioe que auis pelicanus dr.

¶Post hec aūt de porphyrione dñs est dicere. porphyrion auis q̄dā est q̄ alio noie dr pelican9:ꝛ ē auis egyptia habitās in solitudine iuxta nilū.ꝛ sūt duo gña hui9 auis.vnū in aqs habitās cuius esca sūt pisces:alterꝫ ē in terra bitās in solitudine cuius esca sūt animalia venenosa sic̄ sūt lacerte ꝛ filia. oia q̄ pelicanus comedit prio i aq̄ pede tigit ꝛ intincta q̄si cū mānu pede ori applicat:ꝛ apponit. sol9.n.pelican9 p̄ter psitacū iter aues loco man9 pede vtitur. De pelicano dicit gl.ordinaria ꝛ Piero. pelicanus est amator filiorū suorum.cū enim gignit natos ꝛ incipiunt crescere parentes suos in faciem percutiunt:ꝓpter qō ipsos mater repercutit ꝛ occidit.tertia autem die mater se in costa vsq; ad effusionē sanguinis percutit:ꝛ sanguinem calidū super corpora natorum suorū effundit:cuius virtute pullus primus mortuus reuiuiscit. item glosa sup locū illum psalmi. factus sum sicut pelicanus ꝛc. ait. pelicanus filios suos dr occidere ꝛ tribus diebus lugere ꝛ tunc sanguine suū sup eos fundere ꝛ sic eos viuificare.Jtez alia cā mortis pullor pelicani assignat in libro de animalibus dicētalibus.cū dicit. est inquit in egypto auis que pelicanus dicit auis magnarum alarum ꝛ maxime maciei:qz quicquid deglutit emittit per secessum labricū.non hz intestinū:ꝛ ideo vsq; ad perfectam incorporationē non tz cibū:hanc näliter odit serpēs. propter qō dum pro pastu mater exit nidum ipsius per arborē pungit ꝛ interficit filios suos:super quos mater rediens dicitur lugere:ꝛ tertio die ō in pectore se vulnerat sanguinem super eos effundens illos a morte suscitat.ex sanguine autē sic copioso effuso debilitat mr̄.vnde pulli coguntur exire pro cibo quorū quidā näli affectu matrem debilitatam pascunt.quidam vero degeneres sunt ꝛ de mr̄e nullam penitus curaz gerunt.qō diligenter aduertens mater receptis viribus filios se pascentes

Ambrosiꝰ.

Nota.

Nota mirabile de suscitatione pelicāi.

Cā mortis pulloꝝ pelicani.

Qõ. 39. A De berodiõe seu falcone q̃dã pulchra. Nota ꝺ generositate berodiõis.

tes refouet ⁊ diligit: alios vero tãq̃ ignobiles ⁊ ingratos a se reijcit: secũ cõuiuere: aut pmanẽ nõ sinẽs. ¶ Post hec aũt de berodione dicere ꝺns est: qui berodion: aut berodius ꝺr. est eni berodius auis regia prede auida ⁊ manu gestantis assueta. ẽ aũt auis ad modũ accipitris aĩosa. pauce quidẽ carnis respectũ corporis sui ⁊ est multe plumositatis ⁊ iõ est leuissimi volatus: q; pauꝫ est i eo qꝺ aggrauat ⁊ multũ qꝺ erigit atq; leuat. iõ dissimilis est struthioni vt dicit Gregori⁹ cui⁹ similie sit ei in pẽna varia ⁊ colore. berodi⁹ magne est aĩositatis: acutissimi pectoris: ⁊ fortis vnguis ⁊ plus ledit prꝺã sup ipsam irruendo pectore q̃ eã pcutiat rostro vel vngue: tante est aĩositatis q; si predam prio vel scꝺo ipetu nõ arripit q̃si vindictã de se petit. vñ si sylue stris est: illo die vix prꝺã querit. si vero domesticus q̃si pre verecũdia euagat per aera ⁊ ad manũ gestãtis facilr non venit. ⁊ tũc multũ q̃si degenerẽ se estimat qñ de volucre quã ipetit nõ triũphat: vt dicit Gregorius sup psalmũ. Itẽ est auis q̃ inter oẽs aues prede bz affectũ piu; circa pullos sicut ꝺr in exameron: eodẽ inquit sedulitatis affectu quo ꝓprios filios pascit pari sub ministratõe pullũ ab aquila electũ: siue nõ cognitũ suscipit atq; nutrit. cadauera fugit: nec in famis vehemẽtia carnes putridas tangit. sed laboris patiẽs abstinẽdo expectat quousq; prꝺaz sibi cõgruam inueniat quã acquirat: vt ait Gregorius. berodius est auis que vulgo falco ꝺr. vel fulica vt idẽ ait gregori⁹.

Qõ. 40. A Quedaz ꝺ charadione. Ambro.

¶ Nũc aũt ꝺns est de charadrione ptrãsire. charadrion g grus ꝺr. a ꝓpria voce nomen assumpsit: talia eni voce sonat vt dicit Isidorus. est aũt auis magnarũ alarũ ⁊ fortis volatus: aeris alta petens vt videat ad q̃s velit pergere regiones vt ꝺr in exameron. ⁊ est auis diligens suã spẽm ⁊ in societate viuẽs bñs regẽ ⁊ ordine lr̃ato volans vt dicit Ambrosius. ductor aũt agminis q̃si castigãdo ⁊ arguẽdo voce ad rectos volat⁹ cogit agmẽ. ⁊ si forte rauescit succedit alia que supplet idẽ offiñ. grues eniz voce preconia terrã petunt vt quiescant ⁊ cũ sederint ad custodiã sui ordinant vigilias vt alie securius conquiescant: vigiles eni p vnũ crus stant directe ⁊ lapillũ tenẽt i pede: altero a terra suspẽso: vt si casu aliquo dormierint per casum lapilli excitent: vt dicit aristo. Itẽ grues in iuuentute sunt cinericij colozis: sed quãto plus senescũt tãto plus nigrescunt. ⁊ fiq̃ eaꝫ a societate se oberrauerit vociferando ꝓditas socias aduocat ⁊ regrit. grues ẽt qñ sup se venientẽ berodiũ vel accipitrẽ respiciũt rostrũ suũ supius erigunt: ⁊ put pñt cũ rostri acumine se defendiũt.

Qõ. 41. A Quedaz de vpupa aue i mũda. Nota ꝺ maleficos.

¶ Amplius autẽ de vpupa ꝺm est. vpupa eni vt dicit Isidor⁹ 12. etbimologiaꝫ a grecis est noiata eo q; stercora humana comedat: ⁊ fetenti simo nutriat. auis est spacissima ⁊ imunda cristis in capite exeuntibus galeata: semper in sepulchris cõmorans vel in simo: cuius sanguine figs se punxerit ꝺrmitũ pergens demones in somnijs se suffocantes videbit: cuius coꝛ malefactozibus valz: nã in suis maleficijs eo vtunt. Itẽ ꝺcit pbyfici q; cũ vpupe senescunt ita vt nec volare: nec videre queant: pulli earũ euellunt eis pẽnas inualidas ⁊ liniunt eis oculos berbarũ succis ⁊ fouent sub alis ꝺnec recrescãt plume eaꝫ. ⁊ sic renouate perfecte valent ⁊ vident clare sicut ⁊ ipsi vt dicit Isidorus.

Qõ. 42. A Quedaz de vesptilione.

¶ Nũc aũt de vespertilione attingendũ est. vespertilio a tpe nomẽ sumpsit eo q; lucẽ fugiẽs circũuolet in crepusculo vesptino ꝓcipiti motu attritus ⁊ tenuissimis brachioꝝ mẽbranulis suspensus. est autẽ aĩal simile muto ñ tã sonãs voce q̃s stridore spẽ similis volatilib⁹ ⁊ q̃drupedib⁹. qõ in aliꝭ auibus solet rarius reperiri. ꝺcit glo. sup Esaiã. c. 2. vespertiliones lucẽ fugiũt. ceci eni sunt sicut ⁊ talpe puluerẽ lingunt: oleũ ꝺe lampadibus sugunt ⁊ i rimulis parietũ se abscondunt: frigidissime sunt nãe: vñ sanguis vespertilionis linitus super palpebras nõ finit crescere pilos vt dicit cõstantinus. ⁊ hoc fortasse est: qz sua frigiditate oppilat pozos qb⁹ oppilatis nõ recrescũt pilli.

Qõ. 43. A Quedaz de locustis ⁊ vñ nomẽ sũ pserit.

¶ Dõm aũt est nunc de bruco. Sed qz brucus ⁊ attacus ⁊ accellabus: ac locusta ad idẽ ptinẽt: de eis simul ꝺicẽ. locusta est ꝺicta eo q; pedib⁹ est longa vt basta: ⁊ iõ greci eã astagon vocãt vt ꝺcit Isidorus. 12. etbimolo. locusta regẽ nõ bz ⁊ tñ ordinate pro gredit ꝓ turmas suas vt ꝺr. Prouerbio. 20. c. i gl. mutuo se deuozant locuste. nã maiozes mãducant minozes. In estate apparent: in byeme vero latent: iõ longioza bñt crura posteriozꝫ q̃ anteriozꝫ. ⁊ sicut ꝺcit gl. sup Jobelẽ locusta ꝓ est accellabus ⁊ postea crescẽtibus alis fit locusta. ⁊ post ledit plus in iuuentute qñ est accellabus q̃ in senectute qñ est locusta: os bz quadrãgulũ ⁊ pro cauda aculeũ bz: crura sua sunt replicata ⁊ inde reflexa: germina arbozũ ⁊ herbaꝝ radicitus comedũt a vẽto australi gliantur ⁊ ad volãdũ incitant. in vento aũt septẽtrionali moriunt: locusta in saliendo se erigit: ⁊ in erigendo cadit. de floribus amigdaliniꝭ ipinguant locuste. Locusta ꝓ maiozi pte venter est ⁊ iõ insatiabilis est: ⁊ vnicũ bz intestinũ qõ fame ⁊ imundicia semp est repletuz. sed quãdiu viuit semp esurit: ⁊ figd inuenit viride comedere nõ desistit: modico frigoze q̃si mozit ⁊ cõsopit. sed caloze solis reuiuiscit ⁊ ex eius stercoze vermes generant.

Qõ. 44 A Quedã de mustella.

¶ Nunc de opbimaco dõm est. sed qz de eo iam est ꝺictũ ad alia trãseũdũ est. s. vt de mustella ꝺicamus qõ mus longus ꝺr. vt ait Jsidorus. 12. etbimo. nã telon grece longũ est dcñ latine. hec ingenio est subdola in domibus in qbus nutrit catulos transfert: de loco ad locũ sedẽ mutat ne eius locus ab aliquo deprehẽdat: psequit serpẽtes ⁊ fugat: mures odit ⁊ eos mãducat. Sũt aũt duo gña mustellaꝝ. Unũ ẽ sylueſtre ꝺistãs ab aliꝭ quã greci licidaꝫ vocant. Alter in domibus errãs. falsa aũt est illoꝝ opinio q; ꝺcũt eã ore cõcipere ⁊ aure partũ effũdẽ. huc vsq; Jsidorus. 12. etbimolo. Passeribus ⁊ aliꝭ paruis auibus insidiat ⁊ eoꝝ ouа transgluit: filios suos aliquos casu in latibulo lesos vel mortuos quadã herba sanat. imo vt ꝺr. suscitat vt ꝺcit plinius rutã comedit ⁊ eius succo se plinit: ⁊ tunc basilicum inuadit intrepida ⁊ occidit. ⁊ ꝺcit plinius li. 8. c. 22. vbi ꝺr. mustellaꝝ virtus basilicis exitio est cauernã basilici faciliter cognoscit quã subintrans ipm interimit: est aĩal multũ dormiens ⁊ p somnũ ſpiguat vt ꝺcit plinius li. 29. c. 1. s. mustellarũ duo sunt genera domestica ⁊ sylueſtris. vtriusq; fel valet ꝺ aspides. nam earũdẽ pudenda multũ fetent: ⁊ serpẽtibus fetidis ꝺriant: earũdẽ ẽt carnes ꝺicunt valere ꝺ venenũ. mustella eni cõbusta ⁊ in cineres redacta adhibent salubriter ⁊ est ꝺueniens ꝺ litargiã passionẽ. Ita ꝺcit aristo. lib. 8. de aĩalib⁹ q; mustella pugnat ꝺ serpentes qz vtriq; mures comedũt ⁊ est aĩal velociꝭ motus ⁊ corporis fleribilis atq; valde mobilis ⁊ instabilis odore: sagax dorsum bñs rubeũ ⁊ ventrẽ albũ: mutat aũt colorẽ. nã in qbusdã regionibus in aliquo tpe anni tota pellis eius cãdida est preter caudã: morsus eius malicioſus est filr virulent⁹: ẽt ei⁹ vrina fetida est fic vrina muris.

Qõ. 45 A Quedã de mure aĩali pusillo.

¶ Lõsequẽs ẽ de mure ptrãsire. mus ſm Jſi. etbi. ẽ aĩal pusillũ ab bũore dcñ ẽ: eo q; humore ẽre nascat. nã mus terra ꝺr. ⁊ inde bum⁹ ꝺcinat. iecur muris i plenilunio crescit sicut q̃dã maritima tũc augent⁹ que rursus ꝺcrescente luna minuunt. ꝺnr mures sozices eo q; in modũ serre rodunt ⁊ prescindũt. Mus ſm aristo. li. 7. de aĩalibus nõ potat ⁊ si potauerit morit. aĩal est guloſũ: iõ a modica esca decipitur cũ odore ei⁹ puocat. vrina ei⁹ fetida est ⁊ otagiosa ⁊ morsus ei⁹ venenoſus: cauda quoq; venenoſa est. de murib⁹ ꝺcit plinius li. 8. c. 38. sunt qdã mures pontici q; gregant pabulũ suũ in foueis suis ⁊ in byeme abscõdunt ⁊ latitant in cauernis quoꝝ palatũ in gustu sagaciſſimuz est ⁊ in olfatu in autũno masculus ⁊ femina spicas gregant ⁊ mutuo se onerant sup vẽtrẽ: p caudã aũt masculus femĩã sic onustã ad specũ trabit: exonerato autẽ fasciculo in cauernis: itez redeunt ad laborẽ ⁊ gregato fasciculo masculus sup dorsum suũ ponit: quẽ femina versa vice onerat ⁊ caudã eius ore tenẽs masculũ pertrabit ad cauernaz ⁊ sic onerẽ deferũt alterna vt ꝺcit ibidẽ. ¶ Itẽ muriũ diuerse sunt spẽs. nã quidã viuũt in domibus: ⁊ aliꝭ in cãpestrib⁹ in aquarũ ⁊ fluuioꝝ extremitatib⁹ cõmorant. gdã annũ dimidiant qz p dimidiũ annuz dormiunt ⁊ p dimidiũ vigilant sic glires qui sunt ſm plinij bestie nociue. in plurib⁹ tñ sunt ad medicinã apti: nã vt ꝺcit plinius li. 30. c. 6. muriũ cinis cũ oleo ⁊ melle aurib⁹ instillatus eaꝝ dolorẽ sedat: ⁊ fiq̃ aĩal aures itrauerit ꝑcipũ remediũ est fel muriũ cũ aceto tepido tẽperatũ instillare auribus. fimus eius ſm diascoridẽ cũ aceto tritus mundat allopicias: ⁊ custodit caput a casu capilloꝝ tritũ: ⁊ cũ vino in potu sũptũ ventrẽ miro mõ soluit: pellis eius recens calcaneo superducta valnera eius ad sanitatẽ pducit.

Muriũ varie sũt spẽs

Qõ. 46 A Quedã de crocodillo ordinẽ lr̃e consequẽtibus dõm erit. crocodillus a croceo colore ꝺictus est vt ait Jsidorus. 12. etbimo. est autem aĩal quadrupes in terra ⁊ in aquis valens: longitudine fere. 20. cubitorum dentibus ⁊ vnguibus immanib⁹ armatus. tanta est eni cutis eius: vt quãuis fortes ictus lapidũ a tergo recipiat nihil oino curat. nocte in aqua die in terra quiescit: ouа i terra fouet que ouа ouis anseris sunt maioza: masculus ⁊ femina vicem seruant. de hoc ꝺcit solinus impoliſtor. ca. de egypto. crocodillus aĩal q̃drupes ⁊ in terra ⁊ in flumine pariter valet: linguaz non bz maxillã mouet supiorẽ: morsus ei⁹ horribili tenacitate cõueniũt stipanti se petinatim serie dentium plerũq; ad. 20. vlnas eualescit qualia anseris edit ouа: metatur locum nido naturali prouidentia: nec alibi fetus ponit q̃ quo crescentis nili aque non possunt peruenire. in partu fouendo masculus ⁊ femina vices seruent: preter hiatum hominis armatus est: etiam

vnguium imanitate: noctibus in aqua degit: die humi acquiescit: circūdatus cutis maxima firmitate in tātū vt ictus quoslibet tormēto adactos tergo repercutiat. Scrophillos auis paula oū reduuias ciborū eius affectat os belue huius paulatim scalpit: ꝛ sensim scalpurrigine blandiente aditū sibi vsq; fauces facit. qō euidus cōspicatus penetrat belua populatusq; vitalia eorū exit aluo. Sunt delphines in nilo quorū dorsa serratas habent cristas crocodillos studio alliciunt ad natandū: demersiq; astu tenera ventriū subternatantes secant ꝛ interimunt. Preterea bitant in insulam nili boies forma perigui. sed audacia in tātū preditiꝫ vt crocodillis se ferant obuios: nā hec monstra fugientes insequunt formidant resistētes igit capiunt: subacti ēt inter aquas suas seruiunt ꝛ perdomiti metu ita obsequunt: vt immemores atrocitatis victores suos equitantes dorso vehant. hanc ḡ insulā ꝛ hāc gentē vbicūq; indicio odoris psenserint p cul fugiunt. in aqua obtusius vident: in terra aūt acutissime: in hyeme nullū cibū capiunt qñ ēt. q̄tuor mēses a pricipio brume inedia exigūt. de hac dr ibidem ꝙ crocodilli infesti sunt boibus in egypto. Sed cū solēnitas apidis olī egyptioꝝ celebratur crocodilli in sacerdotibus inducias hīt vt attrectant lauantes. verū. 8. die cerimonijs iā peractis velut reddita seuiēdi lnia solitam resumunt atrocitatē. dicit aūt plinius. nullū est aial qō ex tam pua origine in tātā crescat magnitudinem sicut crocodillus. quādiu enim viuit semp crescit. est autē aial valde gulosum ꝛ multū comedit. vñ qñ est saturatus iacet iuxta littus rutās pre repletione. dicit enī phylologus ꝙ si crocodillus inuenit boiez iuxta littus si pōt ipz occidit: ꝛ postea plorat sup eū ad vltimum aūt deuorat ipm. ꝛ dicit ꝙ ex isto simo fit vnguētū quo facies mulier fusificant vt senes ꝛ rugose ad tps iuuencule videant. de crocodillo multa Isidorus ꝛ plinius dicūt. ¶ Amplius aūt de migale dōm est. est enīz migale modicū aial ad modū mustelle gulosum rapax ꝛ dolosum. nā cū dolo rapit qō ventri postea cōmittit vt dicit glo. ordinaria sup istū locū. māsuetū se fingit cū aligo appropiquat ei ex timore: sed statim mordet: ꝛ venenum infundit. De migale dicit arist. in lib. de aialibus ꝙ equos ꝛ mulos resistit ꝛ eque pregnanti marie insidiat: pugnat ꝫ serpentes ꝛ tūc armat se ruta. ¶ Cōsequens aūt est nūc de chameleonte dicere qz est chameleon bestiola parua varietate colorū respersa: cuius corpusculū ad varios colores quos videt facillime ouersione variat. nec inuenit aliqō aial cuius corpusculū ita recipit colorū diuersorū imitationē. chameleon fm auicēnam est stellio: qz ad modum stelle lucet ꝛ murat. colores qz est aial timidū ꝛ pauci sanguinis colorē enī mutat. ꝛ est quadrupes bīs facie lacerte ꝛ vngues acutos ꝛ recuruos ꝛ corpus asperū ꝛ durū: cutē ad modū crocodilli. Itē dicit arist. li. 2. de aialib⁹. chameleon est aial paruū simile lacerte. cuius latera sunt oblonga perueniētia ad inferius sui vētris sicut lacerte ꝛ piscium: ꝛ mediū spondiliū dorsi eius prominet sicut mediū spondiliū piscis: ꝛ facies eius est sicut aialis compositi ex porco ꝛ simia: ꝛ hz caudā valde longā: ꝛ eius extremū est gracile valde ꝛ hz pedes reflexos sicut lacertuli. ꝛ glibet pedū diuidit in duo. ꝛ cōpatio vni⁹ pedis ad alterū est sicut pollicis bois ad residuū: manus ꝛ q̄libet ipsarū partiū diuidit in digitos ꝛ hz vngulas similes vngulis boū aliū. totū corpus eius est asperrimū. ꝛ oculi eius pfundunt ꝛ sunt magni ꝛ pfundi: ꝛ otinent a corio simili corio totius corporis eius: ꝛ nō cooperit ab ipso. ꝛ girat oculos suos frequēter circūquaq; ꝛ alterat color ei⁹ ꝛ insufflat coriū eius: ꝛ hz colorē declinantez ad nigredinē. sunt aūt in eo macule nigre. ꝛ hec varietio est in toto corpore eius ꝛ marie in oculis ꝛ in cauda. ꝛ est motus eius grauis valde ꝛ i morte est turpis coloris: ꝛ id qō est in corpore suo est modice carnis: parū enim hz nisi in capite ꝛ radice caude vbi hz modicū sanguis. silr hz in corde ꝛ in venis. qō pz ex erroribus ab eo factis in circuitu oculoꝝ: ꝛ eius cerebrum est ppe oculos. siquis aūt diuiserit corpus eius in duos pmanebit in opationibus suis p suū spīm ꝛ manet modicus motus circa cor: ꝛ nō hz splenē: manetq; in cauernis sicut lacerta. vsq; huc arist. Itē dicit plinius. 28. li. c. 8. Chameleon est aial simile crocodillo. solū curuatura dorsi ꝛ caude amplitudine distans. nullū aial eo pauidius estimatur: iō mutat color eius: ꝛ maxime cōtra accipitres. attrahit enim accipitres ad se volantes ꝛ prebet ceteris animalibus voluntarie lacerandos. caput eius ꝛ guttur si cum quercinis lignis accendant bymbē facere ꝛ tonitrua: democritus asserit. sed hoc veridet plinius. qualecūq; enīz sit animal inter mundana cōputat. vñ sup istū locū dicit beticius marcescit ꝛ pre infirmitate mansuetus se fingit. als tamē est crudele. Dr chameleon solo aere viuere sicut talpa ex terra: ꝛ alec ex vnda: ꝛ salamādra ex igne. vnde versus. Quattuor ex puris vitā ducūt elemētis. chameleon talpa: maris alec salamādra. terra alit talpā: flāma pascit salamandrā. vnde sūt alec cib⁹: aer chameleonti. de colorū mutatiōe in chameleonte dixim⁹ sup Deu. in. c. 13. assignantes non fieri aliquā veram mutationem colorīs in eo: sed ex repercussione aliorum colorū sup chameleontē hoc cōtingere: sicut ibi declaratū est ex fundamentis pspectiue artis. Dixit enī auicēna ꝙ ista mutatio fit propter timorē bui⁹ aialis qñ est timidū super oīa animalia. ꝛ sic in nobis est: qz color pmutat qñ timemus: aut erubescimus. in hoc aūt diffiniendū est ꝙ aut cōfitemur in chameleonte fieri mutatiōez colorīs ita ꝙ videat in eo color illius rei que sibi obijcitur: aut ꝙ ad aliquā rem visam pmutet color eius: sed non ad similitudinem colorīs rei obiecte sibi. Si aūt dicamus primū. s. ꝙ pmutet chameleon ad silitudinē colorū oīuz rerū obiectaꝝ: fm ꝙ cōiter dicit non poterit stare dictuz auicēne qñ timor quāuis in nobis causet quēdā colorīs mutationē ex subitanea fuga sanguinis a qbusdā membris ad aialia: tñ nō fit talis color in timētibus q̄lis est color rei quā vident. sed causat quedā palliditas ex absētia sanguinis colorantis ptes illas in qbus est. Si ergo eēt mutatio colorīs i chameleonte ad oēm colorē obiectarū rez ipossibile est ꝙ ex timore ꝓueniat. ꝛ tunc stabit necessario assignatio illa quā posuimus in Deutero. in. c. 14. Si aūt dicat ꝙ chameleon mutat qñ videt aliquā rē tñ non mutat ad colorem illius sed ad aliquē aliū. dicēdū est ꝙ fit ex timore ꝓpter fugā sanguinis sicut dicit auicēna. ¶ Nunc autē de stellione dōm est qñ de eo lra agit. stellio nomē sumpsit ex coloze. est enim bestiola tergo depicta lucentibus guttis in modū stellaꝝ. de quo ouidius ait. aptūq; colori nomē sumpsit varijs stellatus corpore guttis vt dicit Isidorus. 12. ethimologiarū. vbi subiungit. stellio adeo scorpionibus est contrarius vt viso eo pauor bis incutiatur ꝛ torpor. plinius lib. 8. dicit ꝙ stellio maxime de roze viuit. ꝛ quāuis animal pulchrum ꝛ depictum sit: multū tamē est venenosum vt dicit plinius lib. 29. cap. 2. ex stellione pessimum medicamentū fit. nam cum fuerit mortuus in humo faciem eorum qui viderint lentiginē obducit: fel stellionū tritum in aqua mustellas dicit congregare. ꝛ est stellio genus lacerte reptile ꝛ quadrupes habēs pedes latos digitos scissos ad modum manus: quibus repit ad domorū ꝛ murorū rimas in quibus facit cauernas suas ꝛ mutat spolium suum sicut serpens vt dicit idem: ꝛ latitat in hyeme in cauernis: ꝛ bebetatur visus ei⁹. in vere autē exiēs de caverna sentiens defectum visus mutat locū ꝛ querit sibi locum ꝛ cauernam ad orientē: ꝛ continuo aperit oculos suos contra orientē quousq; in oculo deficeat humor ꝛ cōsumatur nebula que oculis caliginem inducebat. Sup libro Prouerbiorū cap. 30. glo. innuit ꝙ stellio est animal velocissimū tamē nō pēnatum: sed habilitate pedum reptit ꝛ fodit parietes domorum ꝛ murorū. Ulterius autē de lacerta dicēduz erat: qz tamē ad genus stellionis pertinet de quo iam dictum est non oportet vltra dici. ¶ De talpa igitur pertranseamus. talpa est quedam bestiola ad modum muris de qua dicit Isidorus. 12. ethimologiarum ꝙ fit damnata cecitate perpetua in tenebris. est enim absq; oculis. rostrum enim habet ad modum porci cuz quo terraz fodit ꝛ euertit de quo dicit Isidorus. ꝛ radices sub terra cōmedit. solem odit ꝛ fugit: nec diu potest viuere super terram: nigram habet pellem villosam ꝛ mollem: crura brevissima ꝛ pedes latos: ꝛ distinctos ad modum manus. de talpa autem dicit aristo. omne animal generans sibi simile habet oculos: preter talpam que nō habet oculos apparentes. sed siquis inciderit corium sub fronte inueniet interius vestigia latentium oculoꝝ: vt putauerunt aliqui ꝙ illud corium rumpit pre angustia quādo incipit mori: et tunc incipit aperire oculos moriendo ꝙ eos clausos habuit viuendo. de hoc plinius lib. 10. capitu. 59. liquidius audiunt talpe obrute terram denso atq; surdo nature elemento: ꝛ si hominem audierint fugiunt a remotis. De bis autez intantum dictum sit.

Delphines nili.

Crocodilli infesti sunt boibus in egypto.

Qō. 47 A Quedā de migale aſali paruo.

Qō. 48 A Quedā de chameleōte ac ei⁹ descriptio.

Aristo.

Plinius. Chameleō est pauidi⁹ aliis aialibus.

¶ Capitulum. xvj.

Locutusq; est dominꝰ ad moysen: dicens. Loquere filijs israel: ꝛ dices ad eos. Mulier si suscepto semine peperit masculum: immunda erit septem diebus: iuxta dies separationis menstrue: ꝛ die octauo circūcidetur

Auicēne opinio.

Qr chameleon mutat colozes.

Qō. 49. A Quedaz ō stellione ꝛ vñ nomē sū pserit. Isidoꝝ. Plinius Stellio qd sit.

Qō. 50. A Quedaz de talpa ꝛ eius ō scriptio.

Arist. de talpa.

Plinius

Purificatio puerpere.

5. di. ca. ꝰ q. 2. c. cū enim ꝛ cap. ad eius.

detur infantulus ipsa vero trigintatribus die
bus manebit in sanguine purificationis sue.
Omē sanctū nō tanget nec ingrediet in sanctua
rium: donec ipleātur dies purgationis sue.

Locutusq3. In superioribus egerat legislator de imū
dicia que causabat ab extra: hic autē agit
de illa que pvenit ab intra. ¶ Et dividit in q̃ttuor ptes sm q
sunt q̃ttuor imundicie. s. de imundicia puerpere: & de imundicia
Divisio eiusdē.
lepre. & d semine fluente ac sanguine. de scda in. c. seq. De tertia
j. c. 15. i prin. De q̃rta. j. 15. c. ad mediū. vbi dr (Mulier que re
deunte mense). Prima in duas: qm̄ prio agit de parientiū pol
lutiōe. scdo de eax purificatōe. Scda ibi. (Cūq3 expleti fuerint
dies). Iterū pria in duas: qm̄ primo agit de purificatione illa
rū que filios pepererunt. scda de eis q̃ filias genuerunt. scda ibi.
† (Si aūt feminā). Circa pricipiū dr. (Locutusq3 est domin⁹ ad
Hec est lex de parietibus
moysen dicēs). Hic ponit istud caput rōnis: qm̄ ea que. s. dicta
sunt ptinebant ad aliā narrationē. s. ad puritatē in cibis. hic au
tē de parientibus agit. vt g̃ inter hec diversitas appeat ponitur
istud caput rōnis. nec ex hoc scludit q ista fuerit alia locutio a
supioribus. s. facta p aliquā interpollationē. de quo magis dixi
† mus. s. 1. ca. (Loquere filijs israel & dices ad eos). Oēs iste le
ges soli moysi dabant: ipse aūt dēbat eas postea pplo pmulga
re. nō. n. decebat vt oia p se ds pferret vt declaratu3 fuit Exo.
20. c. & fuit ista lex de purificatōe parturiētiū data tūc cū taber
naculū factū est & nō decuit añ dari: q2 ista est lex de imundicia
q̃dā que sfiderabat respectu ingressus sanctuarij & in tangēdo
res sacras solū scd3 hr in lr̃a cū dr. oē scm̄ nō tāget nec igrediet
sanctuariū: donec ipleant dies purgatōis sue. sed añ hoc n̄ erat
fabricatū scūariū. g̃ nō erat necessariū dari hanc legem.

¶ An iudei obsuēt nūc istā legē d purificatiōe post ptū. Qō. 1.

A
Rñsi. ad q̃situ.

Queret aūt nūc aliqs de observatiōe hui⁹ legis an obser
uet nūc apd iudeos. ¶ Et rñdēdū est q de tpi
bus antiqs vsq3 ad xp̄i nativitatē & expulsionē iudeox de hier̄lz
nō fuit dubiū istā legē obsuatā fuisse. nā & in salvatore nr̄o xp̄o
h observatū est sic hr Lu. c. 2. cū dr. postq3 ipleti sūt dies purga
tiōis ei⁹ sm legē moysi tulerunt illū in hier̄lm vt sisterēt eū corā
dño sic scriptū est i lege dñi &c. in qb⁹ nō solū innuit q ista i xp̄o
tūc tpis observata sūt: s3 ēt q in oibus observabant. Nūc autē
dōm est q ista nō observant. nō qdē vt aliq ipiti dīt q iudei
ista observare nō audēt metu pncipū xp̄ianox: qm̄ ēt si pricipes
sub mortis interminatiōe eis ista mādarent nō obedirēt preeli
gētes mortē si eēnt veri emulatores pr̄nax traditionū. nā 5 legē
ē q iudei ista nūc observarēt. nā istd pceptū scernit duo. s. sacri
ficiū parietiū & abstinētiā ab igressu scūarij. neutrū aūt hox nūc
Preceptū h duo scernit.
pole ē. De prio qm̄ nulla sacrificia i aliquo loco offerri poterāt
nisi vbi iussisset dñs & eēt statut⁹ loc⁹ & hoc in terra pmissiōis:
nūc aūt cū ex̄ terrā illā sint nullaten⁹ offerre poterūt. iō nec qñ
erāt in terra pmissiōis poterant offerre sacrificia in oi loco: sed
solū i illo loco quē dñs elegisset vt hr Deu. 12. c. cū dr. caue ne of
feras holocausta tua in oi loco quē videris: s3 i eo quē elegerit
dñs in vna tribuū tuax offeres & facies qdcūq3 pcepi tibi. iō si
aliqs vellet in terra pmissiōis facē altare spālr i aliquo loco ad
offerēdū victimas pterq3 i loco quē dñs elegisset: hēbat tāquā
idolatra & alij isurgebāt i eū vt eū pderēt: sic d duab⁹ tribubus &
dimidia q̃ edificauerūt altare circa tumulos iordanis vt hr Jo
sue. 22. c. nō ē igit loc⁹ iudeis fabricādi altare nec offerēdi sacri
ficia cū sint ex̄ terrā pmissiōis & dñs nō elegerit aliquē istox lo
cox. g̃ lex ista q̃tū ad ptē illā in q̃ iubet q offerant dño q̃dā sa
crificia i emūdatiōe parietiū in terra ista a iudeis cōpleri nō pt.
¶ Cōsistebat ēt ista lex i abstētia ab igressu scūarij & a tactu sa
crarū rex. & q̃tū ad istā pticulā cōpleri nō pt: qm̄ ia3 n̄ est aliqd
scūariū ad qd accedē dēant: vel aliq̃ res sacre a qb⁹ abstinendu3
sit. iō ēt q̃tū ad h nō svat. iudei tñ sm q ab antiquo hūerūt q̃s
dā synagogas ēt qñ erāt in terra pmissiōis i qb⁹ solū audiebāt
vbū dei & nō faciebāt aliq̃ sacrificia: ita nūc hñt. & ista loca apd
eos aliqūo scā sūt: & in his conant ipsi obsuare hāc legē. s. q fe
mine parietes abstineāt ab igressu illax synagogax p tātū tps: q̃
tū hic iubent. nec tñ obligant ad h qm̄ nō sūt ista loca q̃ pñt vo
cari scūariū: & iō q̃uis hodie maneret ista lex possent femie iu
B
deox itroire in synagogas istas i tpe quo vetat hic accessus ad
Rl̄a de muliere pariente filios q̃to tpe ab
scūariū. & sic dd3 q n̄ obsuāt iudei nūc istā legē nec pñt. (Mu
lier si suscepto semine). Hic ponit rl̄a de mulierib⁹ q̃ pariūt fi
lios q̃to tpe abstinē dēant ab accessu scūarij. & dr q si mlier su
scepto semie peperit masculū imūda ē. in quo vr supabūdare il
la pticula si suscepto semie: qm̄ manifestū est q femie nō pñt cō
cipe nisi semē suscipiant a viris. ponit tñ sacra scriptura hoc ex
supabundāti: sic interdū circa q̃dā alia solita est facere.

stinere debebat ab accessu sanctuarij.

¶ An ista particula. s. mulier si suscepto semine ponat ad excusa
tionē btē virginis q̃q3 ipsa nō vteret hoc privilegio. Qō. 2.

Sciendū tñ q aliq volūt istā pticulā fuisse positā pp vir
ginē bñdictā q̃ xp̄m peperit sine semine & fuit
A
exēpta ab hac lege: cū tñ obsuauit tpa purificatiōis. nō fecit tā
Opi. quorūdā.
quā legi subdita eēt. s3 ex humilitate & ad tollēdū scādalū. na3 si
vidissent iudei q btā virgo nō observabat leges purificatiōis
aliax mulierx existimassent eā ex̄ oēm legē tāquā pfanā: & tēta
rēt eā punire pēa fractoris legis qd nō decebat. & eo mō xp̄s cir
Im pbatō. 1. rō.
cūcisionē accepit: q̃q3 nullū a quo mūdaret hēret pcm̄. ¶ Ad h
aūt dōm est q nō pt stare q2 si ista lex fuisset data spālr i ista pti
cula pp btā3 vginē oportebat q ei aliqd pfecisset: aliogn frustra
daret. qd absurdū est. sed nihil pfecit nec poterat ei pficere. g̃ n̄
fuit data pp ipa3. hoc p3 q2 dr hic. mulier si suscepto semine. si āt
p hoc debuisset excusari btā virgo oportebat q sstaret de ipsa
q scepisset filiū nullo semie suscepto. S3 hoc sstare n̄ poterat:
q2 oēs femine q̃ scipiūt nālr, prio suscipiūt semen. nec vnq3 alr
visū est. nec fieri vllatenus pōt. iō qñ btā vgo genuit salvatorē
existimauerūt iudei q ex semine scepisset. Vñ aliqui putabant
xp̄m fuisse natū ex aliquo viro adulterio: cū Joseph marit⁹ vir
ginis videret ipotēs ad generādū. & iō dicebāt eū ex fornicatio
ne genitū. sic hr Jo. 5. c. vbi iudei exprobrātes xp̄3 dixerūt. nos
ex fornicatiōe nati nō sumus. q. d. nō sumus nati ex fornicatiōe
sic tu. Alij aūt q sanioris ai erāt existimabāt xp̄m eē filiū ioseph
vt hr Luc. 3. c. cū dr. & ipse Jesus erat icipiēs q̃si annox. 30. vt
putabat filius Joseph. ois igit sive boni animi sive mali tpe
quo xp̄s natus est existimauerūt eū ex semine genitū. dato g̃ q
btā virgo nollēs observare legē purificatiōis aliax mulierx iu
uaret se ex hac pticula. s. mulier si suscepto semine, null⁹ sibi cre
deret pmitteret ei exēptā eē ab hac lege. qm̄ q̃uis nō defice
ret sibi ius: deficiebat tñ pbatio iuri. nō g̃ ds fecit apponi hanc
particulā ex hac cā: q2 sciebat q nullo mō btā virgo poterat ex
hoc tueri qn subiret legē aliax mulierx. ¶ Itē si ista pticula fuis
2. rō.
set expssa pp btām virginē ipsa tētasset imunē esse a lege puri
ficationis nollēs purgari sicut alie mulierē faciebant. sed h nō
B
factū est: q2 ipsa volūtarie se submisit legi. g̃ nō fuit pp ipsa3 ex
Obiectio.
pressa. ¶ Si dicas q beata virgo non tentauit exēptā esse ab
hac lege: q2 nō poterat probare se cōcepisse sine semine, nō stat:
q2 ds potuisset ad hoc facere miraculū vt patefieret hmōi cōce
ptus. & nō solū hoc potuisset: sed ēt debuisset facere vt ista par
ticula quā ipse poni fecerat in lege ad eximēdā btām virginem
ad legē cōem nō maneret inutilis, sic pro qbusdā alijs rebus mi
noris necessitatis deus sepissime miracula agit. non g̃ pōt dici
q ad hoc ista pticula fuerit. ¶ Dicet aūt aliqs q quāuis beata
An fuerit sveniēs q virgo hūit h pvilegiū ēt si illo nō vteret.
virgo nō potuit eximi a lege cōi aliax mulierx exn̄tibus eis que
extiterunt; ~~q tētasset exēptā fore~~: & q̃q3 nō deceret vt etiā ipsa
exēpta eēt sm actū ad observationē istius legis: tñ sveniēs fuit
vt hoc exprimeret pp btām virginē vt saltē hēret hoc pvilegiū
q̃q3 eo nō vteret. Ad hoc rñdendū est q hoc nō stat cōuenien
ter. Nam si btā virgo eximeret ab hac lege cōi, hoc esset q2 illa
lex esset lex alicuius pcti sicut illa lex q oēs qui nascunt ex pro
pagatione seminis nascant cum pctō originali: a quo btām vir
Virgo n̄ 5 xit originale
ginē exēptam fuisse pie cōfitemur aut possumus confiteri. Aut
esset aliqua lex que presupponeret peccatū, sicut si in aliqua lege
induceret aliqua pena, ppter aliqd peccatu3, ab illa conveniens
erat beatā virginē liberari. sed ista lex que est de purificatione
post partū continet actū virtutis. s. actū latrie. etiā nō presuppo
C
nit aliqd peccatū: q2 ex eo q aliqua mulier cōcepit & purificat
nō peccat: iō nō oportebat vt ab hac lege virgo benedcā exēpta
2. rō prici.
esset. ¶ Itē p3 hoc: qm̄ ista lex purificationis dat ppter imun
Btā virgo i suo partu alijs mulierib⁹ fuit mūdior infra q. 25.
diciā corporalē ipsarū parturientiu3. s. q2 sanguis fluit. De beata
virgine, dōm q ipsa mundior fuit ceteris mulieribus in partu
suo. nō tñ ex hoc tollit quin aliqs sanguis fluxerit ex vtero ei⁹
sicut ex alijs mulieribus, q̃q3 nō in tanta multitudine. Nec ali
quis poterit hoc subterfugere dicēs q iste fluxus sanguis post
partū proveniat ex eo q mulier a viro cognita est. qd nō fuit in
De btā vgine aliqs sāguis effluxit añ ptū i ptu & post ptu3 & q h n̄ dicit aliqua3 ihonestatē
beata virgine, cū nō sit cognita a viro. nā iste sanguis fluens in
mulierib⁹ nō est aliquo mō in feminis ex pte viri tāquā ex cau
sa māli, ita q ex illo fiat. nec tamē ex cā efficiente ita q semine
virili agēte resolvat & fluat iste sanguis in femina: qm̄ femine
cū sunt in virginitate si ad adultā etatē pervenerint fluxū men
struox patiunt: a viris tñ incognite sunt. sic g̃ fieri potuit & satis
sveniēs est dici q aliqs sanguis effluxerit de vtero btē vginis

sue corruptionē cu3 ēt sit i alijs pure virginib⁹ vid.j. q.25. s3 aduerte lector ꝙ ista non sūt p̄dicanda i lingua hispāica siue italica pplo rudi q2 scādalizabit̄: imo poti⁹ arcēdi sunt simplices neista audiāt q2 n̄ op3 eos sapere plusq̄3 op3. dicēda g̊ sūt ista coram viris sapiētissimis q nō scādalizant̄ s3 poti⁹ gaudēt de veritate cognita circa quā sp̄i uigilant vt vitā eternā habeant. ♂3.rō. A

postq̄3 ab vtero saluator exijt noster. Sed ꝓpter istum sangui
nis fluxu3 mulieres imunde erant. ergo sine preiudicio domine
nr̄e vr̄ satis posse dici ꝙ in ea fuit id pp qd̄ ista lex data est. ⁊
ꝙ ipsa debuit rōnabilr̄ eā obseruare. ♂ ℭ Itē p3 adhuc magis
hoc. nā id qd̄ adhuc aliqui adducunt in defensionē huius posi
tionis nihil valet. dicūt eni hoc debere fieri in mulieribus que
ex semine cōceperunt. sed btā virgo nō cōcepit ex semine. Dōm
est ꝙ hoc nō pōt stare: qm̄ nō ideo mulieri ista purificatio ipo
nit̄ q2 a viro cognita est: sed q2 sanguinē fluit. sed in btā virgi
ne sm̄ supradicta pōt dici satis rōnabilr̄ ꝙ fuerit aliq̄s fluxus
sanguinis post partū. iō debuit subijci huic legi. p3 añs. nā si pp
susceptionē seminis induceret̄ ista purgatio: q̄ncūq̄3 femina co
gnosceret̄ carnalr̄ dēbat sic expiari. sed falsu3 est: q2 siue vir co
gnouisset millesies aliquā feminā: aut femina decies milies co
gnita fuisset a viro vel viris nō dēbat in ea seruari ista lex puri
ficatiōis sed dēbat semel lauare corpus suū: ⁊ sic mūdabat̄ suffi
cienter: ⁊ poterat intrare scūariū. nec manebat ista imūdicia ni
si p vnū diē ad plus vt hr̄.j.15.c. cū dr̄. vir de quo egredit̄ se
men coitus lauabit: aq̄ oē corpus suū ⁊ imūdus erit vsq̄3 ad ve
sperū: vestē ⁊ pellē quā habuerit lauabit aq̄ ⁊ imūdus erit vsq̄3
ad vesperū: mulier cū qua coierit lauabitur aqua ⁊ imunda erit
vsq̄3 ad vesperū. p3 igit̄ ꝙ nō imponat̄ ista lex purificationis
pp feminā cognitā esse a viro. ⁊ sic ex hac pte nō poterim⁹ ma
gis excusare btām virginē ab hac lege q̄3 aliquā aliam feminā.
Q2 aūt pp sanguinē fluētē post partū iponat̄ ista purificatio p3
i lr̄a cū dr̄. ipsa vō. 33. dieb⁹ mācbit in sanguie purificatiōis sue:
oē scm̄ non tāget: nec ingrediet̄ scūariū donec ipleant̄ dies pur
gationis. p3 g̊ ꝙ pp sanguinē inducit̄ ista purificatio ⁊ ipse flu
xus sanguinis est immundicia a q̄ d3 hic mulier purgari cū dicat̄
manebit in sanguine purificatiōis sue. qd̄ est intelligendu3 per
hipallage. i. i purificatiōe sanguis sui. P3 aūt hoc adhuc magis.
q2 q̄ncūq̄3 fluxus sanguis siue mēstrualis siue al's accidisset mu
lier imunda erat: ⁊ manebat toto illo tpe fluxus sanguinis ⁊ mē
struoꝝ sepata a rebus sanctis vt p3.j.15.c. Q2 eni in btā virgi
ne fuerit aliq̄s fluxus sanguinis concessum est. ergo in ea potuit
hēre locum ista lex ⁊ debuit.

ℭ An beata virgo fuerit obligata huic legi de purificatione ita ꝙ nō obseruando eam peccaret mortaliter. Qō.3.

Nunc autem ingrendū est an btā virgo fuerit ob
ligata isti legi sic q̄libet alia mulier:
ita ꝙ non obseruādo eā peccaret mortalr̄ sic peccaret alia femi
na nō obseruās. ℭ Dicūt aliq̄ vt. s. tāgebat̄ ꝙ nō tenebat̄ legi
sed sponte se purificauit. Prio q2 ex tenore legis apparet eam
esse liberā a lege. nā dr̄. mulier si suscepto semine masculū pepe
rit ⁊c̄. sed ista nō suscepit semē. g̊ nō hēbat locū in ea dispositio
legis. ℭ Scdo dicūt aliq̄ ꝙ iam trāsierat tp̄s obligatiōis legis
huius: q2 natus erat xp̄s. iō nō obligabat̄ virgo ad hoc. ℭ Ter
tio q2 purificatio vel purgatio nō fit nisi in illis q hērent aliquā
ipuritatē: sed nō fuit in dn̄a nr̄a aliq̄ ipuritas. g̊ nec purificari te
nebat̄. ℭ Quarto q2 dicit beatus Bernardus ꝙ dn̄a nr̄a nihil
purgādu3 hūit. g̊ purificari nō obligabat̄. ℭ Quinto q2 dicunt
sm̄ Anselmū ꝙ hec virgo debuit nitere ea puritate q̄ maior sub
deo nō posset itelligi. g̊ nihil ipurū habuit ⁊ ita neq̄3 poterat pu
rificari. ℭ Rn̄dendū est duplr̄ ad qōnē. vno mō dici posset sm̄
ꝙ dicunt aliq̄ ꝙ quāq̄3 ista pticula q̄ hic hr̄. s. mulier si suscepto
semie pepererit filiū imūda erit: videat̄ aliquo mō saltē in sup
ficie excusare btām virginē: tn̄ vt ꝓbatū est ista pticula nō dcā
fuit pp ipsam: iō nō excusabit̄. nā in legibus humanis sic est: q2
lex d3 iterpretari sm̄ intētionē legislatoris. ⁊ quāquā lex videat̄
aliqd dicere in v̄bis: si tn̄ illud ɔstet repugnare intētioni legisla
toris nō obseruabit̄: q2 ille fraudē facit legi q v̄ba legis amplex⁹
ɔ̄ legis nitit̄ voluntatē. vt hr̄. ff. de legibus. l. fraus ⁊ in. l. p̄cedē.
g̊ nō iuuabit̄ virgo btā ex hac pticula cū ɔstet ꝙ nō fuerit dicta
pp ipsam. ⁊ sic videbit̄ obligata esse huic legi. ℭ Itē magis p3
q2 ista cl'a nō solū nō dicta fuerat pp btām virginē: sed et̄ si cō
staret d̄ q̄cūq̄3 alia femina ꝙ genuisset sine suscepto semine, nō
excusaret̄ ab hac lege. qd̄ apparet qm̄ illa femia flueret sangui
nē imediate post partū, vel p aliquot dies cū hoc nō pueniat ex
semine suscepto. ⁊ sic ista pollueret scūariū contaminando illud
sanguine: tn̄. j. 15. ca. dr̄ ꝙ qn̄ femine sunt in fluxu mēstruoru3
vel sanguinis: aut q̄uocūq̄3 imūde sunt non debēt accedere ad
scūariū nec tāgere aliq̄s res sacras. g̊ q̄3uis femine nūq̄3 ɔcipe
rent suscepto semine, sed eēnt oēs in virginitate exn̄tes sicut vir
go dn̄a nr̄a: tn̄ abstinuissent in veteri testō ab ingressu scūarij ⁊
accessu ad res sacras p istā legē purificationis. sic igit̄ dn̄a nr̄a
q̄3q̄3 virgo ɔceperit, si tn̄ aliq̄s sanguinis fluxū post partū passa

Opi. aliq̄ꝝ.

1. rn̄sio ad qōnē d̄ mēte q̄rūda3. 1.rō.

2.rō. Dato ꝙ oēs mlieres hebree pepissent i v̄ginitate ⁊ h̄ cōstaret erāt obligate huic legi ne itrarēt i imūdicia sāguis ad sanctuarium.

est incurrebat in id pp qd̄ alijs feminis iniungebatur lex puri
ficatōis. ⁊ sic dēret eē huic legi obligata. Nec ista pticula. s. si su
scepto semine aliqd prodesse vr̄ ad excusationē eius. nā nō fuit
positū ad aliqd spāliter significandu3 sed ex supabūdāti: sic alie
particule ponūt̄ in sacra scriptura. est. n. in sacra scriptura ⁊ in
alijs vsitatus iste modus loquēdi p figurā plenoasmus: vt cum
dicamus ore locutus est vel oculis vidit eum. nā cōstat nullū nisi
ore loqui posse: nullū quoq̄3 videre nisi oculis. ℭ Sed si tūc q̄
rat̄ an btā virgo peccauisset si nō obseruasset istā legē purifica
tionis cū videat̄ eē subiecta ei. Rn̄dendū est ꝙ loquēdo sine p̄
iudicio dn̄e nr̄e: ⁊ ex rōne pp quā lex introducta est, teneri ipsā
ad istā legē sic alie femine tenebāt̄. sed q̄3q̄3 nō obseruasset hāc
purificationē sm̄ aliquos nō peccabat vllatenus. ⁊ hoc pp duo.
Prio qm̄ ista lex de purificatōe qn̄ dn̄a nr̄a pepit desinebat ob
ligare: q2 vetus testm̄ nō fuit datū ad semp: sed tanq̄3 quedā di
spō ad nouū testm̄ qd̄ melius ⁊ pfectius erat vt ait Apl's ad He
bre. 7. c. legislator aūt noui testi fuit xp̄s. iō nato illo incepit ali
quomō nouū testm̄: ⁊ vetus desijt obligare. iō nulla cerimonia
de antiq̄s in veteri testō hēbat iā obligationē. ⁊ q̄3q̄3 nō obser
uarent eas iudei nō videbant̄ peccare nisi iquātū ɔ̄ ɔsciam age
rent. s. ꝙ si hebrei intelligerent nato xp̄o se eē obligatos ad ob
ligationē cerimoniaꝝ veteris testi sic añ erant q̄3q̄3 veraciter nō
essent obligati. tn̄ q2 ɔ̄ ɔsciam agebant peccabāt nō obseruan
tes. id eni qd̄ nō est ex fide pctm̄ est sm̄ aplm̄ ad Ro. 14. ca. si tn̄
intelligerent se nō esse obligatos ad istas obligatiōes seu obser
uationes cū sic realr̄ esset nō peccabāt nō obseruādo: sic distin
guit Apl's ad Ro. 15. de illis q distinguūt tpa ad obseruationē
legis in cerimonialibus. sic autem de dn̄a nr̄a erat: qm̄ ipsa erat
sciens qn̄ obligabant p̄cepta veteris testi vel qn̄ obligare desi
nebant: qm̄ d̄s eā repleuerat altissima sapiētia ⁊ charitate. ideo
efficerentur: ꝛ subditur in lr̃a modus purgationis hozũ. ſ. ꝛ tingent aqua ꝛ polluta erunt vſq; ad veſpe ꝛ ſic poſtea mundabunt. in hoc eni qõ dicit ibi ꝛ ſic poſtea mũdabunt: nõ iubet aliq̃ cerimõia q̃ fieri debẽt ad mũdãdũ iſtas res poſt occaſũ ſoliſ: qñ cũ tingerent aqua ꝛ veniret occaſus ſoliſ imediate erãt mũda nullo alio facto. ſed oꝛ ꝛ ſic poſtea mundabunt. i. factis omnibus iſtis immediate erunt munda. ſenſus aũt g. ẽ. ponebatur ſ. q; mulier ozante ſacerdote mundabat a pfluuio ſãguinis ſui i. ab illa imundicia que erat in. 33. diebus poſteriozibus i quibus abſtinebat ab ingreſſu ſanctuarij pp pfluuiũ ſanguinis qõ preceſſerat: quãq; ſatis ꝟueniẽs ſit tñ nõ ẽ ita ꝓprius vt qdam putant ſicut iſte quẽ nũc poſuimus vltimo: qñ mulier nõ efficiebat mũda a pfluuio ſanguinis. i. ab oi imundicia quã incurrerat pp ſãguinis pfluuiũ tũc primo qñ ſacerdos ozabat ꝓ ea: ga añ hoc iã mũda erat. nã ſi penit⁹ mũda nõ fuiſſet ñ pmitteret̃ introire in ſanctuariũ nec ſuſciperent̃ ſacrificia ỏ manu ei⁹. ſz ſm veritatẽ ipſa erat mũda in die precedẽti anteq; iret ad offerendũ in ſcũario: iõ cũ ſacerdos ozaret ꝓ illa nõ tollebat aliqua im mundicia. ſ. ſed nec illa que nãliſ erat in fluxu ſanguinis nec illa q̃ erat pp opinionẽ honeſtatis in. 33. dieb⁹ ſequentib⁹ qñ vtra q; iã ↄcluſa erat. Sz oꝛ mũdari mulier a pfluuio ſãguinis ſui. i. q; tũc finiunt̃ cerimonie q̃ fiebãt ꝓ emũdatiõe fluxus ſãguinis.

¶ Est ãt aduertendũ circa id qõ dixim⁹ de ozone ꝛ ỏ eo a quo mũdabat mulier. quãtũ ad primũ ls ſatis ſtet q; ſacerdos qñcũq; accipiebat ſacrificiũ de manu alicuius ozabat ꝓ eo vt de⁹ miſereret̃ ei ꝛ pcã illius remitteret ꝛ gratiã ei largiret̃ nõ inciendi atq; liberaret ab infortunio: nõ ſolũ ſi eẽt ſacrificiũ ꝓ pcõ ſz ẽt ſi eẽt holocauſtũ vel hoſtia pacifica. tñ hic in iſto ſacrificio mulieris parietis nõ erat iſtud qõ ſpãlr vl pcipue ozabat ſed q; mũdaret̃ a pfluuio ſanguinis. i. deus iudicaret eã mũdã ab iſta mũdicia legali. Cũ aũt nicolaus dicebat ozari ꝓ muliere vt ſanetur vel liberet̃ a pfluuio: ſi accipiat̃ ꝓ naturali imũdicia manente quãdiu durat fluxus nõ ẽ verũ q; ſacerdos ꝓ iſta ozaret qz mulier iã mũdata de hoc: ponit̃ qñ venit ad ſanctuarium ꝛ nũq; ꝓ tali pfluuio ſacerdos ozat niſi forte alicui mulieri accidat fluxus ſãguinis extra tẽpus menſtruozũ q; fluxus ẽ egritudo ꝛ difficulter ſanabilis: ſic̃ ꝓz de muliere q̃ patiens fluxũ ſanguinis oĩa bona ſua i medicos impenderat nec curata erat: ꝛ cũ tetigit fimbriã veſtimenti xp̃i ſanata ẽ Lu. 8. talis aũt mulier non poterat introire in tẽplũ nec i caſtra. Sed poterat mittere ſacrificia offerri ꝓ alterũ ꝓ ſe. ꝛ tũc ſacerdos faciẽs ſacrificiũ ozaret ꝓ ea vt eruerẽt a pfluuio ſanguinis. qõ nõ ſolũ erat imundicia nãlis ſed ẽt egritudo. Si aũt nicolaus accipiat a liberatiõe a ꝓ fluuio. i. ab imũdicia legali quã mulier incurrerat ex pfluuio verũ dicit ls gbuſdã nõ multũ placet vt. ỹ. recitauim⁹. ¶ Circa ſecũdũ qõ liberat̃ mulier a pfluuio ſanguinis p ozationẽ ſacerdotis poſuimus. ỹ. duos ſẽſus ſm opinionẽ quozũdã ꝛ nõ multũ diſtãt. vn⁹ ẽ q; ozatio ſacerdotis ẽ ad h̃ q; mulier mũdet̃ a pfluuio ſanguinis. i. ab illa imundicia legali ꝛ q; illa tollat̃ vere ibi. Alĩ⁹ ẽ q; ſacdos nõ ozet iſtud: ſed ozet aliqd aliũ ꝓ muliere: fctã tñ ozatione ſunt explete cerimonie mũdatiõis ꝛ ſic mũdat̃. i. mũdata ẽ. ¶ Dõm q; iſta ſcõa poſitio q̃ quibuſdã multũ placet quãtũ ad hoc q; dicit q; ſic mulier mũdabit̃. i. cõplebũt̃ cerimonie mundificatiõis eius verũ dicit: qz poſt ozationẽ ſacerdotis illa cerimonia ad purificationẽ fiebat. ſz inquantũ põt q; ſacerdos nõ ozabat pro purificatiõe mulieris a pfluuio ſanguinis errat: ꝛ nõ accipit ſenſum littere. qz nõ erat aliqd aliud ꝓ quo ſacerdos hic ozaret circa parientẽ cũ pro illo pctõ ſacerdos ozet pro quo illa ſacrificiũ offert. Sed ꝓ nullo alio illa offert niſi ꝓ imũdicia. ergo pro illa ozat ſacerdos. ¶ Scõa aũt poſitio eſt vera. ſ. q; ozat ꝓ pcõ vt mundet̃ mulier a profluuio: nõ quidem a nãli imũdicia ſed a legali. ſ. vt deus nõ reputet eã iã imundã ſic̃ prius: ſed aptã ad accedendũ ad ſacra. ꝛ ẽ verũ q; ſic mũdat̃ a pfluuio. i. ꝓ iſtã ozationẽ ſacerdotis qz ſine ea nõ iudicaret̃ ſimpliciter mũda cũ ſit iſta vna de cerimonijs neceſſarijs ad purificationẽ. Cũ aũt obijcit̃ q; iã mundata erat mulier ab imũdicia legali qñ ſacerdos ozat ꝛ ante qz alẽ non intraret in ſanctuariũ. Rñdendũ q; iudicat̃ mũda ex hoc q; liceat ſibi intrare i ſanctuariũ pro illa vice vt offerat ſacrificiũ in quo totalr mũdabat̃: tñ nõ ẽ totalr mũda adhuc qñ itrat qz alẽ liceret ei intrare i ſanctuariũ ꝛ tangere ſacra nõ faciendo illud ſacrificium. qõ falſum ẽ cũ deſit cerimonia illa adhuc in qua cõplet̃ mundatio vt diximus. ỹ. ¶ Conſiderandũ aũt q; hic plura fiebant quãq; ſacra ſcriptura ſubticeat que exprimunt̃ in alijs locis. ſ. q; ſi iſta mulier peperiſſet filiũ ꝛ ille eẽt primogenitus ferebat illũ cozã dño i illo. 40. die ꝛ ſuſcipiebat i manibus ſacerdotũ vt ſic videret deo applicitus: deinde aũt mater ſua dabat pro illo 5. ſiclos redimens illũ ỏ mãu ſacerdotũ vt ſic trãſiret in ptãtẽ parentũ. q; eni ſieret redẽptio oim primogenitozũ appet Exo. 13. et. 34. c. q; vero darent̃. 5. ſicli qñcũq; redimeret aliquis primogenitus appet Nu. 3. c. de hoc ẽt habet Nu. 18. ca. ỹ. aũt primogeniti in die illo quadrageſimo offerrent̃ in ſanctuario qñ matres cõplebant ritũ cerimoniarũ ſuaꝝ in purificatione pz de ſaluatore noſtro: qz in die q̃drageſimo purificationis ſue dña noſtra ꝛ cognati illius tulerunt illũ in hieruſalẽ ꝛ cõſtituerũt eũ cozã dño. ꝛ tñ ibi oꝛ q; hoc fiebat ſm legẽ moyſi vt habet Lu. 2. c. ergo vꝫ q; in oibus alijs iudeis hoc fiebat qñ erat primogeniti. Sic eni oꝛ Lu. 2. c. ꝛ poſtquã completi ſunt dies purgatiõis ſm legẽ moyſi tulerunt eũ in hierl'm vt ſiſterẽt eum dño ſicut ſcriptũ eſt in lege dñi: qz oẽ maſculinũ adaperiẽs vulnam ſanctũ dño vocabit̃: ꝛ vt darent hoſtiã ſm q; dictũ eſt in lege dñi par turturũ: aut duos pullos colũbaꝝ. vꝫ ergo q; i oibus alijs idẽ obſeruabat̃ quãq; lr̃a nõ exprimat hic: tñ alibi dictũ ẽ. ſ. Exo. 13. et. 33. c. ſanctifica mihi oẽ primogenitũ. ꝛ ꝓ hoc intelligebat̃ q; deberent eũ ꝓſentare cozã dño. ſic eni declarat hanc particulã beat⁹ Lu. e. 2. cũ dicit de chriſto. tulerũt illũ i hieruſalẽ vt ſiſterẽt eũ dño ſicut ſcriptũ ẽ in. l. dñi: qz oẽ maſculinũ adaperiens vulnã ſanctũ deo vocabitur. Sed iſta littera quãq; ꝓ alia verba ẽ: ẽ illa q̃ habet Exo. 13. c. ſ. ſanctifica mihi oẽ primogẽitũ qõ aperit vulnã. h̃ ãt ſubticuit ſcriptura iſtõ qõ fiebat: qz hic agit̃ de ritu purificatõis: ꝛ iſta oblatio atq; redẽptio priogenitozũ nõ erat pars cerimoniarũ purificationis quãq; ſi mul cũ purificatione fieret: potiſſime aũt qz nõ ſemp fiebat iſta preſentatio filiozũ in purificatione. nã illa mulier q̃ peperiſſet feminã nihil tale faciebat: ſed offerebat ſacrificia q̃ hic dicuntur. Itẽ illa que pariebat maſculũ ſi nõ erat primogenitus nõ faciebat iſta qz maſculinõ primogeniti non offerebant dño nec redimebant̃ pcio. 5. ſiclozũ ſz ſolũ faciebant cerimonias oblationũ que ponũtur hic. In dño ãt ſaluatore noſtro fuit fcã preſẽtatio in ſanctuario qñ ipſe primogenitus atq; vnigenitus virginis erat. ꝛ quãq; ibi dicat̃ Lu. 2. q; illa ꝓſentatio fuit facta ſm legẽ moyſi tñ nõ ẽ intelligenduz q; illa fit gſalis lex ad omnes. Sed ſolũ ad primogenitũ maſculini ſexus. (Iſta ẽ lex parturientis maſculũ ꝛ feminã.) Iſte eſt epilogus ſuperioꝝ. ſ. q; iſtud qõ dictum eſt. ỹ. ẽ lex ſm quã purificari debent oẽs femine parientes maſculũ vel feminã. ꝛ oꝛ hoc ꝓpter ea q̃ ſubiunxit̃. ſ. de illa q̃ nõ poſſet offerre hec q̃ dicta ſunt. oꝛ aũt q; iſta ẽ lex parturientis. vocat̃ parturiens ipſa que parit quãq; nõ ꝓprie h̃ oꝛ. nã parere ꝛ parturire differũt: qz parere ẽ fetuz ab alio emittere parturire ẽ dolorẽ partus ſentire. ſic habet Eſa. c. 66. cũ oꝛ anteq; parturiret pepit. i. anteq; ſẽtiret dolorẽ part⁹. qõ ad beatã virginẽ refert̃. ſz h̃ large accipit̃ parturire. i. parere. (Q; ſi nõ inuenerit manus ei⁹.) Dic ponit̃ de oblatione pauperũ. regularis nãq; oblatio in purificatione erat illa q̃. ỹ. poſita ẽ: ſed aliqñ ↄtigebat q; mulier purificata eẽt paup ꝛ nõ poſſet offerre agnũ ãniculũ: ꝛ tũc ponebant̃ alia ſacrificia minoza de q̃bus imediate ꝓz. (Q; ſi nõ inuenerit manus eius nec potuerit offerr̃ agnũ.) i. ſi mulier fuerit pauper nõ potens offerre agnũ. ſed oꝛ q; ſi nõ inuenerit manus eius. i. ſi illa mulier non inuenerit in facultate ſua agnũ anniculũ quẽ offerat nec potuerit offerre. i. ex hoc q; nõ inuenit mulier in facultate ſua iſtũ agnũ ãniculũ nõ põt offerre illũ. nec eni accipit̃ hic ſi nõ inuenerit manus eius. i. ſi non potuerit iuenire mulier agnũ ãniculũ ad emẽdũ vt poſſit offerre: qz iſte caſus nunq; videbat̃ poſſibilis: aut ſaltẽ erat difficillimus. ſ. q; nõ inueniret mulier agnũ ãniculũ ad offerendũ. maxime ꝓz hoc qz oꝛ imediate nec potuerit offerre. qõ videt̃ ptinere ad idẽ. Nã ſi iſti ponerent̃ tãq; duo caſus diſtincti. ſ. q; mulier: nõ poſſet inuenire ad offerendũ quãuis vellet offerre vel ſi non poſſet offerre pp paupertatẽ nõ diceret̃ ſic in lr̃a. Sed ponerẽt ibi ſub diſtinctione. ſ. q; ſi non inuenerit manus eius: aut non potuerit offerre agnum. non tamen ponitur ſub diſtinctione: ſed ponitur nec qõ eſt coniunctiuum ꝛ ſignificat iſta pertinere ad idem. (Sumet duos turtures vel duos pullos columbarum.) ỹ. mandabat in diuitibus q; offerrent vnum turturẽ: aut vnum pullũ. hic autẽ in pauperibus mandatur q; offerrent duos turtures vel duos pullos columbe. ¶ Cuius cauſa eſt qz mulier que purificabatur debebat facere oblationez pro duobus ſacrificijs. ſ. in holocauſtum ꝛ pro peccato. non poterãt autẽ iſta ſacrificia fieri niſi ſaltez de duob⁹ alijs: iõ pauper offerebãt duos pullos colũbarũ: aut duos turtures. ſ. vnũ ꝓ pcõ ꝛ alterũ i holocauſtũ vt imediate ꝓz i lr̃a. diuites ãt ſolũ vnũ turturẽ offerebãt: qz preter hũc offerebant agnũ anniculũ: ꝛ ille erat mogẽito rũ ꝛ qũo ꝛ qñ fieret ꝛ quo pcio: ꝛ de alijs cerimonijs q̃ h̃ non explicant̃ q̃ fiebãt in parturiẽte.

Qñ nõ fuit h̃ fcã mentio ỏ redẽptiõe priogenitozuz.

B

† Epilog⁹ ſuperiozum.

*Parere et parturire differunt h̃ ẽt liui. in. 1 de. 2. bello punico.

† De oblatione pauperuz.

†

Qõ. 28 A

Qñ mulier pariẽs offerebat ꝓ ſacrificio duos turtures aut duos pullos colũbarum.

Qñ ſit melior ſenſus inter precedẽtes

B Notãdũ ỏ ozone circa predicta in. q. 25.

Qũo mulier a profluuio ſãguinis liberat̃ p ozationẽ ſacdotis.

Obiectõ

Rñſio.

Qõ. 27 A De redẽptiõe pri

in holocaustum: ꝛ turtur erat pro pctō vt pz. ō. in littera. Iubebatur autem ꝙ pauperes offerrent duos turtures: aut duos pullos colūbarū: qz ista animalia erant in magna abundantia in terra ꝓmissionis ꝛ ꝑ modico ꝓcio haberi poterāt. ¶Sciendū autem ꝙ domina nostra in purificatiōe sua qñ obtulit redēpto rē in tēplo obtulit par turturū vt habet Lu.c.2. hoc aūt factum oz a doctoribus sanctis ga domina nostra erat paup: ꝛ nō habebat vñ offerret agnū āniculū. ¶Sz hoc non valde vz stare. nā ꝛ si btā virgo ꝑ pauptatē fecerat: nō gdē est dōm ꝙ fecerat ꝑ paupertate tanꝯ ad istā oblationē impotēs esset. sed fecit ꝑ pauptatē. i. vt demōstraret se diligere pauptatē. ipsa nāq; dña nra spūscō plena ꝓcognouerat filiū suū saluatorē nrm in pauptate victurū ꝛ eā ꝓdicaturū: iō ipsa voluit spūscō admonita demōstrare pauptatē in oblatione saluatoris nri. nā ꝙ ipsa potuerit offerre agnū anniculū satis ꝟstat qz dedit gnoꝯ ficlos i redēptionē ꝑ saluatore nr̄o sicut ꝑ alijs primogenitis dabat vt habet Nu.4.c. nā aliter cū fuisset pñtat⁹ i tēplo nō restituissent eū sacerdotes illi: restituerūt tñ. ergo vz ꝙ gnoꝯ ficlos ōdit: sz gnoꝯ ficli magnū valorē ꝟtinēt: ergo ꝑat quoꝯ offerre agnū anniculū. nō obtulit tamē vt pauptatē demōstraret in oblatiōe sua. (Unū in holocaustū.) Distinguit hic de istis duob⁹ turturibus vel pullis colūbe qūo debēt offerri. ꝛ dicit ꝙ ōbēt dari vn⁹ in holocaustū. ō mō āt qūo offerret in holocaustū vn⁹ de istis turturib⁹ habet. ō. 1.c.ſ. ꝙ sacerdos accipēt turturē vel pullū colū be ꝛ retorq̄ret caput ad collū atq; rumpet i collo locū vulneris ꝛ facēt ōcurrere sāguinē sup altare: deinde ablata vesiccula guttu ris ꝛ plumis cremabant oēs carnes ei⁹ sup altare. (Et alterū ꝑ pcō.) Scōs turtur vel pull⁹ colūbe offerebat ꝑ pctō. ꝛ i hoc observabat rit⁹ ꝙ erat i oib⁹ alijs sacrificijs ꝑ pctō. ſ. ꝙ sāguis ei⁹ funderet sup cornua altaris tāgēdo ꝛ reliqu⁹ decurrēt i basi ei⁹.

Qō.30 A Hoc sacrificiū ꝑ quo pcō fieret. ¶Rñsio ad q̄stū.

¶Querz aliqs ō isto sacrificio ꝑ pctō ꝑ quo pcō fieret. ¶Et ē dicēdū ꝙ offerebat ꝑ pcō femine q̄ purificabat: tñ nō offerebat ōtermiate ꝑ h pctō vel illo. Sz vniuersaliē ꝑ pctō illi⁹ mulieris ꝟz ꝙ. ō. rñdebat a gbusdā. ꝛ pz ꝙ iste turtur ꝙ h offert offerebat ꝑ eodē pcō ꝑ quo offerebat turtur ō quo. ō. dixim⁹: qm̄ in sacrificiū diuitū offerebat agnus anniculꝰ i holocaustū ꝛ offerebat turtur ꝑ pcō: ita h offert vn⁹ turtur i holocaustū ꝛ ali⁹ ꝑ pcō ꝛ h ō effectu illi⁹ sacrificij qō offerebat ꝑ diuitib⁹. fit ergo ibi offerebat turtur i determiate: ita h. ſ. ꝑ pcō simplr vt gbusdā placebat. ita ꝙ ōbebat h fieri qr idē sacrificiū erat suppletū. ¶Sz dicet ꝙ fit fuit oīsū. ō. offerebat h sacrificiū ꝑ pctō ōtermiato pariētis: nō qdē ꝑ pcō qō illa ꝟmisisset ſz ꝑ pcō ꝛ īmūdicia legali relicta ex pfluuio sanguis. ꝛ ista tollebat ꝑ istō sacrificiū ꝛ ozo nē sacdotis vt ibi fuit dictū. (Orabitq; ꝙ ea sacerdos.) Ista exponēda sūt fit. ō. expōebant. ſ. ꝙ sacdos orabit ꝑ ista mulier offerēte erat aūt ozo sua fit. ō. dictū ē vt de⁹ remitt̄et ei pēas pcōr ꝛ ꝺseruaret ne i alia pcā iciāt. vel ꝙ de⁹ ꝺseruaret eā a tribulatiōib⁹ ꝛ āgustijs hui⁹ seculi. Juxta ꝓdictoꝝ positiones q̄ videbāt illis multū rōabiles. ſ. vītas erat ꝙ orabat vt de⁹ illā iā iudicaret aptā ad igrediēdū i scūariū: ꝛ nō reputaret ei ad culpā si res sacras tāgeret vt dictū ē. (Et sic mūdabit). i. ꝛ sic ꝟplebant cerimōie mūdatōis mulieris parietis. nā cū offerrent isti turtures ꝛ orabat sacdos ꝑ mulier nihil vltra māebat agēdū ad ꝟplēdas cerimōias hui⁹ mūdatōis. Nec enī oz exponi ꝛ sic mūdabit. i. cū orauerit ꝑ ea sacdos cessabit fluxꝰ sāguinis ei⁹ ꝑcib⁹ illi⁹: qm̄ iste fluxus cessauerat anꝯ mulier itraret i scūariū. nec ēt ē sensus ꝙ mūdabit. i. tūc erit mūda ꝓfecte ꝛ nō ꝓhibita aliq̄ten⁹ ab accessu ad res sacras: qm̄ anteq̄ sacerdos orauerat ꝑ ista femia ꝛ ante q̄ offerret sacrificia ꝛ itroiret i scūariū erat mūda: aliogn nō licuisset ei offerr̄ nec accedē ad scā. fuit nāq; mūda ista mulier in vie ꝓcedēti anteq̄ itroiret i scūariū: ꝛ cū itroiuit i scūariū nihil mūdādū erat. iō intelligēdū ē cū dz. ꝛ sic mūdabit ꝙ finiebant h cerimōie totiꝰ imūdicie. ſ. ꝙ ad eē mūdā iā nihil regrebat. ꝛ h verū ē sicut. ō. declaratū ē tenendo vnā ō ꝓcedētibus positionibus q̄ videbatur quibusdā eē multū rōnabilis. ꝛ tñ ſm ꝙ ostensum ē. debet dici ſm aliā positionez ꝙ mulier sic emundabit. i. mūda efficiet qz ꝓius nō erat simpliciter munda q̄uis licuerit ei itrare ea vice i sanctuariū: qz ñ licuit vt simplr mūda sz vt offerret sacrificiū i quo ꝟplebat totalr purificatio ab imundicia.

B † Lre expō. Notandū litterale. Jn.q.25.ꝛ 26.

¶Capitulum.xiij.

Locutusq; est dominus ad moysē ꝛ aaron dicens. Homo in cuius cute ꝛ carne ortus fuerit diuersus color siue pustula: aut quasi lucēs quippiaz idest plaga lepre: adducetur ad aaron sacerdotem vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute: et pilos in albū mutatos colorē: ipsamq; speciem lepre humiliorē cute ꝛ carne reliqua plaga lepre est: ꝛ ad arbitrium eius separabitur. Sinautē lucis candor fuerit i cute: nec humilior carne reliqua ꝛ pili coloris pristini: recludet eum sacerdos septem diebus: ꝛ considerabit die septimo. ¶Et siquidez lepra vltra nō creuerit nec transierit in cute priores termi/nos: rursum recludet eum septem diebus alijs: ꝛ die septimo contemplabitur. Si obscurior fuerit lepra: ꝛ non creuerit in cute mundabit eum: qz scabies est: lauabitq; homo vestimenta sua: ꝛ mūdus erit. Qō si postq̄ a sacerdote visus est ꝛ redditus mundicie: iteruz lepra creuerit adducetur ad eū: ꝛ immūdicie condēnabitur. Plaga lepre si fuerit in homine: adducetur ad sacerdotē: ꝛ videbit eū. ¶Cū q; color albus in cute fuerit: ꝛ capillorū mutauerit aspectū: ipa quoq; caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabitur atq; in oli/ta cuti. ¶Contamiabit itaq; eū sacerdos et nō recludet: qz perspicue īmundicie est. Sinaūt effloruerit discurrens lepra in cute: ꝛ operuerit omnē carnē a capite vsq; ad pedes: quicqd sub aspectu oculorum cadit: considerabit eū sacerdos ꝛ teneri lepra mūdissima iudicabit: eo ꝙ omis cutis in candorē versa sit: ꝛ idcirco homo mūd⁹ erit. Qñ vero caro viuens i ea apparuerit: tūc sacerdotis iudicio polluetur: ꝛ inter īmūdos reputabit. ¶Caro. n. viua si lepra aspgitur īmūda ē. Qō si rursum versa fuerit i alborē ꝛ totū hoiez operuerit: considerabit eū sacerdos: ꝛ mūdū esse decernet. ¶Caro aūt ꝛ cutis in qua vlcus natū est ꝛ sanatū ꝛ in loco vlceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa: adducet homo ad sacerdotem. Qui cū viderit locū lepre humiliorē carne reliqua ꝛ pilos versos in candorē contamina/bit eū. Plaga enī lepre orta est in vlcere. Qō si pilus coloris est pristini: ꝛ cicatrix subobscura ꝛ vicina carne non ē humilior: recludet eū septē diebus. Et si quidem creuerit: adiudicabit eū lepre. Sinaūt steterit in loco suo: vlceris est cicatrix: ꝛ homo mūdus erit. ¶Caro aūt ꝛ cutis quā ignis exusserit: ꝛ sanata alba siue rufam habuerit cicatricez: considerabit eā sacerdos. Et ecce si versa ē in alborez: ꝛ locus eius reliqua cute est humilior contaminabit eū: qa plaga lep̄ in cicatrice orta est. Qō si piloꝝ color non fuerit īmutat⁹ nec humilior plaga carne reliq̄: ꝛ ipa lep̄ spēs fuerit subobscura: recludet eum septē diebus: ꝛ die

Cognitio lepre.

11.q.3. ca. qūo ō de pe. di. 1.c. volu issent. 95.dis.c. Ecce. 9.q.3.ca. aliozuz q filij sūt legitimi. c. p venerabilem.

Diuerse ꝟsidera-tiōes lep.

septimo

septimo contēplabitur. Si creuerit in cute lepra contaminabit eū. Si autem in loco suo cando⁹ steterit nō satis clarus: plaga combustionis est: ⁊ idcirco mundabitur: qa cicatrix est combusture. Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra videbit eos sacerdos. Et si quidē humilio⁹ fuerit locus carne reliqua: ⁊ capillus flauus solitoq; subtilio⁹: contaminabit eos: qa lepra capitis ac barbe est. Si naūt viderit locū macule equalē vicine carni ⁊ capillū nigrū: recludet eos septē diebus ⁊ die septimo intuebitur. Si non creuerit macula ⁊ capillus sui colo⁹is est: ⁊ locus plage carni relique equalis: radetur homo absq; loco macule: ⁊ recludetur septē diebus alijs. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga ī loco suo: nec humilio⁹ carne reliqua mundabit eu⁹: lotisq; vestibus suis mundus erit. Si naūt post emundationē rursus creuerit macula in cute: non queret amplius vtruz capillus in flauū colorē sit commutatus: qa aperte imundus est. Porro si steterit macula ⁊ capilli nigri fuerint: nouerit hoiem sanatū esse: ⁊ cōfidēter eū pronunciet mūdū. Vir siue mulier in cuius cute cando⁹ apparuerit: intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurū albore lucere in cute: sciat non eē lepram: sed maculam colo⁹is cādidi ⁊ hominem mundum. Vir ō cuius capite capilli fluunt caluus ⁊ mundus est. Et si a frōte cecidērint pili: recaluaster ⁊ mundus est. Si naūtē in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus colo⁹ fuerit exortus: ⁊ hoc sacerdos viderit condemnabit eum haud dubie lepre q̄ orta est in caluitio.

Locutusq; In superio⁹ibus dicebat de imūdicia interiori q̄ erat ipsius femine parientis. In ista pte o⁹ de imūdicia ipsius bois lepra patiētis. Et diuidit ī tres ptes: qm̄ pmo agit ō imūdicia lepre quātū ad eius cognitionē. In scdo agit ō ea q̄ntū ad ei⁹ mūdationē. ī. i. c. se. Itez pria ī duas qm̄ pmo agit ō lepra q̄ ē i boie. Scdo agit ō ei⁹ separatiōe. Scda ibi. (Quicūq; ergo maculat⁹ fuerit.) Itez pria ī duas: qm̄ pmo agit ō lepra q̄ ē i boie. Scdo ō lepra q̄ ē i veste. Scda ibi. (Uestes lanea.) Itez pria ī ser ptes diuidit ſm ꝺ tanguntur ser pticulatim. ſ. de lepra q̄ est in cute. ⁊ de ea q̄ ē i viua carne. aliqñ de ea q̄ ē i vlcere. et aliquando de ea q̄ ē i vulnere. et aliqñ ō ea q̄ ē in barba ⁊ capite. aliqñ ō ea q̄ ē i capillis vel cesarie. ⁊ ſm ꝺ sūt ser ptes q̄ satis patēt i psecutiōe. (Locut⁹ ē dñs ad moysē.) ꝺ ē gñale sic i aliis legibus. ſ. q⁹ deus nō det eas p se pplo sz mediāte moyse ita vt ipse loquat ad pplm. cā hui⁹. ſ. i. c. habita ē. (Et ad aarō dicēs.) Simul locut⁹ fuit de⁹ moysi ⁊ aarō: qz simul eis appuit ⁊ locutus ē. vterq; enī erat ppheta ⁊ loq̄bat ei de⁹ quāq; spāliter ad moysē vt habet Nu. 12. c. Fuit ēt fctā ista locutio ad aarō qz ptinebat ad eū valde lex q̄ infra ponit. ſ. ō lepra. nā ad sacerdotes ptinebat iudicare aliquē eē mundū vel imūdū a lepra ſm q⁹. ī. appet. ergo ista lex ptinebat directius ad sacdotes q̄ ad aliquos alios. (Dō i cui⁹ cute ⁊ carne fuerit diuersus color.) Dic agit. ō lepra q̄ ē i cute vel in carne ⁊ ē pria spēs lepre de q̄ hic agit. ⁊ dz q⁹ qñcūq; in cute vel carne alicuius erat diuersus color vel pustula: vel aliqd lucēs erat suspect⁹ ō plaga leꝑ. ⁊ tñ qz ad nullū ptinebat iudicare an eēt lepra nisi ad ipsū sacerdotē alijnō poterāt i hoc aliqd diffinire: sed solū adducebāt ad sacerdotē hoiem in cuius carne talia eēnt. et si aliqñ eēt aliqs q nollet venire coram sacdotib⁹ quāq; habēt aliqd hoz denūciabat alicui sacdoti q⁹ talis hō habēt mutationē i colore ⁊ q⁹ eēt p hō suspect⁹ ō lepra. ⁊ tūc ad mādatū sacerdotis cogebat iste appere vt videret an mūd⁹ vel imūd⁹ foret. Dicit āt eē i aliquo diuersus color ſm nicolaū qñ aliqs color ē a pio ri totalr variatus. Sz ꝺ nō sufficit. nā si aliqs eēt ań albus postea efficiat niger totalr oloda variatio ē: tñ pp hoc nō eēt talis hō ō lepra suspect⁹ nisi forte ille color variat⁹ a priori eēt color: quasi innālis: sic̄ quedā albedo q̄ nō ē pur⁹ color ⁊ viuidus: sed degenerās in alborē: aut alij colores q⁹ ex seipsis videnť oēm strare quādā corruptionē in ipsa re colorata. ⁊ ō hoc. ī. oz. ſ. aut lucens quippiā. Alio mō tñ ⁊ ꝺuenienti⁹ intelligit color varius. i. qñ sunt multi colores in carne. ⁊ ꝺ ē cū nō fuerūt illi colores a principio: qñ si aliqs ex quo nat⁹ ē diuersos habeat colores ista varietas nō facit eu⁹ suspectū ō lepra. Si tñ aliqs habeat vnicū colorē ⁊ deinde diuersitas colo⁹ suborta ē in cute: qñ color degenerat a pristino colore corruptionē quādā signat i parte illa i q̄ ē: qz cū colores fiant ſm opositionē elemētoz in mixto oportet vt variatis colorib⁹ intelligat varietas q̄dā i mixtione. ⁊ ꝺ facit suspectū eē de lepra. nā in his ēt modica suspitio recipiebatur pp periculū. ſ. qz lepra ē morbus ↄtagiosus nociuus. ⁊ ob ꝺ vt nō ificerent alij ab eo q lepros⁹ erat q̄liscūq; suspitio de lepra sufficiebat ad ꝺ vt pētarent aliqs sacdotib⁹ vt viderent si lepros⁹ erat. ⁊ ꝺ satis ꝺueniēs erat qz iste p sumptiōes leues nō facie bāt vt aliqs iudicaret eē lepros⁹: sz solū vt pētaret sacerdoti b⁹ vt videret si erat lepros⁹. Cū aūt iudicabat aliqs eē lepros⁹ nō recipiebant hmōi leues pluptiones vt. ī. pz ō ꝺsideratione sacerdotis sup ipsum q⁹ erat lepros⁹. (Sine pustula.) oz esse pustula aliq̄ iflatio vel tumor ī carne ex q̄ putrida mā ōfluit vl si fit sol⁹ tumor ⁊ ↄctio atq; ō formatio cutis sine fluxu veneni: si cut ē i pustulis ficcis. oia enī ista pustule vocant. vñ gñaliť accipiendū ē q⁹ ois scabies ⁊ vlcera ac vesicce ⁊ similia nomie pustule cōprehēdunt: qz sūt tumores cutis vel ↄctōes ei⁹. tumor aūt ē quātū ad vlcera ⁊ scabiē humidā. ↄctio ē quātū ad scabiē siccā. (Aut lucēs q̄ppiā.) Accipit ꝺ lucēs nō ꝓprie p illo qō ꝺz lucē: qñ color viuid⁹ ī albedine maxie ꝺz ō luce inter oēs colores: tñ nō erat aliqs suspect⁹ ō lepra pp eē albū si ille color eēt viuidus. Sz tūc suspect⁹ erat qñ degenerabat ille color i q̄ndā lucē fuscā i modū granullo⁹. talis enī lux ex aliq̄ corruptione cātur in corpib⁹ sic̄ pz i pomis putridis: qñ i superficie appet q̄dā albedo vel lux q̄ nō ē mūda: ⁊ designat putredinē ipsarū rerū: atq; q̄nto ipse res putridiores fuerint tāto magis apparebit ista lux. sic enī vz i lignis putridis q̄ i superficie babēt q̄ndā albedinē vel lucē. ⁊ ista nō vocat ꝺ albedo sed albor sic̄. ī. habet. ⁊ ista albedo vel cādor ē magnū signū leꝑ. (Idest plaga leꝑ.) Expositio ē supior⁹. ſ. q⁹ istō lucidū qō appebat in cute erat plaga leꝑ vel saltē appebat plaga leꝑ. nō. n. oz q⁹ ista q̄ hic ponunť onr plaga leꝑ q̄ si ōterminate sint plaga leꝑ: qñ tūc nō oportebat q⁹ adduceret ad sacdotē ad ꝺsiderādū an eēt mūd⁹ vel imūdus: sed q⁹ simplr eijceret a castris. Sz itelligit q⁹ ista erāt plage lepre: qz faciebāt boiez suspectū ō lepra: ⁊ iō adducebat ad iudicādū an eēt lepra vel nō. (Adducet ad aarō sacdotē.) Nō solū poīat adduci ad aarō: sed ēt ad quēlibet sacdotē vt imediate p. sz oz p̄cipaliť ō aarō qz ipe erat sacdos p̄cipalio⁹: alij tñ poterāt iudicaf sic̄ aarō. ⁊ qñ aliqs ōbēt venire ad sacdotē vt videret si erat plaga leꝑ i eo adducebat ab alijs vel ipse spontanee veniebat. ⁊ si aliqñ veniret nollet ad mādatū sacdotis venire cōpellebat. (Uel ad vnū quēlibet filio⁹ ei⁹.) Alij sacdotes babebāt ptātē iudicādi i plaga leꝑ sic̄ aarō: iō cuicūq; eoz ōnōstraret ille qui hmōi signa habebat sufficiēs erat: ideo qñ rps sanauit decē lepros⁹ nō misit eos spāliť ad sūmū sacdotem: sed ad quēcūq; ō sacdotibus vicens. Ite ostendite vos sacerdotibus.

¶ Quare iudicare de plaga lepre ad populares non attineret sed ad solos sacerdotes. Qō. 2.

Ratio autem quare consideratio ⁊ iudicatio ⁊ plaga lepre pertineret ad sacerdotes et non ad populares est multiplex. Prima qz iste plage vel immundicie arcebant principaliter ab ingressu sanctuarij ⁊ ab appropinquatione ad sacra: ideo iudicare vtrum aliquis esset arcendus ab ingressu sacrozū pertinere debet principalius ad eum qui est minister sacrozum. huiusmodi autē erant sacerdotes in veteri testamento. ergo ad eos pertinebat ista iudicatio. ¶ Itē si inueniretur de aliquo lepros⁹ q⁹ eēt purificatus debebāt fieri i eo quedā aspiones ⁊ cerimōie p manū sacerdotis vt in. ca. seq. ideo facilius erat q⁹ sacerdotes vtrūq; facerent q̄ q⁹ ptinēt ad laicos iudicatio ō mūdicia ⁊ imūdicia: ⁊ ad sacdotes ptinēnt

Qñ in aliq̄ oz esse diuersus color ꝺz nico. Consulat.

B

Lepra est morb⁹ contagiosus nociuus.

†

Pustula quid sit.

†

Quid albor.

†

†

†

cerimoniales mūdificationes,nā tūc necesse erat sacerdotes in sozmari a laicis de mundicia vel immundicia bozū g purificā di erant. ¶ Itē clauis vel potestas ligandi ⁊ soluendi ꝺsequit clauē discernendi. Sed sacerdos habebat in veteri testamento ptātē soluendi aliquē recipiendo eū ad ingressum ⁊ cōmunicationē sacroꝝ ⁊ potestatē ligandi ꝓhibendo eū a predictis: ideo ad eū debuit ptinere discernere de eis ⁊ iudicare q̄s mūd⁹ vel immundus sozet. Itē potestas specialis non debuit laico cōmunicari. ſz cognoscere de aliquo vtz sit leprosus vel nō ē tacite iudicaꝛ eū eē dignū ingressu sacroꝝ: ⁊ iudicare imundū eē iudicare indignū ingressu ⁊ tactu sacrozum. ergo debuit hoc connumerare sacerdotibus. ¶ Itē ſm g apls probat ad Hebre.c.5.⁊ in sequentibus sacramenta veteris testamēti purgāt q̄ſdā irregularitates ⁊ imūdicias cozpales vt introducerent hoiem in tabernaculū manufactū. debebant ergo ista fieri p eū q erat minister veteris testamēti. Sed hoc solis sacerdotibus ptinebat: ergo ipſi soli habebant iudicare de mundicia ⁊ imūdicia ⁊ nō laici. ¶ Itē dicit hic g ptinebat istud iudiciū ad aaron ⁊ ad quē libet de filijs eius. i. ad oēs sacerdotes g nascerentur de genere eius qui oēs vocabant filij aaron, ad oēs istos ptinebat iudicare de mūdicia ⁊ imūdicia q̄ erat in lepza: qz ptās ligādi ⁊ soluendi cū ꝺsequat caracterē ordinis nēcio est in oībus ordinatis vel eiusdē ꝓfessionis: quāq̄ vsus clauiū sit diuersus tā ex assignatione materie imediate. ſ. vitiozum vel irregularitatum q̄ materie mediate. ſ. boim subditozū. in sacerdotibus aūt vet̄is testamenti siue ponat caracter siue nō modicū differt. nā ſi caracter in eis esset ꝺsequebat ptās eadē i oībus exditione eiusdē caracteris quāq̄ esset vsus diuersus ex assignatiōe māe vt dictū ē. Si aūt nō esset in eis caracter ſz aliqd loco caracteris idē iudiciū erit q̄n ꝺsequerent eadē opa illos. Sz an caracterē būrint declarabit Mat.3.c.⁊ oñdet g nō: habebant tñ quādam cōem ptātē pp quā cōpetebat oib⁹ idē facere. (Quicūq; viderit lepā i cute.) Hic ponit tria signa p q̄ cognoscat lepza. Primū signū ē g color mutatus ē in albū vel rufū vel flauū in pilis a colore pristino. Scōm signū ponit g locus plage sit prosundioꝝ siue humilioꝝ carne reliqua q̄ vicina ē. Tertiū ē g color nālis carnis fuerit mutatus in albozē. his eni visis erat quedā pre sumptio g ille vir in quo ista essent erat leprosus ⁊ separabat a reliqua multitudine: ⁊ mādabat deus iudicare illā eē plagā lepre. (Qui cū viderit lepā in cute.) Non oꝛ ista lepza in cute visa tanq̄ imediate vt visa ē iudicet eē lepza. ſz vocat lepza qz immediate subijciunt in lra signa lepre. ⁊ ſi ista habuerit ver̄ leprosus est. Dicit aūt de lepza in cute. ſ. in cute cozpis ⁊ in facie vel in alijs partibus: q̄n illa cutis sine aliq̄ lesiōe ē ad differentiā lepre que aliquando erat in barba: et lepre que aliquando erat in capillis: vel in vulnere ⁊ sic de alijs differentijs. hic solum dicitur de cute plana. (Et pilos in album mutatos colorem.) Istud erat primum signum p qō cognoscebatur lepza i cute et que eēt lepza cutis: tū signū eius erat mutatio coloris pilozum. cuius rō est qz pili oriunt̄ ex cute cū sint quedā fumositates terrestres: ⁊ qz color ꝺsequit habitudinē elementozū i mixto necessariū ē vt cū illi pili haberent ortuz ab illa carne q̄ erat infecta ⁊ mutata in aliā qualitatē: ipſi quoq; in alterū mutarent colorē: ⁊ erat ꝺueniens signū ad ipsam iudicandā. dicit āt pilos mutatos in albū colorē nō accipiendo ꝓprie albedinē: qz albedo ē gdā color viuidus ⁊ nālis, albū aūt qō hic accipit̄ ē gdā cādoꝛ causatus ex corruptione g vocat̄ alboꝛ vt. j. pz. (Ipsamq; lepre speciē bumiliozē cute ⁊ carne reliqua.) Istud est scōm signum ad cognoscendā lepzā. ſ. q̄ caro ⁊ cutis in qua est lepza fuit fctā humilioꝛ cetera cute ⁊ carne: vt ſi in aliqua parte cozpis prefuerit color nālis deinde immutato colore illo depdat equalitas cutis ⁊ carnis ita q̄ aliqua particula eēt magis ꝓfunda q̄ alie ⁊ cutis esset ibi magis ꝺtracta erat signū lepre. cuius causa ē qz vis lepre ē quedā vis corrosiua ⁊ cōsumit humozē carnis: ipsa quoq; carnē corrodit. ⁊ tūc pars in q̄ ista fuerint nēcio ē inferioꝛ ac ꝓfundioꝛ eē alijs partibus. ēt cutis ē ibi magis ꝺcta pp desiccationē ⁊ ꝺsumptionē humidi extēdētis ⁊ applanātis fiē pz i corrigia ga q̄n ad ignē ponit̄ calore cōsūmēte temeritudinē ei⁹ ꝺbitur in rugas. vocat̄ hic lepre spēs ipse aspectus carnis i qua sunt ista signa ſm q̄ iudicat̄ lepza ⁊ apparet. (Plaga lepre ē.) i. cū apparuerint ista signa superioza in cute plaga lepre est nec ō ō oꝛ dubitari. (Et ad arbitriū eius separabit̄.) i. ad arbitriū sacerdotis g ꝺsiderauerit virū illū. vocat aūt arbitriū iudicium ⁊ nō volitionē ſm q̄ nos vulgariter accipimus. nā non poterat sacerdos aliquē iudicare leprosuz ſm voluntatē suā sed ſm leges traditas. Sz oꝛ arbitriū. i. iudiciū: qz cū iudicaret sacerdoꝛ aliquē eē leprosum separabat ab alijs. ſz ista iudicatio fiebat p istas leges traditas. (Separabit̄.) nō oꝛ q̄ separabit̄ vt recludat̄ in custodiā ad videndū an sit leprosus vel nō ſm q̄ recludebant̄ illi de quoꝝ mūdicia vel imundicia dubitabat̄ vt pz. j. in littera. Sed oꝛ q̄ separabit̄. ſ. ad hoc q̄ sit extra castra. sic eni habet̄ Nu.5.c. vbi iubet deus leprosos ⁊ fluentes semine ⁊ immūdos sup mortuo excludi a castris. ¶ Sciēdū aūt q̄ leprosus habebat duplicē imūdiciā. Pria erat qz ipse habebat veram maculā. ⁊ nō solū maculā ſz ēt ꝺtagiosā vel infectiuā. nā leprosus si alicui adheret inficit illū: ideo iussum ē vt isti separarent̄ ab oi cōicatione boim positi extra castra. Erat aūt scda macula vel imundicia in leproso: qz ipse habebat quandā infectionem ſm quā repugnabat sanctitati ⁊ mundicie sanctuarij: ideo debebat excludi a sanctuario. Sic eni erat q̄ toto tpe quo leprosus erat separabat̄ ne accederet ad sanctuariū. (Si aūt lucens candoꝛ.) Dic ponunt̄ q̄dā signa lepre que nō erant ita manifestantia sicut prioza. ſ. q̄ſ aliqs habebat aliquē cādoꝛē in cute: tñ pili nō erāt mutati in alterū colorē a pristino: nec fuit fcā caro bumilioꝛ reliqua carne erat tūc bō suspectus de lepza: tñ nō iudicabat̄ adhuc vere leprosus sed in dubio ponebat̄ in custodia per septē dies vt videret̄ an eēt leprosus. (Si autez lucens candoꝛ fuerit i cute.) dicit̄ hic cādoꝛ nō albedo pura ſz quidā coloꝛ ō generās a nāli albedine insurgens ex aliquali corruptione ⁊ vocat̄ alboꝛ. ⁊ iō nō fuit dictū hic ſi fuerit cādoꝛ in cute: sed ſi fuēit lucēs candoꝛ q̄n cādoꝛ ſm se nō signat colorē ō generātē. Sed ex eo q̄ oꝛ hic ſi fuerit lucens cādoꝛ ō signat̄ q̄dā mutatio coloris a naturali ⁊ puro. ⁊ ſi solū eēt istud in aliquo viro quāq̄ nō faceret plenā ꝓbationē de lepza: tñ faciebat q̄ndā suspectionem ſm q̄. j. pz. (Nec bumilioꝛ carne reliqua.) Istud erat vnū de signis ad ꝓbandū q̄ eēt lepza in aliquo ſi caro eius in aliquo loco depressioꝛ eēt q̄ in alijs. hic tñ oꝛ q̄ nō ē caro bumilioꝛ sed maneret in equalitate ex quo signat̄ q̄ quāq̄ ibi esset quoddā signū aliqualis corruptionis parue: tñ illa erat qz nōdū caro per corrosionē fuerat facta bumilioꝛ. (Et pili coloris pristini.) Istō erat vnū de signis lepre q̄ cutis pili mutarent̄ i alterū colorez istud tñ nō erat hic. ⁊ sic de tribus signiz lepre solū erat hic vnū: ⁊ iō illud facit ꝑsuppositionē ⁊ nō probationē. nec inferet̄ ex illo snīa ⁊ sicut oꝛ hic de isto vnico signo ita dicet̄ de quolibet alio rū ouoꝝ. ſ. ſi vnū illoꝝ solū appareret in carne aliis duobus nō existētibus: vt ſi pili mutarent̄ a colore pristino tñ nō esset aliq̄s candoꝛ in cute nec illa appeat bumilioꝛ cute ⁊ carne reliqua. vt ſi posset eē bumilioꝛ carne illa reliqua carne nō mutato colore pilozū nec verso coloꝛe cutis in alboꝛē ēt eēt signū lepre: non tñ sufficienē ꝓbaret eē lepzā. oia eni hec signa tria sufficienter ꝓbāt aliquē virū leprosū esse. nullum tñ eozū p se plene ꝓbabat sed inducebat quādā ꝓsumptionē ad recludendū virum in quo istud signū apperet. istō tñ qō erat carnē eē bumiliozē reliqs partibus carnis ē euidenti⁹ signuz lepre q̄ oia alia. iō ſi p se esse posset magis ꝓbaret q̄ alia duo. nō ponit̄ tñ hic in lra nisi cū mutatus ē coloꝛ cutis nō existentibus alijs duobus signiz. (Recludet cū sacerdos.) ſ. q̄ ille sacerdos ꝺsideraret virū non reperiēs sufficiētia signa lepre i dubiū faciebat eū separari a reliquis hoibus ponens in aliq̄ custodia vt postea ꝺsiderare posset an vere leprosus esset. (Septē diebus.) Per. 7. dieꝝ recludebat̄ iste vir q̄n poterat in bis dieb⁹ fieri aliq̄ mutatio ad melius vel deteriuz. ſ. vel vt apparerent alia duo signa coloris pilozum mutati ⁊ carnis bumiliate: vel q̄ ille candoꝛ q̄ apparat in cute cessaret sic vt vel totaliter mūd⁹ vel pēitus imūdus decerni posset. (Et ꝺsiderabit die. 7.) Sacerdos redibit ad eū quē in custodia posuerat. 7. die vt videat an aliqd mutatū sit in eo p q̄ mūdiciā vel imūdiciā iudicaꝛ possit. (Et sigdē lepza vltra nō creuerit.) Uocat̄ ꝺ lepza nō q̄ ver̄ sit lepza: q̄n ſi vera lepza esset iudicaret̄ iste bō totaliter imūdus: hic tñ nō iudicat̄ sic: sed recludit̄ vlteri⁹ ad sciendū an sit vera mūdicia vel imūdicia. sed vocat̄ lepza. i. similitudo vel aspectus lepre. oꝛ ſi vltra nō creuerit. i. ſi non fuerit extēsus ille cādoꝛ cutis ad vlteriozes ptes carnis. nā ſi extēderet̄ tā iudicādū erat q̄ eēt lepza. Uel pōt itelligi ſi non creuerit vltra. i. ſi nō creuerit post hoc ⁊ q̄ accipiatur istud crementū intensiue. ſ. q̄ post illū diē in quo inclusit istum virū nihil creuit in eo iste cādoꝛ ita q̄ efficeret magis ꝺclinās ad vlteriozē alboꝛē. lra tñ magis significat q̄ accipiat̄ hic istō crementū extensiue ⁊ non itēsiue: qz vltra locū signat ⁊ nō tps. (Nec transierit i cute prioꝛes terminos.) i. q̄ nō fuerit extensus ad vlteriozes partes carnis. eadē snīa est cū superiori. sed vna ē expositius alteriuz sicut sepe fit in sacra scriptura. vel pōt accipi q̄ hic agat̄ de duplici cremēto illius cādoꝛis. ſ. intensiue ⁊

3. Rō.
4. Rō.
5. Rō.
6. Rō.
B
Tribus signis lepza cognoscit.
1. Signuz lepze.
2. Signuz.
Lepsus duplicez bēbat imūdiciā.
D
3. Signū
Dupler lre expō.

siue ꝛ extensiue. crementū extensiue signatur per supradicta. crementum autem intēsiue signat per hoc quod hic dicitur. magis tñ referēdum est totum ad crementū extensiuū. ꝛ dicitur. si non transierit iste candor ꝓpositos terminos non erat signū lepre saltez manifestū. nam si fuisset vera lepra in illis septē diebꝰ increuisset ꝛ in amplioꝰ diffunderet: ideo in dubiū reludebat q̄ hec habebat. (Rursus recludet eū alijs septē diebꝰ). Fiebat ista reclusio scōa qz p̄mo nō cōstiterat an eēt pure mūdus vel imundus. ideo si ex ista prima reclusione iudicaret mundus p̄iudicaret fortassis populo qñ ꝛtingeret hūc nō esse mundū: ꝛ cū inuersaret iter mundos inficeret aliquos de populo. ¶ Itē si iudicaret simpliciter imundus ex illa p̄ma reclusione p̄iudicaret sibi: qz forte nō erat imundus ꝛ iudicabat imundus simplr. Conueniēs ergo erat vt in scōis septē diebꝰ recluderet: ꝛ sic plene ꝛstaret: an mūdus vel imundus foret. (Et septima die cōtemplabit). Ista est septima dies scōe reclusiōis que q̄ttuordecima a p̄ma die reclusionis p̄me: ꝛ in hac contēplabat eū respiciēs an aliqd mutatū esset de statu ꝓri. (Et si obscurior fuerit lepra). i. si in septima die huiꝰ scōe reclusiōis inuenerit sacerdos q̄ lepra siue imago eiꝰ que erat in viro illo iā est obscura iudicabit eū esse mundū ꝛ mandabit recipi inter alios mundos. ꝛ cā huius est: qz in isto viro nullum signuz lepre erat nisi in cādore cutis. cū ergo cādor ille fuerit in nigredinē versus: nihil manet pp qđ iste debeat haberi ō lepra suspectus. (Si obscurior fuerit lepra) Nō accipit ꝓprie lepra: qñ si lepra eēt iudicaret imundus ꝛ excluderet a relige ille qui eā haberet. sed hic dr q̄ iudicabit ille homo mūdus si lepra fuerit obscurior. sz dr lepra. i. imago lepre. (Et nō creuerit in cute). s. extendēdo se ad vlteriores terminos. nā si aspectꝰ illius lepre extēderet ad vlteriores ptes carnis q̄q̄ nō esset cādor tantꝰ sicut añ: adhuc erat suspitio de lepra: nec iudicaret homo ille mūdus. (Mūdabit eū). s. sacerdos q̄ ꝛsiderat illū viruz esse mundū. nō enim pōt accipi hic mūdare ꝓprie. i. facere mundū: quia nō fiebat hoc a sacerdote sed a deo per miraculum vel aliqua opatione nature. sed dicit sacerdos mūdare. i. mundū ꝓnūciare qđ ad eū vere ptinebat. (Qz scabies est). q. d. ille cādor non est signū lepre sed cuiusdā scabiei. pp scabiē autez solā non erat aliqs excludēdus a cōicatiōe aliorū hominū. (Lauabit q̄z hō vestimēta sua). ¶ Aliq existimāt q̄ ista lotio erat p solā aspionē aquaꝝ lustratiōis. Sed hoc falsum est: qz dr hic q̄ lauabit vestimēta. lauare aūt magis signat tinctionem ꝛ defricationem q̄z aspersionē. ¶ De ags lustrationis dr̄m est q̄ fiebat aspio ꝛ nō tinctio nec defricatio: qñ si vestes tingerēt ꝛ defricarent in aqua lustratiōis imundissime fierent. nā ille aque non erāt simplices: sed cōmixte cinerib⁹. Itē dato q̄ lotio signaret aspionē illam que fit p aquas lustratiōis: adhuc nō pōt hic dici q̄ intelligat de ags lustrationis: qz dr q̄ lauabit hō vestimenta sua. i. q̄ ipsemet q̄ imundus erat lauare debebat illa. Sz hoc nō pōt stare: qz qñ aliqs deberet fundere aquā lustratiōis super alterū ad mundandū illuz deberet eē mundus ille q̄ fundebat aquā super alterū. Qui aūt imundus erat non poterat fundere aquā lustrationis. sic habet Nu. 19. cū dr. hoc mō mūdus lustrabit imūdū. sed iste vir q̄ lauabat vestimēta sua imundus erat: aliqn nō lauisset vestimēta sua. si tñ lauaret in aquis lustratiōis nō poterat ipse lauare: sed alius. ergo nō intelligit ista lotio de ags lustrationis. s. q̄ fieret lotio vestium in ags viuētibus: ꝛ ipsemet q̄ imūdus fuerat lauabat vestimēta sua. Cui⁹cā est qz in eo p̄esserat aliqua imundicia que quodāmō redūdat in vestes ex cōtactu. (Et mundus erit). i. reputabit mūdus: qñ ista lotio nō faciebat aliqd ad mundiciā bui⁹ realiter: sed solū ad estimationē q̄dam ꝛ cerimonialē obseruationē. etiā erat mūdus q̄tum ad potestatē ingrediēdi in scūarium ꝛ tangēdi res sacras. ꝛ ista erat mūdicia vere causata in eo: qñ ante cū esset sequestratꝰ a populo nō bēbat potestatē accedēdi ad res sacras: ꝛ si accederet peccabat. postq̄ vero sacerdos iudicabat eum eē mūdū licebat sibi ingredi sanctuarium sicut alijs viris. (Qz si postq̄ a sacerdote visus est). Hic tollit dubiū. existimaret enim aliqs q̄ cum quispiam iudicatꝰ esset mūdus a sacerdote q̄uis appareret in eo aliqua signa lepre debebat haberi inter mūdos. sed dr q̄ non: imo si post istud iudiciū declaratiuū mundicie sue: rursus appareret signa lepre in viro debebat iudicari imundus ꝛ separari. Causa huius est: qz a p̄ncipio potuit excusare sacerdos iudicādo illū esse mundū qui imundus erat: ꝛ hoc ꝓpter latentiam ipsius lepre que nōdū tātū inualuerat vt posset iudicari lepra. vel fortas sis bene iudicauit nō esse leproſuz illum virū: postea tñ potuit in eo lepra nasci. iō qūocūq̄ fieret rōnabile erat ꝓpter populi bonū vt iste si reperiret rursus habere signa lepre excluderet a castris. nec poterat iste tueri se exceptiue rei iudicate dicens q̄ de eo fuerat iudicatū q̄ erat mūdus. nā obijciet ꝫ hoc q̄ iudex errauit ꝛ habuit ꝓbabilē cām errandi. fuit enim illa ignorātia inuincibilis: iō qñ ꝛstiterit de errore renouabit eā iudex qui tulit. vel poterat opponi q̄ nunc cōdemnabat ꝛ nō erat ista condēnatio contra ꝓre absolutionē: qz nō erāt iste due sentētie in eadem cā. sed ante absolutus fuerat: qz non erant in eo signa lepre nunc aūt condēnatur ex signis lepre nouiter insurgētibꝰ (Qz si postq̄ a sacerdote visus est). i. postq̄ sacerdos illuz vidit ꝛsiderauit ꝛ mundū eē decreuit. ꝛ hoc siue fuerit in p̄ma reclusione si in illa apparuisset cādor ꝛuersus in obscurū: vel si in ipsa reclusione hoc apparuerit. nihil enim differt an in p̄ma vel scōa apparuerit. (Et redditus mūdicie). i. iudicatus mundus a sacerdote. (Iterū lepra creuerit). i. iterū apparuerit cādor in cute: vel mutatio pilorum: aut depressio carnis a reliqua carne. ¶ Sz dicet aliquis: quo iudicatur imundus in lepra iste in cuius carne denuo renatꝰ fit color albidus: cū a p̄ncipio nō iudicaret ꝓpter hoc imundus eē: sed solū erat suspitio de imundicia. Rñdendū autez est q̄ qñ candor in cute erat a p̄ncipio nō erat signū sufficiēter ꝓbans leprā. posteriꝰ aūt sufficiēter ꝓbat: qñ a p̄ncipio nondū cōtinuauit magno tpe ex quo demōstret bñ radicē corruptiōis vel lepre. cū autē redierit ꝛ pmanens sit arguit habere radicem pmanēdi in corpe: ideo de lepra imundus iuste condēnat. (Adducet ad eū). s. ad sacerdotē. nā dato q̄ nollet ille in quo apparēt iterum signa lepre cōparere coram sacerdote: populares cōpellerent eū apparere coram ꝺño vt sacerdos iudicaret de illo. (Et immūdicie condēnabitur). i. condēnabit iste homo de immūdicia. s. de lepra: qz apparuerūt in eo signa pmanentis lepre: ꝛ tunc separabit extra castra cum alijs qui manifeste leprosi fūt ne ificiat castra vt bñ supra. 5. c. (Plaga lepre si fuerit in homine). ¶ Supra dicebat de lepra q̄ est in cute. s. in superficie corporis: hic autem agitur de lepra que est in carne viua. s. cum fuerit decorticata caro ablata cute vt appet viua caro. s. rubea: ꝛ in ipsa carne est aspectus lepre. (Plaga lepre si fuerit in homine). s. si fuerit in carne viua hominis. naz de lepra que est in cute nihil hic dicitur: ga supra declaratū ē. (Adducet ad sacerdotem). Generale erat in oibus istis speciebus lepre q̄ ille qui immundus videbat adduceret coram sacerdote: quia ad eum solū iudicare ptinebat. (Et videbit eū). i. ꝛsiderabit an illa sit plaga lepre vel nō: sm rōnes q̄ hic tradūt. ꝛ q̄q̄ dicat si fuerit lepra in homine nō oportet p̄supponi q̄ in eo lepra sit. nā si hoc presupponat nō oportet duci illū hoiem ad sacerdotē ad ꝛsiderandū an leprosus sit. Sz accipit plaga lepre ꝓ similitudine vel aspectu lepre. (Lūq̄ color albus in cute fuerit.) Vocat hic colorē albū nō ille q̄ ꝓprie albus ē qñ color albus viuidus ē in carne bñ complexionata ꝛ nullo mō corrupta. vbi aūt infectio aliqua est lepre vel putredinis cuiusdā nō est color albus purus: sed q̄dā alborē degenerans a viuido colore. ꝛ dr q̄ qñ iste color fuerit mutatꝰ in cute in quēdā alborē ꝛ ipsa caro appet viua ꝛ aspectus pilorū dissimilis ē a priori statu: iudicat lepra vetustissima. i. qz multis tporibus pmānsit in carne. ¶ Dicet āt aliqs istā litterā sibi repugnare: qz habet q̄ color albus appuerit in cute et dicit q̄ sit caro apparens viua. caro tñ dr viua vbi ablata cute p decorticationē quandā apparet ipsa caro rubea. Rñdendū est q̄ cādor ē i cute nō in illa pte in q̄ apparet caro viua. nā ibi cutis nulla ē: aut valde tenuis: qz nō vr eē cutis: sed in circuitu carnis viue ē cutis cuius color versus ē in alborē. (Et capillorū mutauerit aspectū.). i. illa plaga fecerit q̄ mutet aspectus vel color capillorū. s. q̄ fuerint ꝛuersi ad aliū colorē nō nālē. Vocant autē hic capilli nō pro ipsis capillis capitis: sed pro oibus alijs pilis corporis. capilli āt ꝓprie ad caput ptinēt. vnde oēs capilli q̄si capitis pili. ista mutatio coloris signū cuiusdā corruptionis ē. naz sicut. s. dictū fuit capilli sortiunt colorē ꝫm ꝺditionē carnis ex qua ortū habent: ideo cū illa fuerit mutata in alterā ꝺditionem vel fuerit corrupta mutabit quoq̄ capillorū color. ꝛ si fuerit mutatus color pillorū necesse ē vt intelligamus fuisse mutatā complexiōem carnis. ꝛ sic qñ color pilorū mutat ꝛsueniēs signū ē ad arguendū leprā eē in carne. (Ipsa quo q̄z caro viua apparuit.) istud est tertiū signum ad demonstrandum lepram esse in carne. s. q̄ ipsa caro appareat viua. dicit apparet caro viua qñ cutis ablata vel consumpta est ꝛ apparet ipsa caro rubra ꝛ sāguinolenta que sub cute latebat. caro aūt qñ apparet sub cute non dicitur esse viuens: qñ non apparet color rei viuētis ꝛ sanguineus qui est color rei viuētis. Istud autem signum est lepre: qz lepra est virtutis corrosiue: ꝛ cum ipsa cutis corrosa est apparēte carne viua: signū est q̄ lepra ibi fuit. (Lepra vetustissima in-

Qz fiebat ista scōa reclusio.

Dubiū.

Rñsio.

Qō. 4. A De scōa lepra q̄ est in carne viua.

Qō. 3 A An lotio vestimētorum fieret p aquas lustratiōis doc. opi.

Obiectō.

Rñsio.

Dubij ablatio.

Si i mūdato iterū apparerēt signa lepre q̄re debebat recludi.

Capilli vocant oēs pili corpis.

prosus contaminauerit cum alijs hominibus magna cōicatione inducet plagam lepre super eos. ideo deus diligens mūdiciā iudeorum iussit vt magna cura cauerent ne inciderent in plagam lepre vt habet Deuterono. 24. ca. cum dicitur. obserua diligenter ne incurras plagam lepre: sed facies quecūq; docuerint te sacerdotes leuitici generis iuxta id quod precepi eis implere. et non solum mādabat deus ꝙ abstineret homo ne incideret plagam lepre: sed ēt ꝙ obseruaret se ab illis peccatis vt a murmuratione et similibus. de quo in eadem littera dicit. memento te que fecerit dn̄s deus vester marie in via cū egrederemini de egypto. q. d. ꝙ dedit ei morbuz lepre: qꝛ murmurauit ꝯtra moysen vt habet Nume. 12. c. ideo isti leprosi ad cauendum periculum aliorum separabant a ceteris extra castra. et non soluz hoc: sed quia poterat aliquis homo ire extra castra et obuiare leprosis non cognoscens eos: et per hoc cōmunicare illis iubebat vt alia signa haberent in vestibus ꝑ que cognosci possint: etiam cū viderentur a longe vt patet hic in lr̄a. (Quicūq; ergo maculat⁹ fuerit lepra). Datur regula de hominibus illis qui iudicati sunt tanq̄ vere imundi in lepra: et quid facere debeāt toto illo tēpore quo leprosi sunt. (Et separatus ad arbitriū sacerdotis). i. ꝙ illi qui leprosi erant separabant a ceteris hominib⁹ per iudicium sacerdotis. ipse eniz solus in hac causa iudicare poterat vt in pn̄cipio dictum est. erat autem separatio ista nō in aliqua domo intra castra vel ciuitatē: sicut illi qui erant dubij de lepra: et recludebant. 7. diebus in aliqua domo vt trāsactis illis sacerdoz ꝯsideraret an esset lepra vel non. vel de reclusione que eodem modo fiebat in secūdis septem diebus. sed dicit separari debere. i. poni extra castra vt patet. j. i lr̄a. (Habebit vestimēta sua dissuta). ¶ Istud erat vnū signū leprosoꝝ: qm̄ ceteri homines habebant vestimenta consuta: leprosi autem habebant illa dissuta. in quo innuitur figura vestium illius tēporis. nam cū deus ponat hic vestes leprosorū distinctas eē a vestibus alioꝝ hominū: et vestes leprosorū dicit debere esse dissutas. i. apertas. oportebat ergo aliorum hominū vestes esse ꝯsutas. i. totaliter clausas non habentes aliquam aperturā in parte anteriori a sursuz vsq; ad deorsum: sicut pleriq; hominū vtuntur. nec etiam habebant aliquam aperturā in lateribus: sed soluz in capitio per qd̄ caput immittebatur. sic etiam patet de veste sacerdotali hyacinthina que solū erat aperta in capitio vt habetur Exodi. 28. Dicuntur autem hic esse vestes dissute ad cognitionem et distinctionem ab alijs: quia alij homines vtebantur alijs vestibus. vt ergo isti essent distincti in habitu a ceteris debuerunt vestes eorum esse dissute. fuit enim hoc necessarium. nam q̄uis essent leprosi extra castra: tamen extra illa exeuntes illi homines inuenirent interdum leprosos quos non possent cognoscere et comitarent illis qd̄ incōueniēs erat. ideo debuit dari extra castra: etiam aliqd̄ signum per quod distinguerent leprosi a ceteris. et hoc fuit in diuersa figuratione habitus. s. ꝙ vestes eorum eēnt dissute: et vestes aliorum clause. ¶ Nicolaus autem dicit ꝙ vestes iste erant dissute circa collum: ita ꝙ ibi esset magna apertura: ne pro strictione foraminis capitij lederent ipsi leprosi ex cōtactu plage. Sed hoc nihil differt: quoniā deuz nō curabat qualiter leprosi haberēt vestes conueniētes morbo suo ne lederent in vestiendo: sed curabat de vestibus eorum quantū ad distinctionem ab alijs hominibus vt cognoscerent et non inficerēt ceteros.[a] ¶ Aliter autem hebrei dicūt: et videt hoc sentire magister in historia scholastica ꝙ illa vestis erit dissuta et aperta circa cor in signū magni doloris. sicut si ei pater: aut frater: aut aliquis ei ꝓpinquus mortuus esset qui talez vestem haberet. Erat enim consuetudo apud antiquos ꝙ in signum magni doloris vestes scinderēt vt patet in multis lociz sacre scripture. et habet Matthei. 26. c. ꝙ sūmus sacerdos scidit vestimenta sua quādo dixit ꝙ christus blasphemauerat. et aliqui quando audiebant aliqua illatiua magni doloris et angustie scindebāt vestimēta sua. et ob hoc de⁹ ꝑ Johelē. c. 2. volens hebreis iponere magnū planctum dixit ꝙ scinderent corda sua: et nō vestimenta sua. Aliquādo tamen iubebat deus demonstrare tristitiaz in depositiōe ornatus: quia sic habetur Exo. 33. ca. cum vellet eos punire ꝑ peccato vituli fabricati cum dicit. iam nunc depone ornatum tuuz vt sciam qd faciam tibi. et sequit ibidez ꝙ deposuerūt filij israel ornatum suum ex monte oreb: et nemo indutus est ex more cultu suo. Sic autem erat de istis leprosis: quia illi habebāt tristitiam magnam: tanq̄ mortui essent. ideo vestes habebāt dissutas. sed conueniētius dicitur qd̄ supra ponebat. s. ꝙ iste vestes essent dissute ad distinguēdū leprosos a ceteris. (Caput nudū). Ista erat quedā conditio magna in qua cognoscebant leprosi a ceteris. s. ꝙ haberent caput suum nudū. et erat hoc vt cognoscerētur ab oībus alijs. sic enim distinguebant a ceteris in hoc ꝙ haberēt vestes dissutas: ita etiā in capite nudo. et ista cognitio erat dupliciter per caput nudum. ¶ Primo qꝛ si lepra esset in capite existente illo nudato apparerēt macule candide vel rufe in caluitio vel recaluatione: et per hoc videntes cognoscerent illum esse leprosum et vitarent. si autem fuerit caput velatum non cognoscerent an leprosus sit. Secūdo cognoscebatur lepra per capitis nudationē: quia sicut leprosus erat dissimilis ceteris hominib⁹ in figuratione vestiū suarū cū dissute essent: ita et in capitis nudatione dissimilis erat: qm̄ ceteri habebant capita velata: ipsi autem habebāt illa nuda. ¶ Pro quo sciendū ꝙ apud hebreos consuetudo fuit quasi a pn̄cipio gentis illius et vsq; hodie aliq̄liter obseruatur ꝙ oēs capita velata habeant. inhoneste enim aliqui hebrei sibi incedere videt cum caput nuduz est. Potissime autem erat hoc cum ad loca sacra ibant instātes orationi. nā tunc oēs capita velabant: nemo autē sine caputio aut orabat: aut loca sacra introibat. Qd̄ etiam moderni iudeorum obseruāt. nemo enim eorum in festis sabbatoꝝ: aut alijs solēnitatibus synagogam sine caputio intrant. Prouenit autem cōsuetudo ista ex illo qd̄ fecit moyses qn̄ stetit coram dn̄o apud rubuz ardentem qui non cōburebatur. de quo habet Exo. 3. c. cum dicit. abscondit moyses faciem suā: non enim audebat aspicere contra deum. sed abscondere faciem suaz esse non poterat nisi tegeret caput et vultuz. ¶ Hoc etiam in sacerdotib⁹ veteris testamēti obseruabat. s. vt quandocunq; facerent aliqua mysteria in scūario haberent caput velatū: ꝓpter qd̄ eis data sunt capitis coopertoria. s. sacerdotib⁹ minorib⁹ data fuit cidaris q̄ est q̄daz ꝑua mitra vt cucufa. Maiorib⁹ autem sacerdotibus date sunt due mitre. s. mitra que vocat cidaris et erat byssina. et alia que vocatur thiara: et erat tota hyacinthina. iubebat autem vt qn̄cunq; sacerdotes ministrarēt coram dn̄o haberēt istas vestes vt habetur Exo. 28. c. etiam quādo consecrabant habebāt easdē vt habet Exo. 29. c. et supra. 8. c. necesse igitur erat vt qn̄cunq; sacerdotes veteris testamēti ministrabāt sm̄ gradus suos haberent capita operta: cum semꝑ iuberent habere illa caputia siue mitras que erant partes ornamētoruz suorum. ¶ In nouo autem testamēto in quo est lex libertatis non oramus capite operto. ideo preceptum est noui testamenti vt qn̄cunq; viri orauerint: etiam si alias ꝯsuescant habere capite cooperta: tunc tn̄ debent illa habere nuda et magna verecūdia est si illa habeāt velata. mulieres autez ꝓpter verecundiā sexus debent habere capita velata. sic precepit Apl's. 1. ad Corin. c. 11. cum dicit. oīs aūt vir orās aut ꝓphetans capite velato deturpat caput suum: omnis autem mulier orans: aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. vir quidem non dz velare caput suum: qm̄ imago et gloria dn̄i est: debet enim mulier habere velamē super caput ꝓpter angelos. ¶ Diuersitatis autem ratio inter cōtrarias obseruatiōes in hac parte noui et veteris testamēti: est qꝛ vetus testamentū fuit datum in timore vt late probatū fuit Exo. 19. ca. Nouum testamentū pertinet ad libertatē: qm̄ per christū accepimus vt habet ad Gala. 4. c. sicut enim dicit Augu. breuis dr̄ia legis et euangelij amor et timor. ad timorē autē pertinet velatio capitis et hūiliatio: qd̄ ad subiectionē quandā est. ad libertatē vero ꝑtinet capitis nuditas. s. nullo exn̄te super caput. Cuz vero apud iudeos cōsuetudo ista esset ꝙ velata capita haberēt: potissime cum in orōne essent illi q semper haberēt capita nuda manifeste viderent distincti a reliq̄s. sic ergo erat in leprosis ꝙ manerēt semꝑ capita nuda: apparebat manifeste eos distinctos esse ab alijs: ꝑ qd̄ ceteri aspiciētes faciliter iudicarent illos esse leprosos. (Os veste ꝯtectum). Aliud signum erat in leprosis ꝙ haberēt os coopertum veste. huius rō est ꝓpter aeris respirationē: qm̄ qui leprosi sunt: non solum in sup̄ficie cutis et carnis infecti sunt illo morbo: immo etiam ab interiori prouenit ꝙ infecti sint. totum nāq; eorū corpus corruptū est: ideo aer respiratus ab eiz inficit: qꝛ tangit p̄cordia eoꝝ que infecta sunt. sicut apparet in habentibus morbū pestiferum: qm̄ anhelitu suo ceteros inficiāt qui ꝓpinqui sunt: ideo illi qui infectis adherēt cito inficiunt et moriūtur. vt ergo iste morb⁹ lepre q per contactū est causabilis in quolibet altero nō inficiat alios operiebāt isti leprosi os suum ne inficerent aerem ꝓpinquum: et ꝯn̄ter inficerent alios hoies qui aliquando sibi astabant. ¶ Et intelligēdū est hoc qd̄ dicitur de cōtingendo ore qn̄ leprosi erant corā alijs hominib⁹. nam cum solitarij essent non oportebat os cōtegere. Ista eniz oris coopertura ad duo ꝓficiebat. Primo ad distinctionē leprosorū ab alijs. nā cum aliq̄s sanus videret alterū ore contecto intelligebat euz eē

Marginal notes:

B †
Sepatio leprosoꝝ ab alijs hoibus.

Q̄ō. 10.
A
De figura vestiū antiq̄tus āpud iudeos tā sanis q̄z i leprosis.

Nic. opi. An vestez leprosoꝝ eēnt apte circa colluz sic ait nicola⁹ vel circa cor: vt dicit magr̄ hist.
[a] Hebreorū opi.

B
Quibus ꝯdōnib⁹ a ceteris leprosi cog̃scebantur.

Int' hebreos hr̄ ꝓ inhonesto ꝙ cuz icedūt seu loca sacra itrāt capite nudato: et vn̄ h̄ eis ꝑueniat.

Sacerdotes i ve. tes. mistrabant capitib⁹ velatis.

C
Sacerdotes no. test. mistrāt capite nudo et xp̄icole oēs sic orāt. et q̄ ē cā diuersitatis a ve. test.

Rō̄ie rō in cooperiendiz capitib⁹

†
Q̄r iter iudeos leprosi hēbāt os coopertū.

D
Q̄r leprosi hēbant os coopertū. 1. rō.

Scda. leprosum. ꝛ sic differebat leprosus a ceteris per istā tecturam sicut per capitis nudationē: ꝛ per vestes dissutas. Scdo proficiebat ista opertura oris vt tolleret infectio aliorum. naȝ si os nudum esset inspiraret ꝛ respiraret aer directe ad alios: ꝛ sic posset inficere ceteros sibi ꝑpinquos qui leprosus esset. (Cōtaminatū ac sordidū se clamabit omni tēpore quo leprosus est). Cōtaminatus ꝛ sordidus ideȝ sunt in pñti: q̄ȝq̄ȝ fm significationem vocabulorū differunt. nam cōtaminatus dicit qui per alterius contactū imundus fact⁹ est. sordidus dr̄ esse qui in se sordes hȝ: siue eas ab alio habuerit: siue sibi inate sint. dicit autem ꝙ leprosus clamabit se imunduȝ omni tēpore quo fuerit leprosus. non quidem voce clamādo se leprosuȝ esse: sed illud signis apparentibus ostendēdo. nam non erat necessariū ꝙ clamaret leprosus se esse leprosuȝ: sed nec ꝯueniens: quoniā oportebat eum hr̄e os nudum qd̄ supra vetituȝ est: ēt ꝙ ipse inter sanos hoc clamaret: quia tñ est cōtra lr̄am inferiorē in qua dicit ꝙ semper erit extra castra: sed solū conueniebat vt ipse demōstraret imundiciaȝ suam p ista signa. ideo si aliqs eum videret a casu extra castra iudicare posset ex his signis sufficienter ꝙ ille leprosus erat. ꝛ hoc videbat ipse clamare. (Omni tēpore quo leprosus est ꝛ imundus: solus habitabit extra castra). Aliqñ plaga lepre erat perpetua: ꝛ tunc leprosus manebat vsq ad mortē extra castra sepatuȝ a ceteris. ꝛ hoc erat nisi forte eēt vir magne excellētie sicut rex: q si incideret in lepram: nō ibat extra castra: sed manebat in ea: erat tñ in aliqua domo separata. sic habet. 4. Re. ca. 15. de rege ozia qui ibi azarias vocat. incidit enim in leprā percussus a deo in fronte: qꝛ voluit thurificare coraȝ deo sicut sacerdotes. vbi dicitur. pcussit autem dñs regem: ꝛ fuit leprosus vsq ad diē mortis sue: ꝛ ꝛ habitauit in domo libera seorsum: Joathas vero filius regis gubernauit palatium ꝛ iudicauit populū terre. Si autem lepra esset lepra tēporalis: manebat extra castra ille q leprosus erat toto tēpore quo leprosus esset. cuȝ vero cessauisset morbus denunciabat sacerdoti: ꝛ ille exibat extra castra ad locuȝ in quo erat leprosus ꝛ faciebat purificatiōes que habent sequēti. c. ¶ Dicūt aliqui ꝙ hic ponit leprosuȝ debere habitare extra castra: qꝛ erant tria castra. s. castrum deitatis qd̄ erat ipm tabernaculū cum atrio suo. scd̄a castra erant ipsoꝝ leuitarū qui in circuitu tabernaculi ac totius scūarij excubabāt dispositi per turmas familiarū suaruȝ vt habet Nu. 2. ca. tertia castra erant ipsorū filioruȝ israel: ꝛ erāt distincta in. 12. partes fm quattuor signa ꝛ vexilla ꝑncipalr̄: ꝛ erāt extra castra in circuitu castroꝝ leuitarū. de hoc etiā Nume. 2. c. qui aūt imundus erat ab omnib⁹ his castris eijciebat: qd̄ quidem verū est: sed taliȝ modus loquēdi non reperit in sacra scriptura. s. ꝙ distinguant tria castra: sȝ solum vocat castra ipsam totaȝ congregationē israelitarū cum leuitis ꝛ sanctuario. qd̄ patet qm̄ quandocūq iubetur aliqs ire extra castra semp intelligit de eo qui exit oīno castra. qd̄ magis apparet. nam qualitercūq aliquis imundus eēt: iubebat ꝙ non accederet ad scūarium nec tangeret res sacras: tñ non dicit de quolibet imundo ꝙ deberet ire extra castra: sed solum de illis q habebāt magnas imundicias. s. de leprosis ꝛ pollutis super mortuo ꝛ fluētib⁹ semine vt habet. s. 5. ca. nō ergo accipiunt castra nisi ꝑ tota congregatione israelitarū tam leuitarū q̄ȝ aliorū cuȝ ipso sanctuario. Isti autē qui distinguūt tria castra non habent ad hoc sufficiens fundamentū. putant enim sibiipsis necessariuȝ esse assignare plures modos castroruȝ: qꝛ dr̄ hic ꝙ leprosus debebat habitare extra castra. sed falsum est: nō enim inducit aliqua necessitas ponēdi plures diuisiones castrorū. Quedā nāq res sunt que singulariter existētes semp in plurali nominant vt femoralia ꝛ similia. sic autem de castris est: quoniā q̄ȝq̄ȝ nō eēnt pluresȝ castroꝝ partitiones: tñ vnicum castrum vocaretur castra pluraliter. sic habet. 2. Reg. c. 1. vbi dicitur de homine q venit de castriȝ israel veste cōscissa: tñ manifestum est ꝙ ibi accipiunt castra pro sola cōgregatione bellatoꝝ. nam nō existe ibi sanctuario nec leuitis: ꝛ pluraliter castra dicunt. (Solus habitabit extra castra). Pro hoc ꝙ dicit solus non excludit leprosus a cōsortio aliorum leprosorū: sed a consortio hominū sanoꝝ. nam leprosi nō nocēt sibiipsis cū iā infecti sint: sȝ eiȝ q nōdū sunt īfecti. nō igit opȝ ꝙ leprosi a leprosis separēt: sȝ a solis mūdis. (Uestis lanea siue linea). Supra posituȝ fuit de lepra q̄ erat in hoīe; hic agitur de lepra que est in veste. nam aliqñ lepra appet in veste ꝛ nō in homine. iō tunc debet purificari vestiȝ: aut fieri in ea fm cerimonias que infra hñtur. in hoīe autē nihil horū. ¶ Cā huius est: qꝛ solū oȝ purificari lepra in eo in quo appet: sȝ tūc in sola veste appet. ergo ibi solū purgatio faciēda est. ¶ Sciēdum tñ ꝙ qñcunq lepra in veste apparet: nō hȝ origineȝ ab ipsa veste. Idē si appareat in parietib⁹ domus sicut apparet sequēti. c. sed originat ex ipso hoīe. vnde si lepra est in veste: aut ille homo q vtitur illa veste leprosus est: ꝑ cuius adherentiam ipsa quoq vestis maculat: aut alius qui eaȝ nuper induit leprosus erat. de domibus aūt si interdū sint leprose idem dd̄m est. huius autem causa est: qꝛ lepra habet pro causa naturali ipsam iproportionē vel destructionē perfecte armonie in corpe humano vel animali. In veste autē aut domo lepra originē habere non potest: qa non est ibi destructio armonie cuȝ non sit ibi aliqua ꝑportio humorum nec ipsi humores. ideo qñ aliqñ reperitur in pariete vel in vestibus. dd̄m est ꝙ fuit causata illa lepra nō in ipsis rebus: sȝ in homine originē habuit: posterius vero per contactū aliquem adhesit vestibus vel parietib⁹. lepra nāq contagiosus morbus est sicut ꝛ multi alij. dicunt autem cōtagiosi morbi q per contactum in aliquo causant. sic autē apparet in muliere mēstruata: que si speculū respiciat a ꝑpinquo ꝛ cum aliquanta mora inficiet totum speculū causando in illo guttam sanguinis: qd̄ est qa ab oculis exeunt spūs qdam cum qbus quedā humiditates sanguinee delicate euaporant ab oculis ꝛ ꝑducunt per subtilitatē spūum per aerem vsq ad ipsam speculi superficiē si ꝑpinquum sit. ꝛ cum multe humiditates sic euaporate peruenerūt ad speculum frigiditate ipsius speculi condensant: ꝛ apparet sāguineus color in maculis. de illis tñ non pōt dici ꝙ originem trahant a speculo: quia in speculo nihil sanguineū est. sic autem in morbo lepre est: quia ipsa est virtutis corrosiue: cōsumptiue: ꝛ resolutiue: ideo ꝑpter magnaȝ resolutionē in carne que corrodit: eleuātur: ꝛ dimittunt alique particule infecte materie ꝛ leprose que inherēt vesti ꝛ ipsam inficiūt. sic autē de domo fit per similem adhesionē hominū leprosoꝝ ad parietes domus. hec autem lepre conditio est vt q̄ȝq̄ȝ originari non possit nisi in corpore animalis ꝑpter destructionē armonie: tamen postq̄ȝ per adhesionem fuerit in veste vel in pariete poterit ibidem ꝑmanere. qd̄ satis apparet ex sequētibus. ¶ Rabbi abraaȝ abenazra dicit ꝙ lepra infligitur supnaturaliter a deo ꝑpter peccata hoīum: ꝛ ipse paulisper incipit punire: qꝛ iō imittit plagam lepre in domuȝ vt destruatur: scd̄o in vestes hoīs vt comburant: tertio in ipm hominem vt ab aliorū cohabitatione expellat. Sȝ istud magis morale est q̄ȝ lr̄ale. ꝑsertim cum dicat ꝙ deus punit dando istā lepraȝ ꝑpter peccata. deus tñ cum punire incipit semp a minorib⁹ penis incohoat. sed maior pena est destrui domū q̄ȝ cremari vesteȝ. ergo prius deberet dicere ꝙ deus infligit penam de cremanda veste. ¶ Ad hoc rn̄dendum est ꝙ lepra aliqñ venit ꝑꝑ peccata ita ꝙ deus illam spāliter infligat. aliquādo autem nō est ab ipso deo spāliter tanq̄ȝ per miraculum fiat: sed magis est fm naturā ex quadā corruptione corpis sicut causat in alijs morbis. ꝙ aūt aliqñ infligat lepra ꝑꝑ peccatuȝ apparet de maria sorore aaron que ꝑcussa est lepra a deo quia murmurauit contra moysen vt habet Nume. 12. ca. Interdū autem ex alijs causis accidit: sicut in ceteris morbis apparet. (Uestis lanea aut linea). Dr̄ hoc qꝛ siue in laneis: siue in lineis vestibus: siue etiam in pellibus lepre apparere pōt cum lepra in his non nascat: sed inhereat in eo q vestitur his. sed cū oēs iste vesteȝ aliqñ sint i hoīe: ergo in oīb⁹ lepra esse pōt. (Que lepram habuerit in stamine: aut subtegmine). Lepra dicit esse in vestibus aliqñ in solo stamine. aliqñ in solo subtegmine: aliqñ vero in vtroq. siue igitur sit in oībus: siue in altero eoruȝ solo nihil differt: quoniā semper fieri debēt oēs purgationes que. ī. dicunt. dicitur autem stamen a stando. subtegmen aūt a subintrādo vel subtus stādo. dicitur aūt stamē in qbusdam filis qui directe ponunt anteq̄ȝ quicq̄ȝ texat: ꝛ illa sunt extēsa: ꝛ ab hoc stamē dicit quia rectum ꝛ extensuȝ stet. subtegmē autem est qd̄ vulgariter trama dicit. ꝛ vocatur subtegmen a subtegēdo: quia ipm est qd̄ tegit stamen. naȝ nisi poneretur subtegmē stamen nudū maneret nihilq texeret. subtegmen aūt. s. et. ī. tegit ꝑ subintrationē. (Aut certe pellis: vł qcqd ex pelle ꝯfectū est). i. nō solū ista regula de lepra est in veste lanea ꝛ linea: sed ēt in pellib⁹ qñ sunt pelles que pilos hñt. idē aūt in oīb⁹ que ex pelle fiūt: que q̄ȝq̄ȝ tūc pelles nō sunt qꝛ pilos non hñt: ex pellib⁹ tñ facta sūt. illis igit lepra quoq iherere poterit ꝛ obseruabant cerimōie que. ī. hñtur. (Si alba vel rufa macula fuerit infecta). Iste macule erāt signū lepre tā i pellib⁹ q̄ȝ in vestib⁹ laneis vel lineis. ꝛ solū pōit hͣ vnū signū. s. hr̄e maculā rufā vel albā: in carne āt hūana ponebant tria signa. s. ꝙ esset macula alba vel rufa i cute sȝ signū ꝙ color capilloꝝ mutaret a ꝑstino colore. Tertiū signū ē ꝙ loc⁹ macule eēt hūilior carne reliq̄. i pelle āt ꝛ i vestib⁹ solū attēdit vnū signū. s. ꝙ sint ibi macule rufe vel albe. Cā hui⁹ ē: qꝛ qñ lepra ē i hoīe: ꝛ ex eo ꝙ ē illa mā tenera pñt faciliter

Marginalia: † — Qō. 11 A An castra erāt triplicia vt dn̄t iudei. — † — Cōfutatio. — † — † De ordīe ꝛ origine ī lepra q̄ȝtū ad vestes. — Notā. lr̄ale — Cā lepre — B — An lepra possit eē i pariete vł i vestib⁹: ꝛ qūo ſp hȝ originē ab hoīe. — C Ra. abra. opio. De ordīe lepre q̄ȝtū ad vestes. Impro. — Determī. aucto. — † — † Stamen quid. — † — D — † Tria signa lepre in carne hūana.

In vestibus solum erat vnū signum.

cit̄r appere oīa ista signa.s. q̄ pili mutent̄ a pstino colore: ⁊ q̄ p corrosionē lepre fiat locus lepre humilior carne reliqua. In vestibus autē ⁊ pellibus non potest esse locus humilior: q2 vestes ⁊ pelles sunt materie sicce non habentes aliquē naturalē humorē p cuius cōsumptionē fiat humilior locus in quo lepra est sicut fit in carne. iō q̄ūq̄ in veste mãserit lepra multis tpibus nō humiliabit̄ aliquis locus sicut in carne. de pilo2 aūt mutatione in alte2 colorē: satis manifestū est. nā cū ista vestis nihil aliud sit q̄ fila ⁊ pili facta mutatione in ipsa substãtia vestis necessariū est vt ipsi quoq3 pili in alterū mutent̄ colorē. dr̄ aūt hic de macula alba q̄ est signū lepre. nō quidē q̄ accipiat̄ macula ppe alba: q2 color albus nō est color lepre: sed est color viuus ⁊ naturalis. dr̄ aūt esse color albus. i. qdā albor q est degenerãs a pura albedine ⁊ nāli. (Lepra reputabit̄). i. hēbitur tanq̄ lepra si apparuerit macula rufa vel alba in veste. Nō tñ est intelligēdū q̄ reputabit̄ lepra. i. iudicabit̄ eē lepra: q2 lr̄a iferior repugnat cū dr̄ q̄ recludet eū sacerdos. 7. diebus: ⁊ postea cōsideret si tñ dēret iudicari lepra nō recluderet̄ p aliquot dies. sed imediate simplr̄ iudicaret̄ illa vestis. dr̄ ergo q̄ reputabit̄ esse lepra: q2 si forte mãserit talis macula q̄lis ibi est: habebit̄ taq̄ vera lepra ⁊ cōburet̄. (Ostendeturq3 sacerdoti). s. ista vestis vel pellis ad hoc q̄ ipse diffiniat an sit lepra vel nō: ⁊ qd sup hoc agēdū sit. (Qui cōsideratã recludet septē diebus). i. sacerdos cōsiderabit eã videns q̄les macule sint ille q̄ apparēt in veste vel pelle. ⁊ tūc recludet p septē dies. fiebat aūt ista reclusio vt cognosceret̄ an illa esset vera lepra. nō qdem q̄ expectaretur an alia signa apparerēt. q2 ex isto solo q̄ erat tūc iudicaret̄ eē vera lepra si cresceret in veste vel pelle. solū ergo fiebat reclusio ad vidēdum si cresceret vel si deficeret macula illa. (Rursus aspiciēs). i. aspiciet ite2 post septē dies vt videat an macule deficerēt vel q̄ūo se habeãt. (Si dephēderit creuisse: lepra pseuerãs est). i. si sacerdos inuenerit q̄ ptrãsiuit terminos priores lepra in veste vel in pelle iudicabit esse verã leprã ⁊ pseuerãtem. q̄ aūt sit vera lepra satis ex hoc infertur q̄ si aliqua alia macula fuisset non infectiua non haberet aliq̄ virtutem p quam cresceret: sed ista creuit. ergo lepra est: q2 virtutē h3 infectiuam f̄m quã se diffundat. ⁊ non solum dr̄ q̄ lepra est: sed etiã q̄ pseuerans est. nam si ista esset lepra non perseuerans non potuisset crescere sed vel defecisset: vel mansisset in termino priori. nam cū crescere dicatur esse quedam actio pcedens ex aliqua naturali virtute: necessariū est vt iudicemus ibi esse virtutē illã vbi reperierimus crescere: sed macula illa lepre creuit in veste vel in pelle. ergo necessariū est vt dicamus ibi esse aliq̄ virtutē f̄m quã fiat istud augmētū. ⁊ tūc sicut p illã virtutē factū fuit augmētū vsq3 ad illam magnitudinem: ita poterit manere ⁊ crescere vsq3 ad maiorem quantitatē. ⁊ sic semp cōtinuabitur. Si aūt reperiretur q̄ ista esset lepra: ⁊ tñ non est pseuerans non faceret id qđ imediate subditur. s. q̄ cōbureretur igne: sed recludebatur per alios septem dies vt ite2 sacerdos cōtēplaret̄ vultū lepre. hic aūt immediate cōburi iubet qm̄ perseuerans est. (Pollutu3 iudicabit vestimētum). i. si repertū fuerit q̄ creuit lepra iudicabit̄ tale vestimentū pollutū lepra: iō cōburetur sic infra dr̄. Causa est: q2 sicut hō leprosus abijcitur de castris ne inficiat alios lepra sua: ita ⁊ vestimētū infectiuū est eo2 que tetigerit: iō sicut lepra cōtagiosus morbus est cū in hoīe est: ita ⁊ cū i vestibus est. pari igit̄ rōne vestes abijcientur ab vsibus humanis qñ leprose sunt: sicut homines leprosi excluduntur a castris. (Et oē in quo fuerit inuenta). i. non solū iudicabitur pollutū vestimentum in quo reperiatur macula lepre: sed etiam oīa alia in quibus reperitur ex eadē causa. est aūt hoc dictum propter pelles: qm̄ in pellibus quoq3 reperitur lepra: ⁊ in rebus que ex pellibus facte sunt. Similiter autem ⁊ in lignis reperiri potest: q2 non est difficilius reperiri in lignis q̄ in lapidibus ⁊ parietibus. sequenti tñ. c. dr̄ q̄ aliqñ apparet lepra in parietibus domus. qualecūq3 ergo illud sit in quo huiusmodi lepra reperiatur iudicandu3 est pollutū. (Et idcirco cōburetur flãmis). i. res illa que immunda est debet cōburi igne. causa huius est: q2 iste res in quibus lepra reperitur preter ipsum hoīem sunt res pertinentes ad humana ministeria: postq̄ tñ polluta sunt lepra non possunt applicari ad aliqđ humanum ministerium licite: quia immundum redderēt id cui applicarentur. sed si ista que sic polluta sunt manerent ⁊ nō applicarentur ad vsus humanos essent prorsus inutilia: ⁊ frustra occuparent locum. ergo debebant cōburi: presertim cu3 nociua essent: q2 applicata alijs rebus inficerent illas. (Q2 si eam viderit non creuisse.) Hic ponitur casus dubius. s. quando perfecte non constat an lepra sit in veste vel in pelle. ⁊ dicit q̄ si non creuerit ista macula per septem dies non scitur manifeste an sit lepra vel non. ideo non debet lauari illa vestis vel pellis ⁊ defricari: maxime in parte illa in qua est lepra. ⁊ tunc recludetur per alios septem dies: ⁊ tunc cōsiderabit iterum: ⁊ si viderit maculã stetisse in loco in quo prius steterat: etiam si non creuerit iudicabit esse veram lepram ⁊ comburetur vestimentum. (Q2 si eam viderit non creuisse). i. si reperierit sacerdos q̄ nihil pertransiuit lepra in illis septem diebus de terminis prioribus: adhuc non propter hoc iudicabit esse vestimentum mundum: q2 q̄uis non creuerit lepra in illis diebus poterat crescere vlterius maxime si illa lepra non habebat magnam virtutem germinatiuã f̄m quã se in amplius diffunderet. (Precipiet ⁊ lauabunt id in quo est lepra). i. sacerdos mandabit q̄ lauetur illud vestimentum vel pellis in qua est lepra: ⁊ ad iperiū suū lauabitur.

Notãdū lr̄ale.

Q̄uo p cremētū dr̄ aliq̄ lepra pseuerare i ptem.

Lepra aliqñ apparet i lignis ⁊ parietib⁹.

Q̄o. 12 A

An vestis suspecta ð lepra debebat lauari i aq̄s viuētib⁹ vel aspgi aq̄s lustrationis. Ad mūdãdu3 lustratōi3 aq̄ aspguntur.

Non. n. accipitur hic lauare pro ipsa aspersione aquarum lustrationis: sed pro lotione que fit in aq̄s viuentibu3. qđ p3 q2 dr̄ ⁊ lauabunt id: ⁊ p̄cipiet sacerdos. Si aūt acciperetur lotio pro aspersione illa2 aqua2 lustrationis non oportebat q̄ sacerdos iuberet lauari vestē: sed ipse lauaret eam per se aspgendo illas aquas. Itē dato q̄ adhuc sacerdos iuberet aspgi istas aqua3 lustrationis super vestē illam: tñ nō est ꝯueniens q̄ aspgerentur super eam: q2 aque lustrationi3 asperguntur ad mūdandū aliqd ⁊ id super quo asperguntur mūdū efficitur vt h3 Num. 19. c. hic tñ nō efficitur vestis mūda p istã lotionē: q2 post hãc includitur septē diebus vt videat̄ an mūda vel imūda sit. ergo apparet q̄ nō fiat hec lotio in aq̄s lustrationis: sed in aq3 viuētib⁹.

Itē appet idē ex cã pp quã fit ista lotio. nã non fit pp aliq̄ mūdiciē honestatis vt applicet̄ ad res sacras vel ad vsus hūanos mūdos: sed vt appareat vera mūdicia vel imundicia nālis. s. an sit lepra in veste vel nō. sed ad hanc mūdiciam vel immundiciã naturalē demōstrandã conferunt aque viuētes que vere abluunt. aque autem lustrationis nihil conferunt: sed potius inficiunt: q2 cineribus cōmixte sunt vt apparet Nu. 19. c. ergo nō fiebat ista lotio in aquis lustrationis: sed in aq̄s viuētibus. causa aūt huius mūdicie est ⁊ lotionis: q2 vt sciret̄ manifeste an esset ista vestis vel pellis mūda oportebat vt excluderentur oīa que impediebant. Erat autem impeditiuum ad hoc si esset aliq̄ immundicia adherens pellibus vel vestibus inducta ab extra que tolleretur per lotione3 in aqua. nam aqua oēs imundicias adherentes tollit: cum g̃ fuerit talis pellis vel vestis lota ⁊ post septem dies adhuc manserit immundicia in pelle illa vel veste: satis sufficienter concludi potest q̄ illa immūdicia est ab intra ⁊ est pseuerans: q2 oēs adherentes immūdicie p lotionē i aqua ablate sunt: sed ista mansit. ergo videtur esse radicata: ⁊ sic erit vere lepra. (Recludetq3 illud septē diebus alijs.) Hoc fiebat vt perfecte constare posset an esset lepra vel non: nam si adhuc maneret in septem diebus sequentibus: satis apparebat eam esse lepram pmanentē. si aūt non fuisset pmanens aliq̄liter declinasset ad alterū colorē. ⁊ sic in fine isto2 septem dierū confidenter iudicabitur an lepra sit vel non. (Et cū viderit faciem qdē pristinã non reuersa3.) Si in septimo die scđe reclusioni3 videbat sacerdos non fuisse reuersam pristinã faciē pellis vel vestis iudicabit eam leprã. pristina aūt facies dr̄ nō illa quã habuit vestis anteq̄ recluderetur: sed ea quã habebat anteq̄ incideret in leprã. causa aūt quare non reuersa facie pristina iudicabitur esse lepra est: q2 si forte non fuisset ista lepra nō potuisset tot diebu3 pmanere talis macula: sed fuisset mutata in alterū colorem. s. in subobscu2 declinãdo aliq̄liter ad colorē naturalē sicut ĩfra dr̄ de illa veste que habebat maculã que non erat vera lepra: ⁊ tñ non fuit reuersa. ergo videtur q̄ ibi est aliqua virtus f̄m quã pmanet illa macula tot diebus. ⁊ ista est virtus lepre. (Nec tñ creuisse maculam). i. q̄uis macula que erat in pelle vel in veste in oībus istis. 14. diebus dua2 reclusionū nihil creuerit: tñ si mãsit macula nō redeunte pristina facie iudicabit̄ eē lepra. Cuius cã ē: q2 si illa nō fuisset lepra nō habuisset vires ad manēdū tot diebus: sed mãsit ergo lepra est.

B

Q2 si post lotionē nō apparet facies lep̄ iudicatur vestis mūda.

Et si forte dicat̄ q̄ nō vr̄ lepra: q2 lepra h3 virtutē corrosiuã ⁊ extēdit se p id in quo ē. cum g̃ ista semp steterit priores terminos nō excedēs non vr̄ lepra.

Obiectio.

Rñdēdū ē q̄ lepra sit ⁊ nō valet argm̄. q2 nō oēs lepre hñt easdē vires: sed q̄dã habēt ad germinãdū ⁊ pmanēdū: alie aūt solum ad permanendum. ⁊ sic est de ista lepra que apparuit in vestimento: qm̄ q̄ūq̄ non extenditur: tamen permanet. ⁊ maxime hoc apparet rationabiliter dctum in vestimento. na3 vt supra declaratū est lepra non h3 originem a vestimento: sed ab hoīe.

Rñsio.

In vestimento aūt est p quandam adhesionē ⁊ contactū. iō non poterit habere tãtas vires in eo cui solū inest p adhesionē

sicut in eo in quo hꝫ originẽ. vnde qñ lepra fuerit in hoĩe satis rationabiliter dĩ ꝙ crescere debeat. cum aũt fuerit in veste vel in pelle non opꝫ ꝙ crescat. (Immundũ iudicabit). s. determinabit esse illud vestimentũ pollutũ lepra. (Et igne cõburet.) Etiã si vestimentũ preciosuꝫ esset oportebat ꝙ cõbureretur. ¶ Cui⁹ causa duplex est. prima qꝛ illud totaliter iaꝫ inutile est cũ nõ liceat illud applicari ad aliq̃ humanã administrationẽ. pollueret .n. eos q̃bus applicaretur. cũ ergo inutile prorsus sit melius erat ꝙ cõbureretur q̃ ꝙ inutiliter occuparet locum. Secunda causa est qꝛ preter hoc ꝙ istud vestimentũ erat inutile adhuc erat pestiferũ ꝛ infectiuum: qꝛ si aliq̃s tangeret illud immũdus efficeretur. vt ergo tolleretur hoc incõueniens: conueniens erat illud cõburi. (Eo ꝙ infusa sit in sup̃ficie vestimenti vel ꝑ totũ lepra) .i. ꝙ ideo cõbureretur istud vestimentũ: qꝛ lepra est infusa i sup̃ficie vestimenti. i. est inherens ipsi soli sup̃ficiei: ꝛ tñ ꝑmanens est. vel dĩ esse lepra infusa ꝑ totum: qꝛ non solum est in sup̃ficie eius: sed etiã in profunditate ipsius. s. qñ ꝑtransierit ad alteram partẽ vestimenti: vtpote si fuerit aliqua macula lepre in veste. ꝛ illa fuerit in duabus faciebus vestis. s. in superiori ꝛ i iferiori: ꝑ qđ innuit̃ ꝙ ẽt est in tota ꝓfunditate vestimẽti. ꝛ q̃litercunq̃ sit: qꝛ lepra illa permanens est immundũ est vestimentum.

Qđ vestimẽta immũda cõburi op⁹ erat. 1. causa. 2. causa.

¶ Circa istã lr̃am dicit Nicolaus ꝙ ipsa est corrupta vitio scriptoꝝ vel ꝑ aliam viam. in quo si magis inspiciantur verba sua est intentio ꝙ btũs Hiero. non bene transtulit hunc passum de hebreo in latinũ. nã scriptores non potuissent facere tãtã lr̃e varietatẽ quanta est hic inter tex. hebraicũ ꝛ nr̃m si esset sicut Nicolaus ait. dicit. n. haberi hic in hebreo. (In caluitio vel fenestra.) Ubi lr̃a nostra hꝫ. (In sup̃ficie vestimenti vel ꝑ totuꝫ.) Et dicit textũ istũ esse corruptũ: qꝛ supra dicebatur de macula que est in veste. ꝛ lr̃a hebrea dicit immediate. (Eo ꝙ causata sit in caluitio ꝛ in fenestra). i. istud vestimentũ iudicabitur immũdũ: qꝛ causata sit. i. deteriorata vel corrosa in caluitio. i. in vetustate. vel in fenestra. i. in nouitate. s. ꝙ aliqua lepra sit noua in veste ꝛ aliq̃ sit vetus. ¶ Sed ista applicatio nõ videtur esse cõueniẽs: nã non dĩ conuenienter ꝙ vestis sit causata ꝑ lepraꝫ. i. depressa vel humiliatus locus eius sicut fiebat in carne: qꝛ in carne ẽ aliqđ humidũ ꝛ tenerũ ꝑ cuius consumptioneꝫ humiliatur magis locus lepre q̃ reliqua caro. sed non põt esse hoc in veste vbi nõ est aliqđ tenerũ ꝛ humidũ qđ consumatur: ꝛ sic aliquis locus vestis fiat humilior reliq̃s. Itẽ qñ dĩ. in caluitio ꝛ fenestra non est cõueniens applicatio ꝙ dicatur caluitiũ esse vetustas ꝛ fenestra nouitas. Ista nãq̃ multũ separatissima sunt. nec aliq̃ cõformitas est ꝑꝑ quã talis trãsumptio fiat. s. vt caluitiũ dicatur vetustas: ꝛ fenestra dicat̃ nouitas. Itẽ dato ꝙ intelligẽdũ esset nõ conuenienter inferretur hoc. s: ꝙ si facies pristina nõ rediit: nec tñ creuit lepra ꝙ ex hoc sit vestis habens leprã in antiquitate: vel nouitate. ¶ Itẽ nõ est cõueniẽter dictũ ꝙ Hieronymus male trãstulerit. naꝫ ista lr̃a intelligitur de macula alicuius partis vestis ꝛ nõ de tota veste sicut obijcit ipse Nicolaus. ꝛ tunc stat cõuenienter ista lr̃a. s. ꝙ macula lepre ꝛ lepra sit aliqñ in superficie vestis. s. solum in vna parte vel facie vel ꝑ totũ: nõ ꝑ totã vestẽ sed ꝑ totũ. i. ꝑ totã ꝓfunditatem. s. ꝙ illa macula obtinuerit vtrãq̃ faciẽ siue sup̃ficiẽ vestis. ex quo arguitur ipsam quoque in ꝓfunditate hr̃e leprã que est hr̃e ꝑ totũ. ¶ Itẽ ista lr̃a quam ponit Hieronymus est valde cõueniẽs lr̃e hebraice q̃tũ ad sensum. exponit nãq̃ ista lr̃a illã. hꝫ aũt in lr̃a hebraica. Si fuerit causata macula in caluitio vel recaluatione. qđ dicũt hebrei intelligi sic. i. si fuerit macula vestis in caluitio. i. in parte anteriori que denotat̃ ꝑ caluitiũ: qꝛ caluitiũ fit in parte priori frõtis. vel in recaluatione. i. in parte posteriori. s. in sup̃ficie inferiori ꝛ aduersa. ꝛ tũc ꝑ hoc dĩ esse leprã in caluitio. trãstulit Hieronymus esse leprã infusam in sup̃ficie vestimẽti: qꝛ vocauit superficiem vestimẽti ipsam superiorẽ que dĩ facies vestimẽti: ꝛ nõ inferiorẽ que dĩ aduersa. hec aũt cõuenit caluitio q̃ est in anteriori parte ꝑ hoc qđ dĩ in hebreo in recaluatione: transtulit Heronymus vel ꝑ totũ. i. ꝑ totũ vestimẽtũ. s. in sup̃ficie anteriori q̃ sup̃ior dĩ. ꝛ ẜm metaphorã vocat̃ caluitiũ: ꝛ in sup̃ficie posteriori siue aduersa q̃ ẜm metaphorã vocat̃ recaluatio: qꝛ recaluatio ẽ ad ꝑtes posteriores. ꝛ ꝑ hoc ꝙ lepra est in istis duabus sup̃ficiebus arguit̃ esse ꝑ totũ. i. ꝑ totã grossiciẽ vestis penetrãdo ab vna sup̃ficie in alterã. est ergo lr̃a ista Hieronymi conueniẽter posita. (Si aũt obscurior fuerit locus.) Hic ponit cãm q̃ñ vestis iudicat̃ mũda. s. si illa vestis reclusa ꝑ illos. 14. dies mutauerit aliq̃liter colorẽ macule declinãdo ad obscurũ. tũc. n. scindebat̃ parꝫ illa in q̃ erat macula: ꝛ tota alia vestis erat mũda. Cã huius est qꝛ qñ illa macula declinat ad colorẽ obscurũ: videtur diminui

Qõ.13
A
An ista lr̃a sit vitio scriptoꝝ corrupta vt dicit Nicolaus.

B
Improba.

Hiero. fuit diuinus interpres.

C
Caluitium quid sit.

Casus q̃ñ vestis munda iudicat̃.

de apparẽtia ꝛ veritate lepre. nã color obscurus non ꝑtinet ad leprã: sed candor vel subrufus color. Si aũt ante extitisset cãdidũ vel subrufum ꝛ postea declinauerit ad obscuritatẽ: nõ videt̃ esse lepra ꝑmanẽs sed aliqua macula causata ex quodaꝫ alio cõtactu. si aũt ꝑmaneret color pristinus iudicaretur lepra ꝑseuerans. (Postq̃ vestis lota est.) Loquitur de scđa reclusione in qua lauabatur vestis ꝛ recludebatur. ꝛ tunc si post lotionẽ appareret obscurior locus fiebat qđ infra seq̃tur. (Abrũpet euꝫ ꝛ a solido diuidet). i. locus ille in quo fuerat lepra dꝫ rũpi resecãdo pãnũ illũ: ꝛ diuiditur a solido. i. scinditur a tota veste. Solidũ aũt integrũ notat sicut dicunt ꝓcuratores in solidũ: qꝛ quilꝫ eoꝝ integer ꝓcurator est. dĩ aũt esse locus diuisus a solido qñ pars vestis a tota veste diuiditur. (Qđ si vltra apparuerit i hiꝫ locis que prius imaculata erant.) Hic ponitur alius casus. s. qñ post diuisionem particule vestis a reliqua veste apparet adhuc macula in alijs locis. ꝛ tunc vestis iudicatur cõburenda. cã aũt quare rũpatur vestis qñ nõ est lepra sed obscurus color macule est: qꝛ illa macula deformabat totã vestẽ. rũpenda ergo erat: ꝛ alius apponendus pãnus. qñ aũt erat lepra q̃uis non creuisset extendens se ad vlteriores terminos cremabatur. causa huius est: qꝛ lepra hꝫ virtutẽ germinatiuã ꝛ multiplicatiuam suiip sius ꝑ id in quo est. non igitur sufficiet abrũpi locũ illum in quo erat macula: qꝛ manebit ibi aliqua infectio. ꝛ adhuc extendetur lepra ꝑ partes remanentes in veste. cũ aũt macula sola erat sufficiebat abrũpi: qꝛ nõ habebat vim aliq̃ germinatiuã ẜm quã dilataret se in vlterius. (Lepra volatilis ꝛ vaga est: dꝫ igne cõburi.) Qñ in locis que ante erant imaculata apparet aliqua macula post vestis abruptionẽ iudicatur esse lepra volatilis ꝛ vaga. qđ ad idẽ ꝑtinet. Dĩ ãt lepra volatilis a volando: qꝛ ex vna parte volat in alterã. qđ conuenienter dĩ de hac lepra que solũ erat ante in locũ macule: postea tñ apparuit in alijs locis. vocat̃ etiã vaga: qꝛ vagatur. vagari. n. est ꝑ diuersa discurrer̃. hec aũt lepra discurrit ꝑ diuersas partes vestis. (Dꝫ igne cõburi.) Generalis regula est ꝙ qñcũq̃ lepra est i veste debet igne cõburi. ꝛ quia lepra volatilis ꝛ vaga est vera lepra debet comburi vestimentuꝫ in quo fuerit. (Si cessauerit lauabit ea que pura sunt secando ꝛ munda erunt.) Hic ponitur alia particula huius casus. s. de secunda reclusione. nam in secunda reclusione cuꝫ educebatur vestis ad contemplandum: aut creuerat lepra in ea: aut non creuerat: sed steterat in loco suo: aut nec creuerat nec steterat: sed mutatus fuit color albidus in aliqualiter obscurum: aut totaliter macula cessauit. in primo ꝛ in secundo casu cremabat̃ vestiꝫ: quia manifeste erat lepra. in tertio casu abrumpebatur locus macule ne deformaret vestem. In isto quarto casu lauabatur vestis ꝛ non comburebatur: nec rumpebatur aliquid de illa. Causa est quia non habebat aliquam maculam iam lepre ꝓpter quã deberet comburi: nec habebat aliquam deformitateꝫ ꝓpter quã deberet rumpi. (Lauabit ea que pura sunt). i. illa vestis que non hꝫ aliq̃ immundiciam lauabitur. ꝛ dicit ꝙ lauatur secundo: quia supra fuit facta alia lotio in principio scđe reclusionis: hic aũt post secũdam reclusionẽ iterũ lauatur. ꝛ fit ista lotio ꝓpter naturalem immundiciam: vt si aliquid sordis ibi mansit per aque emundationem abstergatur. (Et mũda erunt). s. ꝙ ista vestis erit totaliter munda qñ lota fuerit scđa vice non apparente aliqua macula in illa. (Ista est lex lepre vestimenti lanei ꝛ linei.) Hic fit recapitulatio eorum que dicta sunt in sũma. ꝛ dicitur ꝙ iste leges supra posite que debent obseruari in lepra qñ est in vestimento laneo vel lineo qñ in vtroq̃ lepram esse contingit eo modo quo supra declaratum est. s. non per originẽ sed per adhesionem. ꝛ non dicitur hic ꝙ ista est lex lepre hominum: quia quãuis in isto. c. dictum est de lepra hominum in diuersis partibus eorum: tamen solum recapitulatur hic id qđ immediate dictum est. hoc autem est de lepra vestimenti lanei vel linei ꝛ de pellibus. (Staminis atq̃ subtegminis). i. etiam ista est lex mundicie vel lepre in stamine atq̃ subtegmine. ista non est diuersa lex a superiori: sed dicitur esse lepre lex vestimenti lanei vel linei: siue sit illud immundũ in stamine vestiꝫ siue in subtegmine: stamen autem ꝛ subtegmen fila sunt. stamen est qđ primo ponitur ꝛ directe stat. Subtegmen autem est qđ subtegitur atq̃ circumplectitur inter staminis fila. (Omnisq̃ supellectilis pellicee). i. ista est lex que est in supellectilibus factis ex pelle. nam supra dicebatur ꝙ eodem modo considerãda erat lepra ꝛ eedẽ cerimonie faciẽde erãt si esset in pellibus vel in pelliceis rebus sicut si eẽt in vestibus. (Q̃ũo mũdari debeãt vel cõtaminari). i. q̃ũo debeant iudicari iste res mũde vel immunde: qꝛ ꝑ leges superiores cognoscitur manifeste quando iudicandũ est

Vestiꝫ q̃re rũpat̃ qñ obscur⁹ color macule ẽ ꝛ qñ nõ appet in locis i q̃b⁹ antea erat.

D
Lep̃ volatiliꝫ q̃d

E
Epilog⁹ dcõꝝ. s.

Stamẽ ac subtegmen q̃d.

istas

ista res esse mundas: ⁊ qñ in lepra contaminātes.

Capitulum. xiiij.

Ritus leprosi mūdati. Matth. 8. a. Mar. 1. d. Luc. 5. c. ⁊. 17. d. de pe. d. 1. ca. Hec idē ⁊ ca. quē penitet in pn.

LOcutusq; est dñs ad Moysen dicēs. Hic est ritus leprosi qñ mundādus est. Adducetur ad sacerdotez. Qui egressus de castris: cum inuenerit lepram esse mundatam: precipiet ei q purificatur vt offerat duos passeres viuos p se quos vesci licitū est: ⁊ lignuz cedrinū vermiculūq; ⁊ hysopum. Et vnū ex passeribus immolari iubebit in vase fictili sup aquas viuentes: aliū aūt viuum cum ligno cedrino ⁊ cocco ⁊ hysopo tinget in sanguine passeris immolati: quo asperget illum q mundandus est septies vt iure purgetur: ⁊ dimittet passerem viuuz vt in agruz auolet. Cūq; lauerit homo vestimēta sua: radet oēs pilos corporis ⁊ lauabitur aqua: purificatusq; ingredietur castra: ita dūtaxat vt maneat extra tabernaculuz suuz septez diebus: ⁊ die septima radet capillos capitis: barbāq; ⁊ supercilia: ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus ⁊ corpe: die octauo sumet duos agnos immaculatos: ⁊ ouem anniculā absq; macula: ⁊ tres decimas simile ī sacrificiū que conspersa sit oleo: ⁊ seorsum olei sextarium. Cūq; sacerdos purificans hominē statuerit euz ⁊ hec oīa coraz dño in ostio tabernaculi testimonij: tollet agnuz ⁊ offeret euz p delicto: oleiq; sextariuz. Et oblatis ante dñm oībus: immolabit agnuz vbi solet immolari hostia p peccato ⁊ holocaustuz. i. in loco sancto. Sicut eniz p peccato ita ⁊ p delicto ad sacerdotez pertinet hostia. Sancta sctōrū est. Assumensq; sacerdos de sanguine hostie que immolata est p delicto: ponet super extremum auricule dextre eius qui mundatur: ⁊ sup pollices manꝰ dextre ⁊ pedis: ⁊ de olei sextario mittet in manū suā sinistraz: tingetq; digitum dextruz in eo ⁊ asperget coram dño septies. Qō autem reliquū est olei in leua manu: fundet super extremuz auricule dextre eiꝰ qui mūdatur: ⁊ super pollices manus ac pedis dextri: ⁊ super sanguinem qui effusus est p delicto: ⁊ super caput eius. Rogabitque p eo coraz dño: ⁊ faciet sacrificiuz p peccato. Tunc immolabit holocaustuz ⁊ ponet illud in altari cuz libamentis suis: ⁊ homo rite mundabitur. Qō si pauper est ⁊ nō potest manus eius inuenire que dicta sunt: p delicto assumet agnuz ad oblationez vt roget p eo sacerdos: decimamq; partez simile consp se oleo in sacrificiuz: ⁊ olei sextarium duosq; turtures siue duos pullos columbe: quoruz vnus fit p peccato: ⁊ alter in holocaustum offeretq; ea die octauo purificationis sue sacerdoti ad ostiuz tabernaculi testimonij coraz dño. Qui suscipiens agnuz p delicto ⁊ sextariuz olei: leuabit simul: immolatoq; agno de sanguine eius ponet super extremuz auricule dextre eius qui mundatur: ⁊ super pollices manus ac pedis dextri. Olei vero partez mittet in manuz suaz sinistrā: ī quo tingens digituz dextre manus asperget septies contra dñm: tangetq; extremuz dextre auricule illius qui mūdatur: ⁊ pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est p delicto. Reliquā autem partem olei que est in sinistra manu: mittet super caput purificati vt placet p eo dominuz: ⁊ turturez siue pullu colūbe offeret vnū p delicto: ⁊ alterum in holocaustum cum libamentis suis. Hoc est sacrificiū leprosi: qui habere non potest omnia in emūdationem sui.

Supra. 5. b. ⁊ sup 12. d.

Connexio capituli.

LOcutusq; In superioribus fuit dictum de lepre cognitione. hic agitur de lepre emundatione. ⁊ diuiditur in duas partes: quia primo agitur de emundatione lepre suprādictorum. secundo agitur de lepra cognoscenda circa domum. Secūda ibi. (Locutusq; est dñs.) Iterum prima in duas partes ſm q fiebat tripler mundificatio. ſ. prima que fiebat in prima die. Scōa ibi. (Die septimo.) Tertia ibi. (Octauo āt.) Circa pmū. (Locutusq; est dñs ad moysen dicēs.) Istō est caput rōnis.

Diuisio eiusdem.

† Qō. I. A

An ista locutio sit alia a pcedē. Cognoscēr lepra ⁊ purificare ad idē attinēt.

Non enim ponitur hic locutus est dñs ad Moysen tanq; alia locutio fuerit ea que habetur in hoc. c. ab ea que habetur in. c. superiori. nam q̄q; diceremus q deus locutus fuit Moysi ea que habentur in hoc libro multis vicibus. ſ. non omnia simul sed aliqua nunc: aliqua autem postea. tñ de ista purificatione non est verisimile q locutus fuerit in alia vice q̄q; locutus fuerit superiora de cognoscenda lepra. nam cognoscere lepram ⁊ purificare ad idem pertinent cum vnum sit propter alterum: ideo eadem locutio de illis fieri debebat. Sed dicendum est q hic posuit locutus est dñs ad Moysen tanquā quoddam caput rationis: qñ q̄uis superiora ⁊ ista que hic dicuntur ad lepram pertineant: superiora tñ pertinent ad lepram ostendendam: hec autem ad lepram emundandam. debuit igitē de illis esse q̄dā interpositio vel articulus vt nō videant totaliter idem esse. (Hic est ritus leprosi qñ mūdandus est). i. iste sunt cerimonie que obseruantur in leproso qñ debet emundari. fiebat enim ista emundatio qñ apparebat eum qui ante leprosus iudicatus fuerat iam non esse leprosum. contingebat autem hoc dupliciter. Primo modo q aliquis per iudicium sacerdotis determinaretur esse leprosus ⁊ excluderetur a castris: ⁊ tñ ſm veritatem ille non esset leprosus: quia faciliter poterāt sacerdotes errare in iudicando lepram: quia signa per que iudicant aliqñ fallibilia sunt. ⁊ ideo qñ postea constiterit q ille mundus est fiēt in eo iste purificationes que habētur hic ⁊ reducetur in castra. Secundo modo contingebat purificari aliquez ita q fuisset vere immundus in lepra ⁊ post iudicatus a sacerdote immundus: tamen purgabatur ista lepra aliquando miraculose: ⁊ aliquādo naturaliter. miraculose quidem sicut cum deus percussit Mariam sororem Moysi lepra ⁊ illa durauit per septem dies: postea autem sanata fuit vt habetur Num. 12. idez patet de Christo qui sepe leprosos mundauit vt ex discursu euangeliorum patet. ⁊ illi postea ostendebant se sacerdotibus vt mundarent eos ſm purificationez que hic habentur. ideo aliquando mandabat Christus leprosis a se sanatis q ostenderēt se sacerdotibus. sic enim dixit decem viris leprosis. ite ⁊ ostendite vos sacerdotibus: ⁊ offerte que precepit Moyses in testimonium illis. Aliquando autem fortassis poterant leprosi mundari virtute natura vt si esset aliqua lepra recēs que facilius curatur q̄q; vetusta: vel si esset aliq̄ species lepre curabilis. quocūq; n. modoruz staret aliquē de illis q leprosi sunt esse mūdatum debebat fieri ritus siue cerimonialis obseruatio q̄ in hac lra ponit. Alig

†

B

Lepra duplr purgabatur.

Nōnulloꝝ opio.

An purificatio ista fieret i illis q erant suspecti de lepra ēt si nō eēnt cōdēnati.

enim circa hoc dicunt q ista purificatio cerimonialis que in lr̄a ponitur nō solum seruabatur in illis q fuerant vere leprosi: aut iudicati tāq̄ leprosi ꝛ expulsi extra castra: sed etiam qn̄ aliqs erat suspectus de lepra ꝛ ducebat coram sacerdote: ꝛ nō manifeste existente lepra in illo: nec manifesta mundicia recludebatur per septem dies ꝛ postea reperiebatur mūdus: vel recludebatur p. 14. dies duabus reclusionibus. cum appereret eum esse sanum debebat mundari per istaz legem.

C

*Improb. 1. rō.

[b] C Sed hoc non potest stare: qm̄ dr̄ in lr̄a q iste est ritus leprosi qn̄ mūdādus est. sed iste q reclusus est p. 7. dies vel p. 14. non erat leprosus sicut postea rei indicauit euentus. etiam non fuit ibi reclusus tanq̄ leprosus: qꝛ si iudicatus fuisset leprosus nō recluderetur: sꝫ abijceretur a castris. fit aūt reclusio ad cognoscendaz lepram an sit. ergo non pertinebat ad istum mūdificatio que hic dr̄ cum non sit leprosus: potissime cū in fine. 7. dierum vel. 14. iudicet esse leprosus simpliciter.

2. rō.

Itē pꝫ hoc: qꝛ dr̄ hic q qn̄ aliquis leprosus mūdandus erat exire debebat sacerdos de castris. ergo ille qui mūdādus erat extra castra erat. sed ille q ponebat in custodia p. 7. vel. 14. dies nō excludebat a castris: sed potius in castris reclusus erat. ergo nō intelligit de illo q recludebat p. 7. vel. 14. dies vt videret an esset leprosus: sed de illo q presentatus sacerdoti iudicabatur simplr̄ imundus: ꝛ excludebat a castris.

3. rō.

Item qꝛ in lr̄a dr̄ q cum sacerdos inueniret lepram esse mūdataz faciet purificationes que hic sequūtur. ergo opꝫ q iste de quo hic dr̄ esset leprosus ꝫm veritatem: aut saltem iudicatur leprosus. sed ille qui recludebatur. 7. diebus vel. 14. nūq̄ fuit iudicatus leprosus: sed fuit reclusus vt sciretur an leprosus esset vel non. ꝛ fuit iudicatum de eo q non erat leprosus post istas reclusiones. non ergo pōt dici in isto esse lepra mūdata: cum nūq̄ iudicatum fuerit lepram in eo fuisse.

Doct. opio

C Concludendū ergo q non pōt intelligi debet fieri purificationē de q̄ hic dr̄ in illo q reclusus est vna vel duabus reclusionibus ꝛ postea iudicatus est mūdus: sed in eo q iudicatus est habere manifestā leprā ꝛ p hoc expulsus fuit a castris: ꝛ deinde apparuit eum esse mundum. siue qꝛ male fuit de eo pronunciatum: siue qꝛ deus eum curauit a lepra: aut naturaliter curatus est.

D

¶ Queret autem aliquis quare dicitur hic ꝙ iſta.l.fuit data poſt mortem filiorum aaron.nam alie quoq̄ leges date fuerunt poſt illa tempora:de eis tamen mentio non fit:quia poſt hec tempora date fuerunt. ¶ Reſpōdendum eſt ꝙ in iſta.l. volebat deus facere vt ſacerdotes caute ſe haberent circa executionem miniſteriorum diuinorum:alioquin morerentur. ⁊ qꝛ ſic factū fuerat de duobus filijs aaron:nam mortui ſunt quia non obſeruauerūt debitas cerimonias in miniſtrando vt habet.ſ.10.ca.idō conueniens fuit vt fieret mentio de morte horum duorum ſacerdotum. Qꝛ autem iſta fuerit intentio moyſi ponētis iſta hic apparet quia.ĩ.dicitur ꝙ ſacerdos magnus non intraret omni tempore intra ſancta ſanctorum:alioquin moreretur. (Quādo offerentes ignem alienum interfecti ſunt.) Pōit hic peccatum eorum.ſ.qꝛ errauerunt in cerimonijs offerendo coram domino ignem alienum:⁊ hunc offerre volebāt ſuper altare thymiamatum ad cremandū thymiama:⁊ anteq̄ accederēt illuc egreſſus eſt ignis a domino de altari holocauſtorū ⁊ deuorauit eos dicuntur iſti obtuliſſe ignem alienum:qꝛ cum debuiſſent ponere prunas de altari holocauſtorum in thuribulis ſuis:impoſuerunt de igne alieno qui erat in atrio tabernaculi in quo coquebantur carnes victimarum pacificarum. de his latius dictum ē ſ.10.ca Ex hoc autem apparet id qd.ſ.dicebatur.ſ.ꝙ poſitum fuerit hic de morte nadab et abiu vt per eorum penas alij ad caute miniſtrandum erudirentur. ⁊ apparet qꝛ dicitur hic propter quid fuerint occiſi.ſ.qꝛ errauerunt in miniſtratione. (Et precepit ei dicens.) Ad moyſen refertur qꝛ ei precepit deus vt denunciaret populo omnia que.ĩ.habentur de cerimonijs huius feſtiuitatis. de hac enim feſtiuitate non ſolum habetur hic: ſed etiam.ĩ.23.ca.habetur ſolum de obſeruatione huius diei ita ꝙ nullum opus ſeruile in ea fieret et de afflictione animarū: ⁊ Nume.29.habetur de ſacrificijs que fiebant in hac die.hic tamen de omnibus plenius habetur. (Loquere ad aaron fratrē tuū.) Hic mandatur moyſi vt proferat iſtam.l. ſoli aaron. cuius cauſa eſt quia hic ponuntur due leges quarum vna eſt de obſeruatione ſacerdotum quantum ad acceſſum ad loca ſacra. ſ.ne introirent in ſancta ſanctorum omni tempore. Secunda ē de cerimonijs diei expiationis. prima harum ad ſolos ſacerdotes pertinet nec etiam ad omnes ſed ad ſolum ſacerdotem magnum vt habetur hic. ipſe namq̄ ſolus introibat in locum illū vt habetur ad Hebre.9.c. ſcda harum pertinebat tā ad ſacerdotes q̄ ad populares. Sed hic in principio ponitur illa lex q̄ pertinebat ad ſolum ſacerdotem magnum. ergo ad eum ſolum debuit mandari ꝙ loqueretur hic moyſes. (Loquere ad aarō fratrem tuum.) ſ. fratrem maiorem. erat enī aaron maior moyſe tribus annis. nam cum educti ſunt filij iſrael de egypto erat moyſes annorum.80.⁊ aaron annorum.83. vt habetur Exo.7 Et etiam iſta fuit vna de cauſis quare aaron aſſumpſit ſummū ſacerdotium ⁊ non moyſes. nam ſummum ſacerdotium conueniebat primogenitis ⁊ aaron erat primogenitus amram vt habetur Exo.6.c. (Ne omni tempore ingrediatur ſanctuariū qd eſt intra velum.) i. ne ingrediatur omni tempore intra ſancta ſanctorum. ¶ Pro quo ſciendum eſt ꝙ ſanctuarium dicebatur eſſe locus ille in quo cerimonie cultus dei fiebant. ⁊ ſm hoc diuiditur in duas partes:qꝛ quidam erat locus in quo fiebant cerimonie que omnibus patebant. ſ. ſacrificia: ⁊ alius erat locꝰ in quo fiebant cerimonie quas ſoli ſacerdotes faciebant ⁊ videbant. primus locus vocatur atrium tabernaculi:⁊ iſtud erat quedam latitudo magna: vel ſpatium cuius erat longitudo centum cubitorum ⁊ latitudo quinquaginta ⁊ habebat columnas quinq̄ cubitorum altitudinis in circuitu poſitas ita vt maneret clauſum totum illud ſpatium in circuitu ſed tectum nullum habebat : ideo poterat pluere ⁊ irruebant venti. in hac.n.parte ſtabat altare holocauſtorum in quo fiebant ſacrificia ⁊ labrū eneum in quo lauabantur ſacerdotes. Erat autem ſecūda pars

Qō.3.
A
Qꝛ dr h legē hāc poſt mortē filiorū aarō datam fuiſſe.
D Rñſio ad q̄ſitū.

+
Pcm̄ filiorū aaron.

+

+
Hic quare mandatur moyſi vt hāc legē ſoli aaron proferat.

B

+
Aaron tribꝰ ānis maior moyſe erat.

+
De ſcūario et duabus ptibꝰ eiꝰ ⁊ qualr erāt diſpoſita.

De scūario seu tabnaculo qūo erat diuisū i duas partes.

vel locus sanctuarij que vocatur tabernaculum. ⁊ ista erat quidam locus secretior positus intra primum locum qui vocatur atrium tabernaculi. Erat aūt iste locus in longitudine .30. cubitorum ⁊ in latitudine .10. in circuitu habens tabulas circumtectas. tectum autem habebat quadruplex. ſ. de cortinis ⁊ de sagijs ⁊ ō pellibꝫ arietū rubricatis atq; ō pellibꝫ byacithinis ⁊ in istuz scōz locū nō ſgrediebant pplares: ſz soli sacerdotes ꝺſūmantes ibi ministeria cerimoniarū suarū. in primū aūt locū liberū erat popularibus ingredi. de situatione horum duorum locorum dictum est latissime Exo. 26. et. 27. tam in littera q̄ in cōmento.

Que erant i scūario ⁊ q̄ ministrationes ibi fiebant.

¶ Iste autem secundus locus qui vocatur tabernaculum diuidebatur in duas partes: quoniam quedam pars anterior erat i introitu ipsius tabernaculi que habebat in longitudine cubitos viginti ⁊ in latitudine cubitos decem. ⁊ ista vocabatur sanctuarium vel sanctum. ⁊ in hanc poterant introire quotidie aaron ⁊ filij sui ⁊ introibant aliqui de ipsis ad faciendum cerimonias ministrationis quotidiane. Erat autem in hac parte candelabrum cum lucernis suis ⁊ ad illud ingrediebatur aliquis de sacerdotibus quotidie ad incendendū lucernas in mane ⁊ in vespere vt habetur Exo. 27. et. 30. c. Erat autem in parte ista mēsa propositionis in latere septemtrionali super quā erāt semper 12. panes in memoriam. 12. filiorum israel: ⁊ mutabantur per singula sabbata vt ponerentur alij recentes vt habetur .j. 24. c.

De scōa pte tabnaculi q̄ vocat scā scōrū q̄liter ꝺispo sita eēt ⁊ q̄ ministratiōes ibi fierent.

¶ Erat etiam ibi altare thymiamatum opertum laminis aureis in quo quotidie cremabatur thymiama in mane ⁊ in vespere vt bꝫ Exo. 30. c. ministratiōes. n. in oībus istis partibus erāt quotidiāe iō sacerdotes itroibāt quotidie i istā partē. ¶ Erat aūt alia scōa particula huius tabernaculi i posteriori eiꝰ pte cōtra occidentem q̄ habebat in latitudine cubitos. 10. ⁊ in longitudine totidem. ſ. quadrata existens. ⁊ ista vocatur sancta sanctorum vel sanctuarium post velum: in qua solum erat arca testamenti ⁊ super eā propitiatorium ⁊ duo cherubim de auro mundissimo: ⁊ ibi non fiebat aliqua ministratio nec cultus dei: sed manebat locus ille secretus ab accessu hominum sequestratus

D

preter q̄s in die expiationis cum summus sacerdos aspergeret ibi sanguinem contra propitiatorium. ⁊ de hac secunda particula loquitur hic littera cum agit de sacerdote ne intret i sanctuarium q̄ō est post velum. nam vt dictum est istud tabernaculuz habebat duas partes que ꝺistinguebantur quodā velo interposito ⁊ pendente ante quatuor columnas: ⁊ illa particula que vocatur sancta sanctorum erat sanctuariuz q̄ō erat post velū. i. vltra velum. prima pars que vocabatur sanctuarium erat ante velum ⁊ de ista prima parte non loquebatur deus: q̄n licebat sacerdoti magno ⁊ omnibus minoribus introire in illaz ad ministrationes quotidianas sicut. s̄. dictum est. sed de illa particula que erat post velum. ſ. de sancta sanctorum vbi non fiebat aliqua quotidiana ministratio sed de anno in annū. in hanc autem nunquam licebat introire sacerdotibus minoribus cum staret erectum tabernaculum sed cum ꝺeponeret ad castra mouenda: tunc. n. ipsi introibant cum sacerdote magno ⁊ cooperiebant arcam ⁊ cherubim cum velamentis suis et tribuebant ea portanda leuitis vt habetur Nu. 4. c. Sacerdoti autem magno nunquam licebat introire in istud scōz sanctuariuz nisi cum sacerdotes minores introibant ad ꝺeportandum als ꝺeponendum tabernaculum cum ipse cum eis ꝺeponebat. habebat autem sacerdos magnus super sacerdotes minores hoc q̄ posset introire illuc semel in anno in die propitiationis de qua hic agitur. de hoc habetur ad Hebreos. c. 9. cum dicitur. i priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consūmantes: in secundo autem semel in āno solus pontifex non sine sanguine quem offert pro sua ⁊ pro populi ignorantia. moyses autem suprēmum ius super omnes istos habebat. ſ. q̄ quandocunq; vellet introire in sancta sanctorum introiret. Unde si aliquādo ꝺubitabat de aliquo introibat in sancta sanctorum: ⁊ ibi audiebat ꝺeum respondentem sibi vt habetur Nu. 7. ca. cum dicitur. cumq; ingrederetur moyses tabernaculum federis vt consultaret oraculum: audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio q̄ō erat super arcam testimonij inter duos cherubim: vnde ⁊ loquebatur ei. ¶ Causa autē istorum omnium erat q̄ sancta sanctorum erat locus secretissimus ab omni humana communicatione sequestratus. nec ad aliq̄ō ministerium erat sicut alie partes sanctuarij suis officijs ꝺeputate: sed vt deus ibi specialiter habitaret ⁊ ad magnam reuerētiam eius ꝺemostrandaz. erat. n. super propitiatoriuz inter duos cherubim vox dei que audiebatur. sacerdotes autem minores erant indigni audire istam vocem: ideo non debebant ingredi in sancta sanctorum. ⁊ quia non soluz audiebatur illa vox intra sancta sanctorum cum formaretur sed etiam in sanctuario q̄ō erat prima pars tabernaculi: quia solo velo interposito iste due particule ꝺiuidebantur: ideo quādo summus sacerdos introibat in sancta sanctorum semel in anno iubebatur vt nullus esset in sanctuario ne audiret voces dei loquentis de propitiatorio vt habetur .j. in littera cum dicitur. nullus hominuz sit in tabernaculo quando pontifex ingredietur in sanctuarium. ¶ Erat autem preter hoc inter duos cherubim super propitiatoriuz quoddam corpus formatum de aere in quo angelus quidam proferebat verba respondens questionibus propositis a sacerdote ingrediente. ⁊ non erat deus iste qui loquebatur sed angelus quidam: quoniam deus non potest formare aliquam vocem. patet quia si formaret illam: aut esset hoc per creationem: aut per aliquā formationē in instrumentis. non potest aūt primo modo vox a deo causari: non quidem q̄ ipse sit impotens ad eam creandam: sed qz repugnat voci ſm se creari. quod patet qz creatio fit in instanti nullo presuppposito. vocis autem formatio necessario preexigit quandam successionem. naz essentia vocis consistit in ordine litterarum ⁊ syllabarum ⁊ prolationis: vnde si quis omnes particulas simul proferret vox nulla esset illa vox que ante fuerat. creari ergo sibi repugnat formaliter. Item secundo modo. ſ. per formationem in aliquibus instrumentis deus non poterat formare illam vocem: quoniam illa formatio que est instrumentis fit ſm successionem: Deus autez agere non potest per successionem. nam cum esse agentis sit in actione sua iuxta aristo. 9. Ethi. illud solum agens poterit agere per successionem q̄ō habet esse suum in successione quadaz sicut sunt omnes creature que sunt composite ex actu ⁊ potentia. ſ. q̄ aliquid sunt ⁊ aliquid esse possunt: ideo cuz eis esse adueniat q̄ō nō fit: successio quedam est. sicut igitur eis successio ē in essendo ita conuenienter successio erat in agendo. res autem que totum suum esse simul habent sicut deus qui non est compositus ex actu ⁊ potentia ita q̄ aliquid sit ⁊ aliquid esse possit: sed est purus ⁊ simplex actus. i. q̄ quicquid est iam est. nec aliquid vltra sibi inesse potest aut ipse esse potest ſm conditionem eternitatis que est interminabilis vite simul tota ⁊ perfecta possessio. iste igitur res non possunt aliquid agere ſm successionem: qz tunc aliquid essent q̄ō ante non fuerūt: q̄ō faceret successionem in esse. necessarium est igitur vt si deus aliquid nūc facit ab eterno illud factum sit ⁊ in eternum fiat: ⁊ i quocūq; instanti assignato illud fiat ⁊ factum sit: que non accideret si fortassis in deo successionem ponerem⁹. non est igitur possibile deum aliquid agere ſm successionem. sed vox ſm successionez formatur. impossibile est ergo illum formare eam. De his latiꝰ dictum est Exo. 23. et. 25. c. Manifestum est tamen q̄ in propitiatorio formabantur voces vt habeꝫ Exo. 25. c. ⁊ hic ⁊ Nume. 7. ca. ergo necessarium erat q̄ formaretur illa vox ab aliquo angelo vel homine. sed nullus homo ibi intrare poterat: quia si homo esset non posset stare super propitiatorium inter alas cherubim ⁊ videretur si ibi staret. etiaz nō posset dare talia responsa quoniam illud magis erat q̄s esse prophetam: cū princeps prophetarum moyses ab illo inquireret veritatem rerum ꝺubiarum. ¶ Dicendum est igitur q̄ ille erat angelus qui istas voces formaret reuelatis sibi a deo eis que respondere deberet. Iste autem angelus non poterat per seipsum verba ista proferre: quia angelus est substantia simplex ⁊ incorporea. voces autem ad formationem suam corpore indigent. est igitur necessarium vt ipse angelus assumeret aliq̄ō corpus de aere condensato ad figuram corporis humani: ⁊ tantum erat densus ille aer q̄ videri poterat sicut quelibet alia res solida vt paries vel lapis. hoc autem necessarium est quia ad hoc vt formaretur vox intra illud corpus de aere factum debebat frangi aer per collisionem quandam iuxta Aristotelem. 2. de anima. ⁊ nisi corpus illud intra q̄ō fieret collisio esset bene densum ⁊ aliqualiter durum: non poterat collidi aer ad formandam vocem: quoniā eleuaretur cedente sibi alio aere circunstante molli. Erat autem etiam istud corpus formatum ad similitudinem humanam: quoniam ista figura conuenientior est ad formandum vocem q̄s omnes alie: ideo ille qui introiret in sanctuarium secunduz posset videre illud corpus. ⁊ qz sacerdotes minores indigni erant talem videre formam non permittebātur illuc introire. ¶ Sacerdos autem magnus propter officij dignitatem non erat indignus audire vocem illam cum audiret eam de super propitiatorium quando illuc ingrederetur. erat tamen indignus videre illam formam: ideo non permittebatur q̄ illuc quotidie introiret.

Scā scōrū erat locꝰ secretissimus ab oi būana cōiactione seiūctus.

E

De voce q̄ audiebat intra scā scōrū ⁊ q̄re nō poterat audiri a minoribꝰ sacerdotibus.

Deꝰ non pt vocez aliquam formaſ.

Angelus erat qui loquebatur ⁊ nō deus.

Ee agentis est in actione sua.

F

G

Sacꝛdos magnus erat indignus videre formā angeli non tñ audire.

troiret. Ista enim causa in littera redditur cum dicitur q̄ in nube apparebo super oraculum. i. super propitiatoriuz. sed adhuc ea vice qua ingrediebatur illuc semel in anno non videbat illam formam: q̄z non erat dignus videre eaz q̄z erat aliquid excellens valde. Etiam ne ob hoc moueretur ad idolatriā adorando visam formam. z ob hoc mandat q̄ quandocūq; introiret sacerdos magnus in sancta sanctorum poneret prunas in thuribulo z ō super thymiama qō ante ferret vt vapor inde cōsurgens operiret propitiatoriū z nihil posset videre de illo corpore in quo formabantur voces. quod patet. ī. in littera cum dicitur. assumptoq; thuribulo qō de prunis altaris impleuerit et hauriens manu compositum thymiama in incensum vltra velum intrabit in sancta: vt positis super ignem aromatibus nebula eorum z vapor operiat oraculum qō est super testimoniuz vt non moriatur. ¶ De moyse autem aliter dicendum est quoniam iste introibat in sancta sanctorum qñcunq; volebat vt habetur Nume. 7. cap̄. Etiam quando intrabat nō portabat ante se thymiama nec aliquid alterum vt vapor consurgens operiret illam formam corporis in quo formabantur voces. Causa autem quare moyses introibat quandocunq; volebat z sacerdos magnus solum semel in anno in sancta sanctorum z sacerdotes minores nunquam erat ipsa necessitas rei. s. q̄ nunquam aliquis ingrediebatur illuc nisi aliqua necessitas hoc exigeret. in moyse autem erat multotiēs necessitas ingrediendi intra sancta sanctorum: quia ipse erat dux populi z requirebat eum populus in omnibus que fieri debebant. contingebat tamen interdum vt ipse moyses nesciret respondere ad ea q̄ querebantur: z tunc inquirebat a domino responsum sicut patet cū interrogauerunt eum filie salphaad de hereditate patris sui: z il le nesciens respondere requisiuit a domino vt habetur Nume. 27. ca. z alibi ipse moyses confitetur hoc vt habetur Exo. 18. c. vbi dixit moyses ad ietro socerum suum. venit ad me populus querens sententiam dei. tamen non poterat ab eo populus habere sententiam dei nisi ille ipsam primo a deo haberet. z quia contingeret sepe ipsum moysen ignorare qd responderet populo inquirenti: oportebat vt haberet potestatem introeundi multotiens intra sancta sanctorum. z quia iste vices quibus moyses nesciret respondere populo erant indeterminate necessarium erat vt daretur ei potestas introeundi in sancta sanctorum quotienscunq; voluerit. s. quotiens fierent iste questiones ou bie. z ista causa satis innuitur Nume. 7. cap̄. cum dicitur. cunq; ingrederetur moyses tabernaculum federis vt consuleret oraculum: audiebat vocem loq̄ntis ad se ō propitiatorio qō erat super arcam testimonij inter duos cherubim vnde loquebat ei.

¶ De sacerdote magno aliter dicendū est. s. q̄ solum introibat intra sancta sanctorum semel in anno. cuius causa est quia soluz erat necessitas ad semel ingrediendum. z erat in hoc quia i die propitiationis in qua fiebat generalis expiatio pro peccatis et reconciliatio omnium immundiciarum debebat esse quedam aspersio sanguinis contra propitiatorium ad emundationem sicut magis declarabitur. ad qō erat necessarium vt aliquis sacerdos intraret intra sancta sanctorum. nam non conueniebat hoc moysi: q̄z ipse prophęta erat z non sacerdos. ideo cerimonie iste que fiebant in die expiationis cum essent pure sacerdotales non debebant fieri per ipsum sed per sacerdotes. z q̄z inter sacerdotes dignior erat summus sacerdos z ista erat maxima ministratio: pertinebat igitur ad summum sacerdotem: et quoniam solum semel in anno fiebat ista expiatio solum semel quolibet anno poterat introire summus sacerdos intra sancta sanctorum. ¶ De sacerdotibus autem minoribus aliter dicendum est. s. q̄ ipsi non intrarent aliquo tempore in sancta sanctorum. cuius causa est: quia non erat aliqua necessitas in eis: z apparet quia si illuc introirent: aut hoc esset ad inquirendum aliquid a deo qō non conueniebat: quia hoc solum pertinebat ad moysen: aut introirent ad faciendum aliquas cerimonias sacerdotales. z hoc etiam non conueniebat quia ad sacerdotem magnum ista pertinebant. nunquā ergo erat licitum minoribus sacerdotibus introire in sancta sanctorum dum erectū ē scūarīū.

¶ Quare summus sacerdos cum introiret intra sancta sanctorū ferebat ante se thymiama: moyses autem non. Qō. 4.

Queret autem aliquis quare summus sacerdos cum introiret intra sancta sanctorū ferebat ante se thymiama super prunas: z moyses cum illuc introibat nihil ferebat. ¶ Respondendum est q̄ planum est de sacerdote magno quare ante se portaret thymiama: quia. ī. in littera dicitur q̄ ꝫ fiebat vt vapor ascendens operiret propitiatorium vt sacerdos non videret. De moyse autem quare nō faceret idem. causa est q̄z summus sacerdos faciebat hoc vt non videret formam illā apparentem super propitiatoriū. Et hoc propter duo. primo q̄z indignus erat tali visione. Secundo quia ex hoc posset hīe occasionem idolatrandi: moyses aūt neutrum horuz habebat. De primo patet quoniam ipse dignus erat videre illam formā corporis cum deus eum maioribus dignum fecisset et ostenderet quedam alia que erant magis demonstratiua glorie sue. sic habetur Exo. 33. cap̄. cum dicitur. loquebatur autem dominus ad moysē facie ad faciem sicut loqui solet ad amicum suum. z postea in eodem. c. dicitur. inuenisti gratiam coram me z teipsum noui ex nomine. Et cum moyses diceret. ostende mihi gloriam tuam. respondit deus. ego ostendam oē bonum tibi. dignus igitur erat hac visione. Item secunda causa non erat in eo. s. q̄ ipse induceretur ad idolatriam per illam formam visaz quoniam ipse nouerat quid erant omnia hec. z sic sciret quid adorare deberet vt deuz: z quid erat representatiuum dei z nō adorandum. habebat enim se moyses ad summum sacerdotem sicut se habebat summus sacerdos ad minores sacerdotes. nam isti minores non erant digni videre illam formam corporis in propitiatorio nec audire vocem eius: summus autem sacerdos dignus habebatur audire vocem istam sed non videre formaz illam. ideo quāquā intraret in sanctuarium interius tamen ferebat coram se thymiama cum nihil ibi videre posset. Moyses autem ad vtrunq; dignus erat. s. ad videndam formam z audiendam vocem: ideo non oportebat vt coram se thymiama intro ferret.

¶ Sed adhuc queret aliquis quare sacerdotes minores intrabant in sancta sanctorum cum deponendum esset sanctuarium: quia tunc eodem modo viderent indigni videre ea que erant intra sancta sanctorum. ☐ Respōdendum est q̄ non erat ibi aliquid fm qō isti essent indigni ad videndum. nam ille angelus qui habebat ibi corpus aereum formatū non manebat ibidem cum deponebatur sanctuariuz. qō apparet q̄z iste erat angelus qui mouebat columnam nubis. et ista semper pendebat super tabernaculum quando castra manebant vt habetur Exo. 41. ca. z Numeri. 9. ca. tunc autem poterat angelus ille conuenienter esse intra sancta sanctorum in propitiatorio. cum autem castra mouenda forent oportebat vt primo colūna nubis eleuaretur de super tabernaculum deferens illud: z tūc sacerdotes deponebant tabernaculum ad portandū: z alij israelite deponebant tentoria sua vt habetur Nume. 9. et. 10. cap̄. Quando igitur sacerdotes deponebant sanctuarium non erat angelus in corpore formato in propitiatorio. z sic quamquā intrarent nihil viderent nisi ipsam arcaz z cherubim z ad hoc nō erant indigni. Conueniens ergo erat vt sacerdotes minores tunc introirent intra sancta sanctorum: alias autem nunquam vt patet Nume. 3. cap̄. Potissime cum tunc necessitas exigeret vt introirent tunc sacerdotes minores illuc. Alioquin enim nō deponeretur sanctuarium: et non introferebat tunc sacerdos magnus thymiama coram se z aliis sacerdotibus. non enim sub sistebat causa que alias. Fiebat namq; ista incensio thymiamatis vt de fumo ascendente obnubilaretur tota domus intra sancta sanctorum ne sacerdos videre posset formā corporis que erat super propitiatorium. nunc autem cum introibant ad deponendum sanctuarium iam recesserat angelus qui erat in corpore illo aereo super propitiatorium: quia eleuauerat columnam nubis ad mouendum castra vt̄. declaratum est. nihil ergo ibi videri poterat: z consequenter non erat necessarium ponere thymiama ad operiendum aliquid. (Ne omni tempore ingrediatur sanctuarium.) Accipitur hic sanctuarium specialiter pro particula vltima sanctuarij que erat sancta sanctorum: z declaratur per id quod sequitur. s. sanctuarium qō est intra velū. nam non erat aliqō aliud sanctuarium intra velum nisi sancta sanctorum: alie namq; partes exterius erant. (Quod est intra velum coram propitiatorio.) Velum accipitur hic pro quadā cortina que erat intra duas partes sanctuarij ipsius tabernaculi distinguens eas ad inuicem: z prima pars vocabatur sanctuz secunda vocabatur sancta sanctorum. et ista erat intra velum. (Coraz propitiatorio.) Ista determinatio non refertur ad ista que immediate sunt dicta: quia tunc esset sensus q̄ sanctuariuz qō est intra velum. i. sancta sanctorum esset coram propitiatorio. Sed falsum est quia ipsum propitiatorium erat intra sancta sanctorum. ergo non poterat dici sancta sanctorum interius esse coram propitiatorio: quoniam quando duo sunt quorum vnum ante alterum est illa ab inuicem distincta esse oportet: ita q̄ vnum non sit pars alterius: quia nec totum est ante par-

Moyses q̄re intrabat i scā scōz quotiēs volebat z videbat corpus.

Sūmus sacerdos semel i anno introibat i sctā sanctoz.

Minores sacerdotes nūquā itrabāt i sctā sanctoz.

Rñ. ad q̄stū qō. 1. Cā.

Qō. 5.

Qr minores sacdotes intrabāt i scā scōrū cū deponēdū esset scūariū. ☐ Rñsio ad q̄stū.

Qñ minores sacdotes intrabāt non erat ibi angelus.

†

†

†

tem nec pars ante totum: cum vnum non ponat numerum contra alterum. sed refertur ista determinatio ad verbum qō ponebatur superius. s. non ingrediatur. ꝛ tunc est sensus non ingrediatur aaron coram propitiatorio quo tegitur arca in sanctuariū qō est intra velū. Vocatur propitiatoriū quedam tabula facta de auro purissimo que erat super arcam tanquā eius coopertorium: ꝛ super istam tabulam erant duo cherubim productiles ex illa. vocabatur autem ista tabula propitiatorium: quia ibi deus sedere dicebatur ꝛ cum oraretur ibi pro remissiōe peccatorum remittebat: qō est propitiari. Vocatur etiaz ista tabula oraculum vt patet immediate. cuius causa. j. subiungetur. Dicebatur introire sacerdos coram propitiatorio nominando istaz particulam tanquam specialiorem. ꝛ hoc quia super eam deus sedere dicebatur vt habetur immediate cum dicitur q in nube apparebo super oraculum. ꝛ contra istam partez sacerdos se inclinabat ꝛ orabat. debuit igitur hec specialius nominari coram qua apparet. (Quo tegitur arca.) i. q propitiatorium est id quo arca cooperitur. Ex hoc apparet veritas de positione propitiatorij. Aliqui. n. voluerunt q esset quedaz tabula aurea existens vltra arcam elevata per aliquantum spatium ꝛ ipsa non esset coopertorium arce ſz sedes dei: ꝛ coopertorium arce esset scabellum pedum dei vt dictum fuit Exodi. 25. ¶ Ista tamen positio apparet hic falsa: quia dicitur q arca tegitur propitiatorio ipsum igitur est coopertoriū arce: nec ponitur aliqua alia tabula elevata aliquatenus supra arcaz. ꝛ de extremitatibus huius propitiatorij producebantur duo cherubim aurei tegentes propitiatorium alis suis. de quibus latius dictum est Exo. 25. et. 37. ca. (Ut non moriatur.) i. si introierit quolibet tempore aaron intra sancta sanctorum morietur quoniam hoc erat sibi positum pro lege vt solum ingrederetur in sancta sanctorum in die propitiationis vt apparet hic ex littera. si ergo alio tempore intrare vellet transgrederetur cerimonias dei ꝛ moreretur: sic dictum fuit de duobus filijs eius. ō. 10. ca. ꝛ hic etiam fuerunt adducti in recordationem vt aarō timeret sibi morte sicut duo filij eius incurrerunt si prevaricaret cerimonias. (Quia in nube apparebo super oraculum.) Ista est causa superiorum. s. q non introiret aaron omni tempore intra sancta sanctorum: qz deus ibi apparebat ꝛ aaron erat indignus illa visione. ¶ Sed dicet aliquis q ista non videbatur esse causa superiorum. nam si ideo non intraret aaron in sancta sanctorum omni tempore qz deus appebat super propitiatorium: etiam nullo tempore introisset quoniam semper apparebat deus ibi nisi cū castra mouebantur. Etiam satis videtur littera inferior repugnare huic causalitati cum dicitur q aaron quādo introibat in sancta sanctorum portabat ante se thymiama: vt fumus inde ascendēs operiret propitiatorium ne aliquid videretur. Colligitur ergo q deus tunc apparebat super propitiatorium in nube: alꝫ non mandaretur q cremaretur thymiama sicut non mandatur quā do introibant sacerdotes ad deponendum sanctuarium vt habetur Nu. 4. c. ¶ Dicendum est ergo q ista causalitas non est referenda ad ea sola q̄ dicta sunt sed ad inferioza cum inferioribus. s. non ingrediatur aaron intra velum sanctuarij coz̄ propitiatorio omni tempore nisi quando fecerit ea que sequuntur. j. s. offerendo sacrificia que. j. ponūtur: ꝛ portando ante se incensum thymiama. ꝛ tunc est causalitas conueniens. s. q apparebo in nube super oraculū. i. nō ingrediatur aaron omni tpe nisi quando fecerit omnia que. j. habentur. ꝛ ego apparebo sup oraculū in nube. i. si fecerit ea que. j. habentur non videbit me ꝛ vivet. si autē non fecerit illa videbit me ꝛ morietur. ꝛ hoc solum: qz super oraculum apparebo: ꝛ si ibi nō appareres quamuis intraret omni tempore non moreretur. ¶ Sciendum q deus nō imponebat istam. l. moysi: qz ipse introibat quotiēscunq; volebat intra sancta sanctorum ꝛ nihil horum faciebat. ꝛ causa huius est qz deus magis acceptabat moysen q̄ omnes alios: ideo monstrabat ei effigiem illam corporeā existentē super propitiatoriū quā nulli alij mōstrabat. ꝛ si aliqs eā vidisset moreret.

¶ Consiederandū ē circa hoc q sacerdos magnus non introibat intra sancta sanctorum nisi semel in anno: ꝛ ex ista littera aliq̄liter colligitur nō tm multū directe: quoniā hic solū dicit q sacerdos magnus nō intraret ol tpe intra sancta sanctorum nisi qñ faceret cerimonias que habentur hic. Cū igitur eas faceret videbat licitū eē ei introire. ꝛ si in quolibet anno quadragesies iste cerimōie fierent quadragesies posset intrare summus sacerdos in scā scōrū. Sed inducit ex alio capite. s. q nunquā sacerdos faciebat istas cerimonias nisi in die ppitiationis cū solum in hac die mandarentur fieri vt habetur in fine huius. c. ergo in die propitiationis solum licebat sacerdoti introire in sancta sanctorum. hoc tm manifestius habet ad Hebre. c. 9. cū dicit q in priori tabernaculo. s. in prima parte semp introibant sacerdotes sacrificiorū officia cōsumantes: in scō autem solū semel in anno solus pontifex non sine sanguine. ¶ Q; autem dicitur hic q in nube apparebo nō est sensus q ipse deus appareat super propitiatoriū: quoniā ille qui apparebat super ppitiatoriū erat qui ibidē loquebatur: deus tm loqui nō poterat super propitiatoriū vel alibi. ergo nō apparebat ficut. ō. probatū est. ſz angelus erat qui ibi apparebat vel loquebatur: angelus tm tāquā deus accipitur in vete. testa. sepissime ꝛ ipse vocat deus vt habetur Exo. 20. c. vbi dixit. ego sum dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti. ꝛ tamen iste qui loquebatur angelus erat: quia lex non fuit data per deum sed per angelos vt habetur ad Hala. c. 3. cū dr. lex ordinata p angelos in manu mediatoris. i. data israelitis per angelos: ꝛ hoc in manu mediatoris. i. i manu moysi g erat mediator inter deū ꝛ populū vt habet Deutero. 5. ca. ¶ Dz aut hic in nube apparebo qñ ſm nicolaū intellr dupliciter. Uno modo pro nube colūnari que dirigebat israelitas in via. s. q in illa apparebat deus. vel dicit q accipitur nubes pro nebula insurgēte vel fumo ex thuribulo thymiamatis operiente propitiatorium. Sed nulla istarum positionū potest stare. ō prima manifestū est quoniā necessariū est q ista nubes de qua hic dicitur esset intra tectū sancti sanctorū cū dicatur hic. i. nube apparebo super oraculū. Sed ista nubes que dirigebat israelitas non erat intra sancta sanctorum: sed pendebat super sanctuariuz elevata in aere ita vt viderent eam israelite per diē ꝛ per noctē vt habet Exo. 40. c. ꝛ Numeri. 9. c. ergo non erat ista nubes de qua dicitur hic. ¶ Sed forte obijcies q etiā ista nubes esset intra sanctuarium sicut extra sic patet Exo. 40. c. cū dicitur q consūmato tabernaculo repleuit illud deus nube ita vt non posset moyses introire in illud nube tegente omnia. ¶ Respōdenduz est ad hoc q ista nubes siue nebula que operuit totā domuz tabernaculi intus ꝛ extra non semper fuit in tabernaculo: sed solum immediate postquā consumatum est ad signandū gloriam dei acceptantis tabernaculum illud in domum suam. q autem non manssisset illa nubes implens tabernaculum semper in illo apparet qz Exo. 40. c. dicitur q moyses nō poterat ingredi tectum federis nube operiente omnia ꝛ coruscante. si ergo manssisset ista nubes nunquā potuissent ingredi sacerdotes ad ministrandū. sed postea introierūt vt apparet ex supradictis. ō. 8. et. 9. et. 10. cap. ergo non manſit ibi semper. Q; autem apparuerit ista nubes ad solam gloriam dei ꝛ acceptationem illius domus apparet ex simili: quoniam idem factum est cum salomon consūmauit templum vt apparet. 3. Re. 8. ca. cum dicitur. factū est cum exissent sacerdotes de sanctuario nebula impleuit domum domini: ꝛ non poterant sacerdotes stare ꝛ ministrare p̄pter nebulam qz gloria domini impleuerat domum. illa tamen nebula postea cessauit ꝛ ministrauerunt sacerdotes. ¶ Item si daremus q ista nebula semper extitisset in sanctuario videtur repugnare littere huic: quoniam tunc non esset aliquod speciale signum super propitiatorium cum in toto tabernaculo appareret illa nebula vel nubes. Hic tamen assignatur hoc tanquā aliquid speciale: qz dicitur apparebo in nube super oraculuz. q. d. sup oraculū apparebo ꝛ non alibi. ¶ Itē satis videt repugnare huic littere si accipiatur nubes p illa que dirigebat israelitas in via: ꝛ daretur q illa esset partim intra sancta sanctorū ꝛ partim. ō. pendens: quoniam dicitur hic q sacerdos morere si intraret omni tempore intra sancta sanctorum. ꝛ hoc quia apparebat deus in nube: sed nubes ista erat apparens etiā. ō. tabernaculum ergo illi qui viderent eā extra morerentur. Sed falsum est qz omnes israelite p tentoria sua videbant nubem precedentem super tabernaculum per diem: ꝛ speciem ignis p noctem vt habetur Exo. 40. c. nemo tamen moriebatur. ¶ Item nō ꝑt stare ista positio qz cū nubes ista staret super tabernaculo vt patet Nu. 9. ca. si poneretur q eadē eēt intra sancta sanctorum oportebat q pars eius esset supra tectū tabernaculi et pars eius. j. tectū. Sed hoc stare nō potest qz cū tabernaculum habeat q̄ttuor coopertoria. s. de corrinis ꝛ de sagis ꝛ de pellib⁹ arietū rubricatis ꝛ ō pellib⁹ byacithinis vt habet Exo. 26. c. mediarēt ista q̄ttuor opimēta iter nubē inferiorē ꝛ ptez eius superiores ꝛ tunc iam non essent eius partes: qz solum est aliquid pars qñ est in toto: cum vero deinde ablatum fuerit nec pars ē nec habet totum. non stat igitur ista positio. ¶ Secunda positio nicolai est ꝛ etiam non stat: quoniam dicebat q poterat intelligi de nebula insurgente ex thymiamate. nam littera ista repugnat

Littere expō.

Expō nicolai.

An nubes in q̄ dz deus apparere eēt nubes columnaris.

Jmp. B

Obiectō

Rñsio.

An dici possit q nubes dirigēs israelitas eēt intra scūariuz ꝛ ex ſm ptes. 1. Rō.

2. Rō.

3. Rō.

4. Rō.

Tabnaculum q̄ttuor bēbat coopertoria.

An nubes i q̄ ō us appebat pos-

Nōnulloꝝ opinio.

Improbō.

Obiectio.

Rñsio.

Notandū.

Qō. 6. A

An sacdos magn⁹ introiret pluries i anno intra sancta sanctoruz.

fit dici nebula surgēs ex thymiamate qō ferebat sacerdos

gnat multum ad hoc q ponatur hoc pro causa quare non deberet introire summus sacerdos in sancta sanctorum: et si forte ipse non obseruaret omnia que infra dicūtur mozeretur: z hoc quia apparebat dominus super propitiatozium. Si tamē diceretur apparere in nube ꝓpter vapozem exhalatum a thymiamate: si aaron non ferret ante se incēsum thymiama: nō appareret deus in nebula: cum nulla nebula esset: ideo non haberet causam quare mozeretur quādo introiret non ferendo cozā se thymiama: quia tunc non appareret deus in nebula. Et tamē econtrario totaliter est: quia si aaron ante se ferret thymiama nunq̄ mozeretur. si autē non ferret mozeretur. nō igitur potest intelligi de hac nebula. ¶ Item patet hoc: qz deus iussit q sacerdos magnus ferret cozam se thymiama vt vapoz inde ascē dens operiat tabernaculum propitiatozij qō operiri deberet a fumo surgente ex thymiamate: z illud erat in quo dominus apparebat. ¶ Item nō pōt hoc stare: quia dicitur in littera q deus apparebat super ozaculum: idest super propitiatoziū. Si tamen accipiatur ista nebula in qua apparebat deus pro illa que surgebat ex thymiamate incenso: non conuenienter stat littera: quia tunc non solum appareret deus super ozaculum: sed etiaz intra totam domum sancti sanctorum cum per eam vapoz ille spargeretur. ¶ Dicendū est ergo q intelligitur deus apparere in nube super ozaculum: quia ille angelus qui erat in sancta sanctorum ad respondendum questionibus quas faceret sacerdos assumebat cozpus de aere multum densato ad formandū ibi vo ces sicut supra ꝓbatū est in hoc.c. z erat istud cozpus sup propi tiatozium inter duos cherubim. vt ergo non videretur aliqua liter illa figura que erat multum visibilis ꝓpter densitatem cir cumfundebat deus aliquā nubē vt illa impediret visum. z pre ter hoc addebatur vapoz surgens ex thymiamate. Vel potest di ci q deus appareret in nebula: idest in cozpore illo formato de aere nō adiacente aliqua alia nebula in circuitu illius cozporis. ipsum tamen cozpus vocaretur nebula vel nubes: quia erat fa ctum de aere condensato: qō pertinet ad modum cuiusdam nu bis vel nebule. z hoc dato adhuc erat maioz necessitas creman di thymiama in sancta sanctorum ad operiendum propitiato rium: vt sic circūfunderetur illud cozpus nebula ne videretur. (Super ozaculum). i. super propitiatoziū. ¶ Idem enim ista duo sunt. quare enim vocetur propitiatozium supra dictuz est. Quare autē ozaculum causa ista est. dicitur enim ozaculū ab ozando: quia ante illud ozabatur cum ibi videretur esse deus: sicut hic dicitur q in nube apparebit: sed non ozabat cōtra ali quā aliam partem. Vel vocatur ozaculū: idest responsum: quia deus ibi dabat responsa sacerdoti intranti. z isto modo accipi tur in iuribus humanis cum dicitur q aliquis petit sibi respon deri viue vocis ozaculo: idest habere responsuz in voce. sic etiā accipitur Nume.7.c. cum dicitur. cum egrederetur moyses vt consuleret ozaculū: idest oum inquireret responsum. ¶ Aliqui autem dicunt q quādo sacerdos magnus introire debebat in sancta sanctorum ferebat vestem byacinthinam habentem tin tinabula: vt introeunte illo audiretur sonus intra sancta sancto rum z recederet inde gloria dei apparens. Sed hoc falsum est: quia non ferebat sacerdos vestem istā quādo introibat in san cta sanctorum: sed solum quattuoz vestes lineas: scilicet semina lia: z albam: z cidarim: z baltheum vt patet infra in littera. nul la tamē istarum vestium habebat tintinabula: sed solum vestis byacinthina vt habetur Exo.28.c. ¶ Item non pōt hoc stare: scilicet q gloria domini recederet de sancta sanctorum quādo introiret sacerdos: immo magis tunc ibi deberet stare cū esset panda responsio sacerdoti. Item patet falsum: quia hic dicitur q appareret dominus super ozaculum quando introiret inde. Itē nō pōt stare: qz infra dz q sacerdos cremaret thymiama vt vapoz ide cōsurgēs operiret ꝓpitiatoziū. q̄ aliqd erat i ꝓpitiato riū qō operiendū erat: alioquin superfluū foret cremare thymia ma. hoc autem erat gloria domini. (Nisi hec ante fecerit.) Hic ponitur determinatio superiorum: scilicet q sacerdos nunq̄ in troiret in sancta sanctorum nisi prius faceret hec que sequūtur. Si autē aliquid eorum omitteret mozeretur cuz intraret. Et ex hoc aliqualiter concluditur q soluz in die propitiationis sacer dos magnus introiret in sancta sanctorum: z quia nunq̄ debe bat nisi ista faceret introire: z nūq̄ faciebat nisi in die expiatio nis: quia iste ritus solum datur pro illa die. ergo tunc solum in trabat sacerdos intra sancta sanctorum sicut declarat Apostol. ad Hebre.9.c. scilicet q semel in anno illuc itroiret. z satis etiā ibidem declaratur q hoc esset in die expiationis cum dicitur: in secundo autem semel in anno solus pontifex nō sine sangui ne quem offerret pro sua z populi ignorātia. sed non offerebat sacerdos pro se z pro populo nisi in die expiationis de qua hic dicitur. (Vitulum pro peccato offerret.) Hic ponuntur sacrifi cia que facere deberet sacerdos ante introitum. z dicitur q of feret vitulum pro peccato: z arietem in holocaustum: ideo ponū tur hic omnia sacrificia: quia solum ponuntur duo. erant tamē plura ſm q apparet in littera. nam infra ponitur q offerrētur duo bini de quibus hic nihil dicit. etiā q offerretur holocau stum pro populo z pro sacerdote. erant igitur ad minus quinq animalia: scilicet duo bini: z duo alia in holocaustum z vnus vitulus pro peccato. Dicitur autē q offerret ista sacrificia. intel ligendo etiā omnia alia: qm̄ infra ponitur q prius deberet im molari hircus pro peccato populi q̄ introiret sacerdos in san cta sanctorum. z hoc qz ferre debebat de sanguine illius bini z vituli ad aspergendum intra sancta sanctorum. ¶ Etiā intelli gendum est cum hic dicitur q offerrētur ista sacrificia: idest q presentarētur cozam domino anteq̄ sacerdos introiret in san cta sanctorum. nō tamē q offerret: idest q immolaret z faceret alias cerimonias. nam nō immolabātur omnia ista ante introi tum. qō patet qz infra dicitur q postq̄ sacerdos exiret de san cto sanctoꝝ offerret holocaustum suum z populi vt ꝑz infra in littera. cuius aries de quo hic dicitur q offerretur nō offereba tur. i. immolabatur. sz offerebatur. i. ꝓsentabat cozā domino vt postea offerretur. sola autē animalia que erant pro peccato im molabantur ante introitum in sancta sanctoꝝ. s. iste vitulus de quo hic dicit. z vnus hircuz pro peccato populi. hoc ꝑz infra: qz dicit q sacerdos portaret sanguinem istoꝝ duoꝝ intra sancta sanctoruz. (Vitulum pro peccato offeret). s. pro peccato suo z domus sue. s. omniū alioꝝ sacerdotū. Primo nāq̄ sacerdos of ferebat pro peccato suo q̄ pro peccato populi. cuius causa est: qz ad hoc q deus acceptaret preces sacerdotis oportebat vt ipse esset mundus: z hoc cū ozaret pro alio. cū autē pro seipso ozaret nō est necessarium vt sit mundus: sed qualitercūq̄ se habeat su scipitur ozatio. de bis z causis bozū latius dictum fuit Exo.28. c. Q: aūt iste vitulus esset pro peccato sacerdotū apparet infra cuz dicitur q offerret vitulum z ozabit pro se: deinde assumet duos bircos: z vnum offeret pro peccato populi. ergo vitulus pro peccato sacerdotū erat. ¶ Aliqui enim dicūt q sacerdotes offerebant vitulum in memoriā peccati aaron: qz fabricauit vi tulum aureum. Sed hoc nihil est: quia nō solum pro sacerdote magno offerebatur vitulus sed etiā pro populo interdū: vt cum totus populus peccaret per ignorantiam vt habetur supra.4.c. Sed dicendū q offerebatur vitulus: qz est sacrificium magnū z cozrespondebat peccato sacerdotum: quia magnum est. sicut fuit declaratum eo.c. ideo q̄q̄ peccatū populi totius esset val de magnū: tamē quādo cōparabat ad peccatū sacerdotū maius erat peccatū sacerdotū. sicut declarauimus supra.4.c. ideo q̄q̄ pro peccato populi interdū offeratur sacrificium vituli vt habet eodē.c. tamē quādo simul offerebatur sacrificium pro peccato sa cerdotū z pro peccato populi: nō offerretur vitulus pro popu lo vt esset differētia inter sacrificium populi z sacerdotū. qō ap paret hic. nā pro sacerdotibus fuit oblatus vitulus: pro popu lo autē hircus. idem habet supra.9.c. cū in prima die ministra tionis mandatū est vt sacerdotes offerrent pro peccato suo vi tulum: z populus offerret pro peccato suo hircum.

¶ Pro quo peccato hic offerebant sacerdotes. Questio.8.

Queret autē aliquis qō erat peccatuz pro quo sacerdo tes offerebant hic. ¶ Et forte respōderi posset sicut respōdebat supra.12.et.14.et.15.c. ad similes qōnes. s. q nō offerebatur pro aliquo spāli peccato: sed pro peccato ipsius offerentis quecūq̄ illa essent. Sz adhuc magis ꝓprie in pīti re spōderi pōt. s. q sacerdos offerebat istud sacrificium pro peccato suo. i. ꝓ peccatis ignorātie: qz aliquādo peccabat sacerdos ma gnus per ignorātiam: z nō solū ipse: sed etiā faciebat delinque re populum vt patet supra.4.c. Q: aūt pro istis peccatis ignorā tie sacerdos tūc offerret patet ad Hebre.c.9.cū dicit. in secūdo autē semel in anno soluz pontifex nō sine sanguine quē offerret pro sua z pro populi ignorantia. iste tamē sanguis erat de vitu lo z hirco. ergo ista duo animalia offerebantur pro peccatis ignorantie. z forte dici potest ſm aliquem q nō accipit Apostolus de peccatis ignorātie quādo scit q facta sunt tamē nescit q peccata sunt ita q errat in iure z nō in facto: sed q intelligit offerri hoc pro peccatis ignorantie: scilicet ꝓ peccatis que facta sunt z ignorantur: ita q nesciuntur peccata esse nec facta esse: z tunc est ignorantia in iure z in facto. sicut cum aliquis peni tet de peccatis que putat se fecisse z oblitum fuisse. nescit enim

2.rō

3.rō.

D Qūo itelligat de uz apparere i nube sup ozaculū.

Qō.7 A Qr ꝓpitiatoziū vocetur ozaculū.

An qñ sacerdos magnus introiret i scā scōz indutus eet veste byacithina cū tintinabulis

2.rō.

3.rō.

4.rō.

†

D

Notādū.

† Qr sacerdos primo offerebat pro pctō suo q̄ pro alijs.

An sacerdos offerret vitulū i memoriā pcti aarō. Vitul' q̄re offerebat.

A Rñ. ad qñ.

quid fecerit. ⁊ ista positio videtur esse rationabilis pro tanto: quia si totus populus vel aliquis de populo per se peccasset faciebat specialia sacrificia preter diez expiationis de qua datur regula supra.4 et.5.c. In die autez expiationis pro aliquo magis generali orabat ⁊ faciebat sacrificia. ¶Sed adhuc magis dicēdum videtur q̄ ista peccata pro quibus hic orabatur erāt aliqua peccata preter ignorantias. vt cum aliquis ageret ex malicia vel ex passione aut alīs. ⁊ patet quia hic dicitur q̄ sacerdos accipiebat duos hircos pro peccato populi: ⁊ vnuz immolabat. alteri vero confitebatur: ⁊ omnia debita ⁊ iniquitates populi imprecās super caput eius vt habetur infra. ergo pro eisdē peccatis videbatur immolari hircus ⁊ vitulus de quo hic que cōfitebatur sacerdos hirco. sed illa erant peccata nō solū per ignorantiam: sed etiaz per maliciam. ⁊ patet cum distinguat littera infra dicens. confiteatur iniquitates filiorum israel ⁊ vniuersa delicta atq; peccata. iniquitates autez vocat peccata ex malicia facta que alīs scelera nominātur. delicta aūt ⁊ peccata ad omissiones ⁊ ignorantias pertinent: ideo omnia genera peccatorum confitebatur sacerdos hirco. ¶Dicēdū est igitur q̄ omnia peccata que fecisset populus ⁊ sacerdotes ⁊ manifesta essent confitebatur sacerdos hirco: ⁊ hoc siue essent per ignorātiā: siue per maliciam: siue alīs. ⁊ aliqua istorum peccatorum erant pro quibus alīs facta fuerant sacrificia. alia autē erant pro quibus nullum sacrificium factum extiterat. ⁊ hoc conueniens erat q̄ pro aliquo peccato bis fieret sacrificium. nam primo fiebat specialiter ꝓ illo solo iuxta regulas traditas supra.4.et.5.c. in die autem propitiationis fiebat sacrificiū generaliter pro illo ⁊ alijs. Sic enim ecclesia facit: quoniā specialiter orat faciens solēnitates sanctorum singulorum: deinde facit vnam solennitatez pro omnibus sanctis semel in anno: ⁊ ibi pro quolibet eorum generaliter solēnitatem facit. ¶Cum autez obijciatur de dicto apostoli. s. q̄ sacerdos offerebat illum sanguinē pro ignorantia sua ⁊ totius populi. Dicendum est q̄ non solum accipitur ibi ignorantia pro peccato facto per ignorātiam: sed etiā pro omnibus peccatis. Est enim in omnibus peccatis ignorantia vt ait Arist. ethico. lib. 3. scilicet omnis peccans est ignorans. sed que ignorantia dicatur esse ista: scilicet an dicatur factum per ignorantiam: vel ꝓpter ignorantiam declarauimus supra.4.c. Apostolus autē accipit large ignorantiam. Non potest autē accipi hic ignorantia eo modo quo quidam dixerunt. s. pro peccatis que facta sunt ⁊ nescitur an facta sint vel si peccata sunt: qd̄ est ignorare ius ⁊ factum. nam repugnat littere inferiori ista positio cū dicatur vt confiteretur sacerdos peccata ⁊ iniquitates populi hirco. Si tamē ignoraret quid factum est impossibile est q̄ confiteretur. patet igitur ex predictis que peccata erant pro quibus offerebatur vitulus vel hircus. (Et arietem in holocaustum.) Istud erat alterum sacrificium: sed nō immolabatur anteq̄ sacerdos introiret intra sancta sanctorum. postea enim exiens faciebat vt pz in littera infra. ¶Causa diuersitatis est inter holocaustum ⁊ sacrificium pro peccato: qz de sanguine sacrificij pro peccato introducebatur intra sancta sanctorum ad aspergendū coram propitiatorio: ideo oportebat vt prius immolaret istud sacrificium q̄ introiret sacerdos. sanguis autē holocaustorum non ferebatur intra sancta sanctorum: ideo sufficiebat illa immolari postq̄ sacerdos exiret de interiori sanctuario: cum dictū sit q̄ offerret holocaustuz pro populo ⁊ pro sacerdotibus. ¶Dubitabit aliquis: iste aries de quo hic dicitur an offeratur pro sacerdotibus an pro populo. Et videtur dicēdū q̄ offerretur pro populo. qō patet infra cuz dicitur. suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorum israel duos hircos pro peccato ⁊ vnum arietem in holocaustum. Si autē sacrificium holocausti sacerdotū esset aries: non videt hic de istis sacrificijs. non enim ponit hic ritus totaliter q̄q̄ aliquid dicat infra. ⁊ hoc quia supra in principio huius libri posite sunt leges eorum. (Tunica linea vestietur.) Hic ponuntur duo vestimēta quibus induebat sacerdos ad hoc q̄ introiret in sancta sanctorum. ¶Pro quo sciēdum q̄ sacerdos gerebat in die ꝓpitiationis duo officia. Primum erat quantum ad ipsam expiationem quā faciebat in aspergendo sanguinem intra sancta sanctorum. Secundum erat in executione holocaustorum. in his autē non vtebatur eisdem vestibus. nam ad expiandum intra sancta sanctoruz accipiebat q̄ttuor vestes minores que alijs inferioribus sacerdotibus pertinebāt. in holocaustis autē accipiebat alia sicut infra patet. de causis autē mutationis istarum vestium. ⁊ quare acciperet meliores vestes sacerdos cum faciebat holocausta in atrio tabernaculi q̄q̄ cum introibat in sancta sanctorum infra declarabitur. Inter has autem vestes ad introeundum in sancta sanctorū prima erat tunica linea facta de lino candidissimo. ⁊ aliquādo vocatur tunica byssina: que dicitur quedā species candidissimi ⁊ delicatissimi lini. vocatur etiā interdū linea stricta vt patet Exo.28.et.29.c. ⁊ hoc est ꝓpter habitudinem quā habebat ad corpus. s. quia stricta erat ne flueret lata sicut vestis byacinthina. Ista ponitur hic prima inter omnes vestes. nō quidē q̄ ipsa sm ordinem prima fuerit. primo nāq; seminalia linea sacerdos accipiebat: deinde vero cetera vestimēta. ⁊ hoc quia seminalia sunt ex maiori necessitate. de his Exo.28.c. Ponit tamē hic primo de tunica linea: quia in vestibus que corpus tāgebāt operiēdo ipsa erat prima. ista autē tunica linea nō habebat aliquem alium colorem nisi figurationem in seipsa: sed tota alba erat. hanc autem suscipiebat sacerdos immediate depositis qui busdā ornamentis suis cōmunibus sicut fit in sacerdotibus nostris cum missarum officia celebraturi sunt: quia depositis quibusdam cōmunibus vestibus induunt vestes quādam que vocatur alba. (Seminalibus lineis verenda celabit.) Istud quāuis esset primum ornamentum sm ordinem nature: tamen fuit positum in secūdo loco. causa autē huius supra tacta est. vel dicendum q̄ interdum in ordine talium rerum nihil differt. Ista seminalia erant linea. s. de bysso sicut dictū fuit de tunica ⁊ perueniebāt vsq; ad renes vt habetur Exo.28.c. De causa autē huius vestis vel ornatus sacerdotalis quare in veteri testamento apud omnes ministrantes fuerit: ⁊ similiter in nouo dictum fuit eodem.c. ¶Ista seminalia erant vestes cōmunes tam maiorum q̄q̄ minorum sacerdotum. nec quisquā poterat sine eis ministrare: alioquin mozeretur vt habetur Exo.28. Uocātur aūt ista seminalia non a seminis vt aliqui imperiti voluerūt: sed a femoralibus tegendis. femur enī pars quedā cruris est que per ista ornamenta tegitur: ideo ista seminalia vocata sunt. dicebat autē deus q̄ sacerdotes induerent seminalia linea: qz nō intelligitur hoc de seminalibus cōmunibus que ipsi per diez ⁊ noctē gerebant: sed de quibusdaz seminalibus sacris que erāt in sanctuario. ⁊ ista mandauerat deus fieri specialiter ad istum vsum ministrationis ⁊ erant facta sicut cetere vestes. vnde anteq̄ sacerdos accederet ad ministrandum erat sibi licitum habere seminalia vel non habere. cum autem accederet ad ministranduz cogebatur habere seminalia alioquin mozeretur. ⁊ q̄q̄ sacerdos haberet alia seminalia cōmunia non vtebat eis quādo veniebat ad ministrandum: sed cum introisset in sanctuariuz deponebat ea: ⁊ tūc lauabat pedes ⁊ manus vt habetur Exo.28. et.30.c. deinde vero accipiebat seminalia sacra ⁊ ceteras vestes sm genus ministerij sui. Causa aūt quare sacerdos nō vteretur seminalibus suis in sacrificijs vel alijs ministrationibus: est qa cum ministrationes sacre essent oportebat vt omnia que ad ministrationem illam erant preparatoria sacra essent. sicut igitur omnia alia vestimenta sacra accipiebātur: ita oportebat seminalia sacra esse. ea autē quibus homines vtuntur immunda sunt. (Accingetur zona linea.) Istud erat tertium ornamentum qō ponebat sacerdoz super tunicam albam: ⁊ vocatur alio nomine baltheus. nec tamē erat de baltheis preciosis: qz erant facti ex cocco bis tincto ⁊ purpura ⁊ byssо ⁊ byacintho atq; auro: qz hoc ptinebat ad alias ministrationes. hic autē dicitur q̄ esset ista zona alba vel linea. ¶Aliqui enim dicūt q̄ ista zona esset baltheus: ⁊ tamē esset quasi dimidietas vestis pendens a loco zone vsq; ad crura: sicut alie vestes pertingebant. ⁊ q̄ iste baltheus habebat in parte superiori quedam ramalia quibus stringebatur ad corpus ipse ⁊ tunica linea. ⁊ q̄q̄ haberet alios multos colores: tamen dicebatur esse zona alba qz stamen eius erat de lino. s. de byssо retorta: ⁊ ab illa denominabatur. Sed hoc nō potest stare: quia iste modus assignandi nō facit zonam sed vestem dimidiam. in littera tamē dicitur q̄ esset zona. Itez nō pōt stare qz hic dicit q̄ esset zona linea. baltheus tamē sm q̄ assignatus est ex multis coloribus est. Dicendū igitur q̄ ista zona de qua hic dicitur baltheus erat. non tamē ille baltheus cuius describitur fabricatura Exo.28.c. qz ille ex multis coloribus est. iste autē solus erat ex lino: ideo vocatur hic linea zona. (Lidarim lineam imponet capiti.) Hec est quartū ⁊ vltimū ornamentū qō accipiebat hic sacerdos intraturus in sancta sanctorum. ⁊ dicitur esse cidaris quedā cucufa vel caputium rotūdum de lino factū ad modum biretī magistralis. hec enim semp vestis vel ornamentū capiti imponebat in oibus sacerdotibus tā maioribus q̄q̄ minoribus. fuit enim ista specialis observatio veteris testamenti q̄ iudei semp capita velata bzent: ꝑcipue cū essent in locis sacris. ⁊ qz sacerdotes magis ptinebāt ad res sacras q̄q̄

Dekimi. q̄st.

Obiectō.

Rūsio.

†

Cā diuersitatis inter holocaustū ⁊ sacrificiū ꝓ pcō.

Pro quo offerebat iste aries.

Qō.9.

A Sacerdos duplici munere ioie ꝓpitiatōis. fungebat. De vestibꝰ q̄s accipiebat sacerdos in die ꝓpitiatōis ad introeū dū i scā sanctorū.

Colozes tunice linee

†

B

Femine lia gd.

Queerāt femialia cū gbꝰ sacerdotes ministrabāt.

Sacerdos q̄re nō vterentur seminalibꝰ suis in sacrificijs.

†

C Zonagd

†

Lidaris gd sit.

eras q̄ omnes alij specialius ipſi capita velabāt. vnde ſacerdotes minores imponebant vnum velamentum: ſcilicet cidarim lineam. ſacerdotes autem maiores imponebant duo: ſcilicet cidarim z thiaram vt habetur Exo.28.c. De cauſis autez huius velationis capitis latius diximus ſupza.16.c. Iſta autē cidaris linea quā gerebat ſacerdos in capite erat ornamētū ptinēs ad ſacerdotes minores. z oz cidaris linea ad oziam thiare q̄ erat hyacinthina: z ptinebat ad ſacerdotes magnos vt hz Exo.28. c. cum enim hic indueretur ſacerdos magnus niſi exprimeretur de conditione cidaris intelligeretur de illa que erat proprie ſacerdotis magni. expreſſit igitur de cidari linea vt intelligat q̄ iſta erat que pertinebat ad minores ſacerdotes.

A

¶Quare ſacerdos magnus nō induebatur veſtibus pōtificalibus cum ingrediebatur in ſancta ſanctoꝝ. Queſtio.10.

Rōes in diuerſū. 1.rō.

Circa hoc autē queret aliquis quare ſacerdos nō induebatur hic veſtibus pontificalibꝫ ſi ſacerdotis minoris. omnia iſta nāq; quattuor que ſupra poſita ſunt ad minores pertinent ſacerdotes. z videtur q̄ debuiſſet vti veſtibus pontificalibus. Primo cū ipſa miniſtratio ſit pure ſacerdotis magni debebant in ea accipi veſtes que pure pertinerent ad ſacerdotem magnum: vel ſi non pure ſaltem omnes illas que pertinebant ad ſacerdotez magnū. Q; autē miſtratio iſtius diei propitiationis pure pertineret ad ſacerdotem magnum patet: qz in principio huius.c. ſolum dictum eſt de aaron qui erat ſacerdos magis. Adhuc autē apparet in fine.c. cum dicitur: expiabit autem ſacerdos qui vnctus fuerit z cuius manus initiate ſunt vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo. ſed manifeſtum eſt q̄ nullus ſacerdos habebat iſta niſi ſacerdos magnus. ipſe enim erat qui ſuccedebat patri ſuo: alij autē minores non ſuccedebant. Item manus huius erant proprie conſecrate ad ſacerdotium. manus autē aliorum minime: ſed quodam alio modo. ad ipſum igitur ſummum ſacerdotem dūtaxat pertinebant cerimonie expiationis. ¶Item patet hoc: qz cum ſacerdos magnus vteretur miniſtrationibus minorum ſacerdotum accipiebat veſtes pontificales. ergo cum vteretur miniſterio proprie pertinente ad ſacerdotem magnum magis debebat vti veſtibus pontificalibus. antecedēs patet: qz aaron quādo conſecratus eſt indutus fuit omnibus veſtibus ſuis pontificalibus vt habetur Exo.29.c. et ſupra.8.c. z tamē hoc non pertinebat ad tantā miniſtrationez: ſicut cum fiebat aliquid intra ſancta ſanctorū. ¶Itē patet hoc quia Exodi.28. dicit q̄ ſacerdos magnus portaret ſemper laminam auream in fronte cozā domino. z tamē iſta lamina aurea pertinebat ad veſtes pontificales. ergo vtebatur pontificalibus veſtibus cum exerceret officia minorum ſacerdotū. ergo a fortiori cum exerceret officium ſummi ſacerdotis. ¶Itē apparet idem: qz veſtes ſacre erant ꝓpter locum ſacrum. ergo cū eſſet locus magis ſacer oportebat vti veſtibus excellentioꝛibꝫ. ſz ſanctuariū ſancti ſanctorum erat excellentius aliis locis. ergo cum ſacerdos illuc introiret debebat habere excellentiores veſtes. ſ. pōtificales. ſed in hac die purificationis introibat in ſancta ſanctorum z nullo alio tempore. ergo tunc deberet vti veſtibus proprie pontificalibus. antecedēs patet hic z ad Hebre.c. 9. ſ. q̄ iſta die introiret ſolum ſacerdos in ſancta ſanctorum. q̄ enim locus iſte eſſet excellentior aliis ex nomine ipſo patet. cetera enim loca vocantur ſancta: ſed iſte locus vocat ſanctū ſanctorum. ¶Itē patet hoc quoniā in maioꝛibus feſtis debēt eſſe principalia ornamenta tā in miniſtris eccleſie q̄ in ipſis apparatibus eccleſie. ſed feſtum propitiationis erat vnum de quinq; principalibus que erant apud iudeos vt apparet infra.24.c. ergo ſacerdos in hac die vti deberet veſtibꝫ ꝑciſis quales ſunt pontificales. ¶Ad hoc reſpondendū eſt q̄ in die propitiationis cum intraret ſacerdoꝫ in ſancta ſanctorum non poterat vti niſi veſtibus lineis ſupradictis in littera. cuius cauſa eſt: qz iſta dies propitiationis erat ad hoc q̄ rogaret ſacerdos pro peccatis populi z remitterentur ei. cum vero aliqs pro peccatis ſuis orat: aut pro peccatis aliorum debet eſſe in anguſtia demōſtrāſ dolere ſe de illis peccatis pro quibus indulgentiam petit. ad tēpus autē merozis non conueniunt veſtes letitie. Sed pōtificales veſtes erāt preciose z indicatiue magne letitie. ergo nō pertinebant ad illum diem. Item qz dies propitiationis erat dies afflictionis magne. ſicut apparet in littera huius.c. et infra.23. cum iubetur q̄ anima que in hac die afflicta non fuerit peribit de populis ſuis. ad afflictionem autem non pertinēt veſtes letitie: quoniā ipſe preciose veſtes per ſeipſas letitiam quādā notant. non igit̄ decuit vt ea die ſacerdos magnus indueret veſtibus pontificalibus. z hoc apparet ſic factum: quoniā poſtq̄ ſacerdos in die expiationis complebat cerimonias pertinētes ad expiationem ſpargendo ſanguinē z rogādo pro peccatis: relinquebat veſtes illas: z lauans corpus ſuū accipiebat alias veſtes z faciebat ſacrificium holocauſtoꝛū. ſic enim eccleſia obſeruat. nam in die paraſceues que dicitur ſexta feria crucis eccleſia recolit paſſionem chriſti. ideo illa die affligitur ois qui chriſtianus eſt: z aliqd habet de amoꝛe chriſti: z vniuerſaliter deponuntur veſtes ornatus: z quēadmodum ipſi chriſtiani veſtes deponunt ita z eccleſia denudat. affligunt quoq; ſe ea die tam paſſionis chriſti q̄ peccatoꝛū ſuoꝝ memoriam agentes. cum autē cōſummata fuerint officia pertinentia ad paſſionē: ſacerdos accipit alias veſtes ꝑcioſioꝛes ad cōſummandū miſſe ſolēnitatem. ante hoc enim veſtes albas ſolū habuerat. ¶Ad ea autē que in cōtrariū dicebant faciliter reſpōdetur. Ad primū cum dicitur q̄ miniſtratio diei purificationis erat pure pōtificalis: ideo debebat vti ſacerdos magnus veſtibus pontificalibus. Reſpōdendū eſt q̄ hoc ſtaret niſi aliquid alteruz obſtaret .ſ. q̄ eſt dies illa afflictionis z merozis rogādo ꝓ remiſſiōe peccatoꝝ: ideo q̄q̄ pontifex alia miniſteria agat: debet tamē accipere veſtes conuenientes tēpori. ſic enim ſi epiſcopus apud nos fecerit cerimonias diei paraſceues ſolū vtetur veſtibus minorum. ¶Ad.2.rñdēdum eſt q̄ ceteris paribus magis debet ſacerdos magnus vti veſtibus pontificalibus in officijs que ad eum ſolum pertinēt q̄ in eis que cōmunia ſunt ei z minoꝛibus ſacerdotibus. differebat tamē: qz dies iſta in qua ſacerdos magnus vtebat miniſterio pure pōtificali erat dies merozis: ideo non vtebatur in ea veſtibus letitie. dies autē quibus vtebatur officijs minoꝝ ſacerdotum erant dies letitie: ideo poterat ſacerdos magnus vti veſtibus pōtificalibus. ¶Ad aliud autem cum arguitur de lamina aurea ſummi ſacerdotis. ſi dicatur q̄ deberet eam portare ſacerdos in iſta die: quia dicitur Exo.28. c. q̄ portaret eaz ſacerdos ſemper in fronte vt placatus ei eſſet dñs. Rñdendū eſt q̄ lamina aurea erat ornamētū ꝑciosuz z magne exultationis: z deberet illud portare ſemp ſacerdos magn⁹ coram domino. ſ. quādo eſſet tempus exultationis. dies autem propitiationis ad merozem pertinebat. nō igitur ſumebat tunc lamina aurea. z cum dicitur q̄ portabatur coram domino: eſt hoc intelligendum coram altari holocauſtoꝛum: z intra tabernaculum coram altari thymiamatum z candelabro: z mēſa propitiationis cum miniſtraret in his. nā in his omnibus dicebat eſſe deus vel ſaltē in ipſo tabernaculo: z cuz miniſtraret in quolibet horum dicebatur eſſe coram dño. ¶Ad.4.rñdendū eſt ſicut in ſuperioꝛibus. ſ. q̄ quātum eſt ex cōditione loci z reuerētia dei exiſtentis in illo ſpecialius q̄ in alijs debebat ſummus ſacerdos indui veſtibus preciosioꝛibꝫ q̄ alibi: tamē ex conditione perſone z temporis repugnabat. Ex tēpore quidem: quia erat tunc dies afflictionis apud omnes iudeos cum iubeat infra in littera. z infra.23.c. q̄ anima que nō fuerit afflicta in hac die peribit de populis ſuis. tempus autē afflictionis non eſt ad veſtes preciosas: ſed magis ad deponendum omnes ornatus. Etiam ex perſone conditione hoc erat. nam ſacerdos magnus in hac die introibat in ſancta ſanctorum ſupplicaturus pro peccatis ſuis z omnium iſraelitarum. ſupplicantē autē pro peccatorum remiſſione magis oportet eſſe in amaritudinem quādam ſpūs z humilitate q̄ in exultatione z veſtium pōpoſitate. nō decebat ergo eum in die illa quāuis intraret in ſancta ſanctorum preciosas veſtes accipere. ¶Ad.5.rñdendū q̄ feſta dicunt eſſe magna dupliciter. Uno modo quia in eis magna vtilitas prouenit colentibus illa. Alia autē dicunt eſſe magna feſta: qz ſunt dies magne exultationis: quāuis in eis nō prouenerit aliqō bonum colentibus. De primis vt patet de die expiationis. nullum enim erat feſtum in quo tātū bonum fieret quolibet anno iſraelitis ſicut in die propitiationis: quia tunc remittebantur peccata eorum cum oraretur ſpecialiter pro eis: z affligerent animas ſuas. non erat tamē iſta feſtiuitas magna ꝓpter exultationem: immo nulla: quia non erat aliqua exultatio: ſed afflictio omnium iudeorum in die hac. Secūdo modo dicūtur eſſe magna feſta dies azimorum z pentecoſtes z tabernaculorum: quoniaz iudei letabantur in eis. non tamē proueniebat magnum bonuz iudeis in diebus his. Et tunc eſt dōm q̄ verum eſt debere ſumi veſtes ꝑciosas in magnis feſtiuitatib⁹. ſ. in feſtiuitatib⁹ magne exultationis. tñ feſtū propitiationis iſto modo nō eſt feſtiuitas: quia non fiebat aliqua exultatio in die illa: ſed afflictio totius populi. Simile autē eſt in nouo teſtamento. nā q̄dā feſtiuitates ſunt magne ꝓpter magnā exultationē. Alie autē magne ꝓpter magnā vtilitatē que prouenit in eis. De p̄mis feſtiuitatibus eſt

Nota vſi būerit oztū cerimonie in die paraſceues.

Ad rōes in p̄nci. qōis.

Ad.1. rōez Cur eps in die paraſceues vtif veſtib⁹ mioꝛ ſacerdotū.

Ad.2.rōez.

Ad.3.rōez.

Ad.4.rōez

Ad.5.rōez

Feſta ſunt magna ou pliciter.

Feſta ino uo ēt teſtō ſūt magna oupl'r.

natalis domini: ⁊ dies resurrectionis: pentecostes: ⁊ ascensionis. De secūdis est dies parasceues. i. dies crucis cħri. in primis enim gaudemus ꝓpter cħm viuentem. in vltima autē festiuitate. s. in die crucis dolemus ꝓpter cħm morientem. In nulla tamē harū festiuitatum tātū bonum nobis ꝓuenit sicut in die crucis: immo nec in omnibus alijs festiuitatibus simul sumptis. de quo latius dixim⁹ Exodi. 28. c. In primis tamē festiuitatibus ecclesia vtitur vestibus pretiosis. in hac vltima nō vtitur ornatu aliquo pretioso: sed magis deponit ecclesia omnes vestes tā altarium q̄m ministrorū. ¶ Alio modo respōderi poterat ad secundum negando maiorem: cum dicitur q̄ in manifestis festiuitatibus sumende sunt vestes pretiosiores. nā ista propositio nō est vniuersaliter vera: q̄m q̄m in quibusdam teneat vt patet in declaratione superiori tam de festiuitatibus veteris q̄m noui testamenti. (Nec enim vestimenta sancta sunt.) Agit̄ de q̄ttuor vestimentis superioribus: ⁊ omnia ista sunt sancta: quoniam erāt applicata ad vsum rerū sanctarum. nec poterant assumi in aliquo altero ministerio. (Quibus tunctis cum lotus fuerit vestitur). i. sacerdos primo lauabit̄ deide assumet vestes istas. erat enim hoc generale vt nō posset aliquis ministrare in rebus sacris priusq̄ lauaretur: ⁊ si quis hoc pretermisisset morieretur vt habetur Exo. 28. c. et. 30. c. Erat autē lotio ista manuū ⁊ pedum vt habetur Exo. 30. c. ⁊ ibi de alijs ratio assignata est. (Suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorū israel.) Hic ponitur de sacrificijs que offerebantur in die illa propitiationis que fiebāt tam pro sacerdotibus q̄m pro toto populo. Sed nō dicit̄ hic immediate de sacrificijs sacerdotum sed populi. primo tamē tactū est de sacrificijs sacerdotum cum dictū fuit q̄ offerret sacerdos vitulum pro peccato: ⁊ arietem in holocaustū. infra etiā de hoc agitur. dicit̄ autē hic sacerdos ꝓcipere a tota multitudine israelitarum sacrificia: q⁹ pro tota multitudine tunc orabatur vt remitterentur peccata eorū. ⁊ dicebātur esse iste oblationes multitudinis: q⁹ fiebāt de bonis cōmunitatis. vel quia singuli de populo contribuebant ad istas oblationes. simile habet Exo. 30. c. vbi dicitur de transeūtibus ad numerū q̄ quilibet soluat dimidiū siclum siue pauper: siue diues. ⁊ ista pecunia custodiebatur ad vsus sanctuarij. (Duos hircos pro peccato: ⁊ vnū arietē in holocaustum.) Ista omnia suscipiebat sacerdos ⁊ offerebat ea coram domino anteq̄ introiret in sancta sanctorū. non tamen immolabat omnia sed solū hircū pro peccato cū vitulo pro peccato sacerdotum. de quo supra dictū est. Cum vero exiuisset de sancto sanctorū immolabat holocaustum sacerdotum ⁊ populi vt habet̄ infra. Dicūtur hic duo hirci pro peccato: nō q̄ ambo immolarētur pro peccato: q⁹ vnus eorū erat in captum emissarium ⁊ relinquebatur in montibus nec comedebat̄. alius autez hircus immolabatur vt habet̄ immediate. vterq; tamē hircus coram domino offerebatur ex eo q̄ presentabant ambo coram domino. ⁊ hoc erat offerre. ¶ Considerandū autē est circa ordinem eorū que fiebant in hac die propitiationis qui aliqualiter intricatus est: q̄ iste erat modus. s. q̄ sacerdos in die illa in tēpore quo alijs diebus fiebat sacrificium matutinū veniebat in sanctuarium ⁊ lauabatur manibus ⁊ pedibus: adducebat quoq; secū vnum vitulū ⁊ vnū arietem quos de pecunijs suis emerat: q⁹ pro se ⁊ tota domo sua oblaturus erat. deinde induebatur quattuor vestibus supra positis atq; presentabat vitulum ⁊ arietem coram domino ad ostium tabernaculi: ⁊ manebat ibi postq̄ aliqui de nobilioribus totius populi offerebāt duos hircos pro peccato ⁊ vnū arietē nomine totius multitudinis. hoc facto sacerdos accipiēs duos hircos pro peccato a populo oblatos mittebat sortem super eos. s. quis eorū offerret domino: vel quis esset emissarius. ⁊ cōpleta sorte manebat hircus emissarius ad ostium tabernaculi cum alijs holocaustis ⁊ ingulabat sacerdos vitulum quē obtulerat pro peccato suo ⁊ vnū de hircis oblatis pro peccato populi. assumpto autē de sanguine eorū in aliq̄ craterula introibat summus sacerdos intra sancta sanctorū ⁊ aspergebat septies cōtra propitiatoriū de sanguine vituli ⁊ hirci: quoniā ex his cōmixtio facta erat. eiscies autē inde sacerdos veniebat ad exteriorem partē tabernaculi que vocat̄ sanctum in quo erat altare thymiamatis: ⁊ ibi faciebat expiationem tingens cornua altaris. deinde exibat ad ostiū tabernaculi ⁊ mittebat captū emissarium in desertum cū aliquo hoīe: peccata prius tamē cōfitendo ei imprecādo super caput eius oia peccata israelitarū. quo facto deponebat sacerdos vestimēta ⁊ lauabat carnem suā: ⁊ sumptis tūc vestibus suis cōplebat holocaustum suū ⁊ populi: ⁊ in hoc finiebantur oēs cerimonie diei propitiationis. qui ordo satis colligit̄ ex lra cautē aspiciēti: q̄m q̄m aliqualiter intricatus sit. (Duos hircos pro peccato.) Dicet aliquis qūo offerebātur isti duo hirci pro peccato: cū mittatur in syluā portās iniquitatē filiorū israel in captū emissariū. Respōdetur q⁹ isti duo hirci offerebātur coram domino: q⁹ ambo presentabant coram ostio tabernaculi: q⁹ debebāt offerri vt. s. dictum est. etiā dicebātur offerri pro peccato: q⁹ quāuis vnus solus interficeret pro peccato: tamē ambo pro peccato erāt: quoniā iste hircus qui erat emissarius accipiebat̄ vt sacerdos cōfiteretur ei omnia peccata ⁊ portaret ea super caput suū in desertū. ⁊ hoc ꝓ peccato offerri erat. s. ad portāda peccata. (Et vnū arietem in holocaustū.) Hoc enim ptinebat ad populū. accipiebatur autē iste aries cū alio ariete quē obtulerat sacerdos pro se. ⁊ hoc postq̄m sacerdos exiret de aspergendo sanguinez intra sanctuariū. (Lucq; obtulerit vitulū.) Istud sacrificium erat pro peccato sacerdotū: ⁊ offerebat istū vitulū ipse sacerdos. nec accipitur hic offerre vitulū. i. immolare: sed solum offerre. i. ꝓsentare coram domino: q⁹ infra habet de immolatione huius vituli. cū dicitur. his rite celebratis offeret vitulū: ⁊ rogās pro se ⁊ ꝓ domo sua immolabit eos. (Et orauerit pro se.) Hoc dies erat ad expiandū peccata oium. ⁊ q⁹ sacerdotes erant hoies peccatores circūdati infirmitate: oportebat q̄ offerrēt sacrificium pro se sicut pro alijs. de hoc habet̄ ad Hebre. 7. c. Et cū sacerdos offerebat istum vitulū rogabat pro se ⁊ pro tota domo sua ⁊ nō pro populo. causa est: q⁹ istud sacrificium qō tūc offerebat̄ erat speciali ter ꝓ peccato sacerdotis ⁊ totius domus sue ⁊ de expēsis eius. postea autē orabat pro populo quādo offerebat sacrificium populi. ⁊ in hoc primo pro se orabat q̄m pro alijs. causa est q⁹ sacerdos sicut quilibet alius homo magis debet seipsum diligere q̄m aliquē: ideo primo pro se orabat. Itē q⁹ hoc cōueniebat ad cōgruentiā orationis quā fundebat pro alijs. nā si in peccato esset de⁹ nō exaudiret eū. Oportebat ergo vt ꝓmo oraret ꝓ se vt tolerent̄ ei peccata: deinde pro reliquis poterat ꝓueniēter orare: q⁹ si ꝓmo orasset pro remissione peccatoꝝ alienoꝝ q̄m pro peccatis suis forte nō exaudiret̄: q⁹ tūc videbatur esse in peccato cuz nōdum orasset remitti sibi. (Et pro domo sua.) Postq̄m vero pro se orauisset pro domo quoq; sua orauit. dicit̄ autē domus tota familia sacerdotalis. pro hac autē orabat prius q̄m ꝓ populo. Primo q⁹ charitas hoc suadebat. secūdo ex ordie sacrificij. de primo patet q⁹ illi qui in familia nostra sunt magis ad nos attinent q̄m alij extranei: iō maiori charitate ad eos obligamur: ⁊ sic abūdantius ⁊ prius pro eis q̄m pro alijs orauim⁹. ¶ Secūda cā erat ex ordine sacrificij. nam sacerdos orabat pro illis pro quibus sacrificium offerebat. Sed istud primū sacrificiū offerebat sacerdos pro se ⁊ pro domo sua. ergo debebat orare pro illa ⁊ nō pro alijs: q⁹ tunc nō offerebat pro alijs. ¶ Sed queritur quid cōprehēdatur noie domus sacerdotis. ² Ad hoc respōdendum q⁹ cum domus accipiatur pro familia debet intelligi tota familia sacerdotalis. Sed ista adhuc pōt accipi stricte vel large. Si enī accipiat̄ stricte erit domus sacerdotalis sola familia sua habitās in domo eius. sed nō est accipiendū hoc modo. nā tūc oportebat q⁹ alij sacerdotes offerrent pro se alia sacrificia cuz ipsi nō cōputarent̄ in multitudine nec in sacrificijs oblatis pro sacerdote magno. Dicēdum igitur q⁹ etiā per domum sacerdotis magni intelligitur hic tota familia alioꝝ sacerdotuz. ⁊ istud sacrificium ⁊ preces fundebātur pro summo sacerdote ⁊ omnibus alijs sacerdotibus atq; familijs sacerdotum. ¶ Sed queret aliquis an in nominatione domus sacerdotalis intelligantur leuite. ⁊ cum dicitur q⁹ sacerdos oret hic pro se ⁊ pro domo sua an intelligantur in domo sua leuite. Respondetur q⁹ ex cōmuni appellatione domus sacerdotalis non intelliguntur leuite: quoniā omnes sacerdotes ad vnaz familiam pertinēt que vocatur vna domus. leuite autem non pertinent ad banc: sed habent quasdam alias: distincti in caathitas ⁊ gersonitas ⁊ meraritas. sacerdotes autē pertinent ad familiam amramitarum vt habetur Nume. 3. c. vbi tradūtur omnes iste diuisiones. In hoc loco tamē necessario dicēdum est q⁹ nomine domus sacerdotis magni intelliguntur etiā leuite. qō p3 q⁹ in die ꝓpitiationis orabat̄ pro omnibus iudeis. oportebat ergo vt pro leuitis quoq; oraretur ⁊ offerrent̄ sacrificia. sed non cōprehendebantur leuite nomine multitudinis. ergo intelligebant̄ nomine domus sacerdotalis. qō apparet q̄m deus iussit vt nō cōputarentur leuite cū israelitis: sed per se acciperet̄ suma eoꝝ: iō cū deus iussit totum populum numerari: per se fuerunt numerati leuite distincti a tota multitudine vt habetur Nume. 1. c. pertinebant ergo ad domū sacerdotalem: quia leuite erāt dati sacerdotibus in ministros vt habetur Nume. 8. c. ⁊ ad mandatum aaron ministrabāt

Alr ad. ꝯ. rōnem.

Ł

†

†

†

†

†

†

†

†

Ł

Dubium

Rñsio.

Sacerdos q̄re orabat ꝓ se ⁊ tota domo sua.

Qō. 11 A Quis ordo eēt in eis q̄ fiebāt i die ꝓpitiatiōis i oīb⁹ cerimonijs.

Nota bñ ordinē.

Qō. 12. A Quid cō prehēdatur noie dom⁹ sacerdotis ² Rñ. ad q̄st. Dubium

Rñsio.

B

B

nistrabāt in operibus sanctuarij vt habetur Nume. 18. c. z isti distincti erant sub filijs aaron: ita q̄ habebant ibi recōmissas ad mandatum suum leuitarum familias: scilicet q̄ quidā de leuitis erant sub manu ithamar: z alij sub manu eleazar vt habet Nume. 4. et. 3. c. z quia famuli pertinent ad domū vel familiā dominorum: ministri qui erant leuite sacerdotum ad familiaz eorum recte pertinere dicebantur: ideo sacerdos cū pro se orabat z alijs sacerdotibus: etiā pro leuitis idē faciebat. erat autē oratio vt deus remitteret peccata omnium istorum: quoniā dies propitiationis ad nihilum aliud erat nisi ad orandū pro peccatis. (Duos hircos stare faciet coram domino.) Isti sunt hirci quos obtulerat populus pro peccato suo. z dicebat sacerdos coram domino facere stare hircos: quia ponebat eos ad ostiū tabernaculi. deus autē intra tabernaculum erat specialiter. causa applicationis hircorum ad ostium tabernaculi erat q̄ mittebatur sors super eos vt non videretur aliqua cerimonia obseruari in his sortibus alicuius dei preter deum hebreorum. (In ostio tabernaculi testimonij.) Ibi ponebantur: quia erat locus vbi fiebant omnes oblationes. z hoc satis conueniebat cum isti duo hirci primo offerrentur coram domino q̄ mittteretur super eos sors. ¶ Alia etiaz causa est: quia sacerdos debebat presentare illas coram domino. deus autē intra sanctuarium erat in tabernaculo: ideo cum ad ostium eius esset aliquis dicebat esse coram domino. (Mittens super vtrunq; sortem vnā domino: z alteram capro emissario.) Jubebat deus vt mitteretur sors super istos duos hircos vt sciret quis esset pro deo: z qs in caprum emissarium. ¶ Sciēdum autē est q̄ de his duobus hircis vnus debebat immolari coram domino ad expiandum in sanguine eius: z alius mittebat in desertum portās iniquitates filiorū israel: z vt sciretur quis deberet domino offerri vel quis eorū caper emissarius ponebātur sortes super illos. Et fiebat hoc modo: quoniā sacerdos magnus sumebat duas sortes. vnam pro deo: z aliam pro capro emissario: z aliquis qui non vidisset illas sortes accipiebat eas ponens vnam super vnū caprum: z alteram super alterū: z cui cecidisset sors vt offerretur domino offerebatur: z cui cecidisset vt esset caper emissarius mittebatur in syluas portans iniquitates israelitarum. (Mittens super vtrunq; sortē vnā.) Dic accipitur improprie vtrūq; quia vterq; distribuit. z est sensus si teneret distributiue q̄ super quēlibet istorum per se mitterentur iste sortes. sed falsuz est quoniā si super vnum mitterentur ambe sortes nō poterat hoc intelligi cū vni solum cōpetat vna sors. sed accipitur hic vtrūq; copulatim: idest ambos. s. q̄ ponebatur sors super vtrunq; caprum: idest super ambos capros. z cum dicitur sortem vnā domino z alteram capro emissario. est intelligendum copulatim z non copulatiue. nam si intelligeretur copulatiue esset sensus q̄ prius mitteret vna sors super ambos capros: z deinde mitteretur alia super eosdem. sed hoc non potest intelligi quoniaz si semel mitteretur sors facta erat distributio. sed est sensus q̄ mittebantur iste due sortes simul super ambos capros. s. vna super vnū: z alia super alterum. (Et alterā capro emissario.) Nō q̄ iste caper emissarius esset aliqs cui daretur aliqd de ista diuisione sicut deus erat cui dabatur vnus de istis hircis. sed erat caper emissarius vnus de his z non determinatus: ideo ponebatur sors vna pro capro emissario: z alia pro deo: idest ponebatur vna sors vt sciretur quis esset caper emissarius. iussit enī deus hic poni sortes sup istos hircos vt dirimeretur inter eos. sortes tamē illicite sunt vt plerūq;. hic tamē quia nō fiebat ad obseruationem alicuius dei gentilis vel ad aliquā superstitionem: sed solum ex mandato dei non erat illicitum. de sortibus tamē quomodo liceat eis vti: z quādo: z an consultorijs vel diuinatorijs Nume. 26. c. et. 34. magis declarabitur. ¶ Causa autē quare ex mandato dei ponebantur hic sortes erat: quoniā hic debebat accipi de illis duobus hircis oblatis dño vnus ad portandum iniquitates filiorum israel in desertum: z volebat deus vt scirent iudei quis erat caper quē deus volebat mitti ad portandas iniquitates faciebat mitti sortes. huius fundamentum est: quoniā si iudei pro arbitrio suo vnum illorum hircorum acciperent ad portandas iniquitates: forte putarent q̄ ille non erat conueniens: quia nesciebant quem dñs elegisset. z sic dubitarent an iniquitates sue portate fuissent. deus ergo volebat vt hoc scirent: z hoc erat si constaret eis quis esset hircus quem dominus ad hoc elegisset. hoc vero monstrabat deus per signum sortium. naz cū sortes mitterentur super vtrūq;: illa que cecidisset super caprum vt esset emissarius videbatur esse directa a deo vt super eum caderet. Cuius causa est: quia etiā sm fundamentum necessarie omnis operatio reducenda est ad aliquod principiū operans z dirigens intelligendo. Sed iste qui mittit manum suam ad sortes nescit quare magis accipiat vnam q̄ alteram: sed sicut voluntas eum tulerit ita faciet. voluntas autē sua oportet q̄ ponatur mota ab aliquo: z dicetur q̄ hoc est ab intellectu. z quidem verū est si intellectus suus ab aliquo mouetur non autē a seipso: quia ipse non intelligit quare magis iudicat esse accipiendaz vnam sortem q̄ aliā: ideo oportet q̄ dicamus moueri istum intellectum a deo: cum non sit aliqua causa naturalis a qua moueatur. z hoc videtur sentire Aristo. in libro de bona fortuna vbi dicit eos qui fortunati sunt non agere aliquid per intellectum nec scire bene rationē de his que faciunt: sed q̄ patiuntur aliqd simile eis que a deo fiunt. z sic ponit ibi quandam aliam causam superiorem mouentem intellectū nostrum. de quo latius dixim⁹ Ero. 21. Sic autē in his sortibus cum non sciat ille qui accipiat istas sortes quare magis accipiat vnam q̄ alteram: oportet q̄ intelligamus illum motum fuisse a deo ad accipiēdum vnam z nō aliā: z sic cū aliquid per sortes factū est nisi in sortibus aliqua fraus intercidat rationabiliter existimamus hoc specialiter volitum z factum a deo. sic enim est qō satis patet Prouer. 16. c. cum dicitur. sortes in sinum mittuntur: sed a domino temperantur. i. q̄ quāuis homines habeant libertatem in ponendis sortibus: tamē q̄ illa vel ista ereat vel cadat isti vel illi non ab homine sed a deo. conuenienter ergo intelligebāt iudei q̄ deus elegisset in caprum emissarium eum super quem cecidisset sors. z sic debuit hic magis obseruari q̄ in alijs: qz nihil maius erat q̄ peccata israelitarum portarētur vel non portarentur in solitudinem. ¶ Considerandum autem adhuc est specialius circa istas sortes q̄ permittebantur ex paucitate fidei eorum quibus dabantur. nam ad habentes paucā fidem pertinet petere a deo signum. ad eum autē qui deo multum credit non expectat petere aliqō signū: sed simpliciter credit verbis eius sicut est in amicis: quia assentiunt eis que dicunt non petentes aliquā cautionem aut firmitates. deus autē qñ nouit corda hominuz dat eis interdum sm q̄ ipsi indigent z exposcere volunt. iudeis autez sufficiebat q̄ eis deus diceret q̄ ille qui esset caper emissarius portaret omnes iniquitates eorum in desertū si ipsi fidem perfectam cum deo haberent. quia tamē erant infirmi: si forte deus non designaret sibi quis caper esset ille qui portare deberet iniquitates: adhuc dubitarent an portarentur in desertū. vt igitur ipsis constans esset q̄ portarentur iniquitates eorum monstrabat eis deus quis esset caper quē elegisset vt portaret iniquitates. ¶ Simile autez est in sortibus q̄ date sunt ad eligendum vnum apostolū quādo sors cecidit super mathiam. nam adhuc apostoli erant infirmi in fide: z non videbatur eis satisfactum si congregati inuocato spiritusancto eligerent concorditer aliquem apostolū. non intelligerēt tamē q̄ deus elegisset illū quē sic elegissent: vel saltem dubitassent an elegisset illū cum hic pro cederet ista electio a voluntate humana. cum autē ponerentur sortes vt sciretur per illas quis deberet esse apostolus: videbatur hoc esse per certitudinem a deo factum. nam sortes iste nō procedebant per voluntatem humanam: sed ex deo dirigente illas. sic declarauerunt ipsi apostoli ponentes istas sortes vt habetur Actuū. 1. c. cuz dicitur. Tu domine qui nosti corda hominum ostende quē elegeris ex his duobus vnum: accipere locum ministerij huius z apostolatus de quo preuaricatus est iudas. per istas sortes erant isti certi quē deus eligeret. nam cuicunq; sors caderet intelligebant q̄ deus illud faceret: quia ipse est qui sortes mouet: cū ad hoc iudiciū humanum accedere nō possit. sed isti ex pauca fide procedebāt quoniā si perfecte deo cōfiderent: ita deberent credere se motos a deo cum per electionem aliquē susciperent in apostolū sicut cuz per sortes: quoniā sicut cum per sortes hominibus cognitum est q̄ res a deo prouenirent: quia ipse est qui sortes mouet. ita si ipsi eligerent cōfidentes deo z inuocantes spiritūsanctum debebāt intelligere se a deo motos fuisse. Nā interdū in eligendo cū eligēdorū videt esse equalitas: vel quasi equalitas inclinatur homo ad vnum z non ad alterū. z tamē nescit quare hoc faciat: iō necessario dicēdū est q̄ deus tūc moueat mētē nostrā ad eligenduz vnum z nō alterū. z qz certissime deus spāliter operatur in his qui inuocāt eū in veritate z toto corde suo: si ipsi inuocato spiritusancto cōuenissent ad eligendum aliquem moueret volūtates eorum certissime vt eligerēt eum quē ipse elegi vellet. z tamē qz nondū fidem integram habebāt nō perfecte credebant q̄ ipse quem acciperent esset quē deus accipere vellet. nisi forte pone-

† Notādū

Quō ponebātur sortes.

† Lre exp̄ositio.

† Qō. 13. A Quar ex ex mādato dī ponebātur dᵘ sortes.

Sortes dirigūt a dō.

Qui accipit seu extrahit sortes mouet a deo.

B Sortes p̄mittebāt a deo iter iudeos ex paucitate fidei ipsorū.

Aplier paucitate fidei posuerunt sortes ad eligendū mathiā.

C

Qñ ē eqlitas iter electos: z bō magis inclinat ad vnū q̄ ad alterū illa inclinatio ē a deo.

rentur sortes per quas pateret quis esset quez deus ad hoc elegisset. ⁊ quoniā in tēpore illo apli adhuc nō habebant plenā fidem: factum est hoc per sortes. quādo tamē apostoli cōfirmati sunt per spiritūsanctum: iam nō fecerunt aliquid per sortes: sed per electionem. ⁊ sic obseruat ecclesia vt nunq̄ sortibus vtatur nisi in quibusdā casibus specialibus in quibus alis discerni non pōt: qō fortassis ad aliud pertinet. sicut magis declarabit Nume. 26. et. 34. c. Q; aūt apostoli fecerint hoc quādo adhuc erāt imperfecti in fide apparet: quoniā fecerunt ante festum pentecostes: cum venit super eos spiritussanctus vt habetur ex ordine libri actuz apostolorū. nam in primo. c. habetur de ista electione mathie per sortes. ⁊ in. c. sequēti habetur quomodo spiritus aduenerit in die pentecostes. Et si dicas q; ante aduentum spiritussancti apostoli habebant completam fidem quāuis nōduz essent confirmati ad hoc q; non possent peccare. nō pōt stare: quia Actuum. 1. c. cum quidā de apostolis inquirebāt a christo anteq̄ ascenderet ad celos post resurrectionem suam an in tempore illo restitueret regnum israel. tamē ista inquisitio non pertinebat ad homines habentes perfectam fidem. ¶ Ad hoc autē forte respondebis q; apostoli non quesierāt hoc sed aliqui alij: quia dicitur in littera. igitur qui cōuenerant interrogabant eum dicentes. domine si in tēpore hoc restitues regnum israel. ¶ Respōdetur q; non potest stare: sed necessariū est q; referatur ad apostolos vel ad alios qui cuz eis missi sunt ad predicādum: de quibus idem fundamentum est. ⁊ patet quia dicit ibi in littera in respōsione christi. non est vestruz nosse tēpora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos: ⁊ eritis mihi testes in hierusalē: ⁊ in omni samaria vsq̄ ad vltimum terre. Sed manifestum est q; non poterat hoc intelligi nisi de eis qui predicaturi erant: quia isti erant qui susceperūt gratiā spiritussancti superuenientis: ⁊ qui testimonium de christo reddiderunt in predicando. patet igitur nō fuisse plenam fidem horū ante aduentum spiritussancti: ideo fecisse hoc per sortes. cuz vero data est plenitudo gratie per spiritūsanctum cessauit ecclesia ab his modis sortium. ¶ In veteri autē testamēto date sunt iste sortes in preceptum pro ista die expiationis: ita q; quādiu duraret vetus testamentum durarent ipse. Causa huius est: quia totus status veteris testamenti fuit imperfectus: cum ordinaret plenitudinem gratie que inducenda erat in nouo testamento. iuxta illud qō habetur Joā. c. 1. lex per moysen data est: ⁊ gratia ⁊ veritas per christū facta est. ⁊ de hoc ad Hebre. c. 7. neminem ad perfectum duxerit lex. cum ergo nō daretur perfectio hominibus in lege moysi conueniebat eis certificatio de voluntate diuina per datas sortes ⁊ non per electionē humanam: qō pertinet ad homines magis considerantes deo. patet igit quare fuerit rationabile in toto veteri testamento obseruari debere sortes in die propitiationis etiā si durasset illud per decē milia annorū. in nouo autē non debuisse obseruari nisi semel in his que ad electionem pertinent: ⁊ hoc anteq̄ venisset spiritussanctus super apostolos. (Cuius sors exierit domino offeret illum pro peccato). i. cum ponerentur due sortes super duos hircos: quarum vna erat sors dei: ⁊ alia sors capri emissarij. ille caper sup quem caderet sors dei offerebatur domino pro peccato israelitarū ⁊ occidebatur. ¶ Sed cōtra hoc arguet aliquis quomodo dicitur hic q; distinguebantur due sortes: ⁊ vna erat pro domino: ⁊ alia pro capro emissario: quia videt q; hic distinguātur duo. Respondendū est q; isti duo hirci offerebātur domino vt patet supra in littera ⁊ infra. ⁊ erant ambo pro domino: tamen nō equaliter. sed ille qui occidebatur cozā domino erat specialiter pro domino: ille autē qui emittebatur in caprum emissariū erat pro deo similiter specialiter. Cuz autē dicit supra q; ambo isti arietes offerebantur cozam domino siue q; pertinebant ad dominū erat de generali pertinentia inquātuz ambo offerebātur domino. cuz autē distinguitur de sortibus. s. q; vna sors pertineret domino: ⁊ alia capro emissario. intelligitur hic de pertinentia ad deum in speciali. s. q; ille hircus super quez caderet sors dei pertinebat specialiter ad deum: quia offerebatur ⁊ immolabatur cozā domino. alius autē qui mittebatur in caprum emissarium q̄q̄ ad deum pertineret generaliter: tamē nō immolabatur cozam eo: nec specialiter pertinebat.

¶ Quomodo dicitur hic q; ille hircus super quē caderet sors capri emissarij offerretur pro peccato. Questio. 14.

Sed adhuc queres quomodo dicit hic q; ille hircus super quē caderet sors capri emissarij offerretur pro peccato: quoniā ambo hirci offerebātur pro peccato vt patet supra cuz dicitur. suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorū israel duos hircos pro peccato: ⁊ vnū arietē in holocaustum. hic tamē soluz dicit q; ille hircus super quem caderet sors dei pertineret ad deū: ⁊ offerretur pro peccato: de alio dicit q; mittebatur in caprum emissariū. ¶ Dicēdū est q; hoc procedit ex equiuocatione huius qō est offerri pro peccato. nā aliquo modo isti duo hirci offerebant p peccato: ⁊ alio modo solum vnus eoz. ambo nāq; offerebant cozā domino. ambo etiā erant aliquo modo pro peccato. nā vnus eorū offerebat cozaz domino ⁊ immolabat pro peccato. s. q; in sanguine eius expiabatur pro peccato in sancta sanctorū cozā propitiatorio ⁊ cozā altari thymiamatū super cornua eius: ⁊ cōplebātur oēs alie cerimonie sacrificij pro peccato. alius autē hircus erat pro peccato eo q; sacerdos cōfitebatur omnia peccata israelitarum super caput eius: ⁊ ipse portabat oēs iniquitates eorū in desertum vt patet infra. cum autē hic dicit q; ille super quē caderet sors domini offerebatur pro peccato: est sensus q; iste specialiter pertinebat ad oblationē pro peccato: q; immolabat cozā domino ⁊ aspergebatur de sanguine eius pro peccato. alius autē nō pertinebat ad sacrificium pro peccato: q; nō immolabatur nec expiabatur in sanguine eius: sed mittebatur in desertuz. (Offeret illum pro peccato). s. q; sacerdos magnus offerret istū hircum ⁊ immolaret eum cozā domino. ⁊ hoc pro peccato: q; immolabatur ⁊ aspergebat sanguis eius vt fiat expiatio p peccato. ¶ Sciēdū autē q; omnia que dicunt in isto. c. cū dicit immolabit vel offeret vel aspergat ⁊ similia verba: referunt ad summū sacerdotem: q; nō erat aliquis alius sacerdos qui in die propitiationis ministraret. (Cuius autē in caprum emissariū: statuet eū coram domino). i. ille caper super quē caderet sors q; mitteretur in caprū emissarium statuebatur siue presentabat cozaz domino. s. ad ostiū tabernaculi. ⁊ hoc erat vt sacerdos faceret ea que infra dicunt. s. q; cōfiteretur peccata israelitaruz ⁊ imprecaret illa super caput hirci illius. ¶ Sed dicet aliquis qūo dicit hic q; sacerdos statueret cozā domino hircū super quē cecidit sors capri emissarij cū supra dicatur q; quādo suscipiebat sacerdos istos duos hircos ab israelitis presentabat eos cozā domino: ⁊ ibi ponebat sortes vt patet supra cū dicit. cūq; obtulerit vitulū ⁊ orauerit pro se ⁊ pro domo sua: duos hircos stare faciet corā domino in ostio tabernaculi mittens super vtrunq; sortem. ¶ Respondendū est q; isti hirci erant cozam domino cum mittebantur sortes super eos. ⁊ cum dicitur hic q; iste hircus super quem erat sors capri emissarij cozam domino statueretur. non est sensus q; ante hoc non staret cozam domino: sed quia tunc cum sorte separatus esset debebat specialiter sacerdos presentare cozā domino: quoniā accipiebat eū loquens ad aurem oia peccata israelitarū: ⁊ ponens super caput eius manus suas ad imprecandū q; venirent super eū peccata israelitarū. Uel alio modo dicit hic q; sacerdos statueret cozā domino istū hircum ad tollendū dubium: q; sorte posita pro capro emissario debebant dici inigitates israelitarū super eū. ⁊ hoc nesciret sacerdos an facere deberet cozā domino vel in aliqua alia parte. ⁊ dicit q; debebat fieri cozā domino: scilicet q; statueretur iste hircus cozam domino: idest sicut ante erat cozam domino quādo sors posita est: ita deberet esse postea quando super eum dicebantur iniquitates israelitarum. ⁊ dicitur hic q; statuet enm vitum ad differentiā alterius capri super quē cadebat sors domini: qm̄ ille immolabat. iste autē qui emissarius erat nō immolabat. nā si imolaret nō esset emissarius: quoniā tūc nō posset emitti ad portandas iniquitates. (Ut fundat preces super eo.) Statuebat sacerdos hircū cozā domino vt cōfiteretur sup eū iniquitates filioz israel: ⁊ tūc imprecabatur dicēs. domine deus fac vt iniquitates que nos egimus ⁊ pene que pro eis nobis infligēde erant trāsferant super hunc hircū. nec eniz aliquid alterum imprecabatur. Iste autē magis vocant imprecationes q̄s preces. ⁊ tunc ponebat hircus cozā domino ad signādum q; deus audiebat imprecationes illas. ⁊ etiā ipse iubebat cozaz eo fieri vt israelite intelligerēt q; deus acceptabat istas pces. (Et emittet illum in solitudinē). i. postq̄ iste preces fuse fuerāt sup hircum mittetur in solitudinem vt portet illuc iniquitates israelitarum. ¶ Sciendum est autē q; ista littera nō est accipiēda hic in ordine consequenti: sed est per anticipationem. quod patet quia hic dicitur q; sacerdos funderet preces super hircū: ⁊ post subditur q; immolaret vitulum ⁊ introiret sancta sanctorum. infra tamen dicitur q; postq̄ sacerdos exibat de sancta sanctorum mittebat hircū in desertum fundens super eū preces. Dicēdum igitur q; hic ponitur per anticipationem. ⁊ non ponitur

propte

Paucitas fidei semp māsit iaplis vsq̄ ad pēteostē.

D

Obiectō.

Rñsio.

Q; nūc nō vtimur sortib⁹ ī vet. test. sic.

Nota q̄re eccl̄ia non vtat sortibus.

E

†

Obiectio.

Rñsio.

A

Rñsi. ad q̄st.

†

Notādū

B

Dubium

Rñsio.

2. Solu.

†

†

Notādū p enodatiōe l̄re.

Dic ē anticipatio

propzie tanquā sic se habeat ordo littere in executione. Sed ponitur hic vt preceptum. z ponuntur primo omnia que fieri debebāt: deinde enarrant facta in ordine suo ibi: cū dicitur. (Dis rite celebratis.)

† A ¶An sortis cui dicebat offerri hircus emissarius. s. azazel sit demon vel rupis quedam sm Ra. sa. vel quid sit. Questio. 15.

Circa hoc considerandum est q vbi nos dicimus q sacerdos poneret vnam sortez domino: z alia caprio emissario: habetur in hebreo alteram azazel. z significat sortem. z est sensus q vna sors poneretur pro domino: z alia pro sorti. Aliqui autem existimant hunc sorte esse demonem: quia nō est potestas sub celo que cōpareț ei iuxta testimoniuz Job. z sm hoc offerretur vnus hircus domino: z alius demoni. z hoc mandāte deo. ¶Sz hoc valde horribile est q deus mandaret aliquē preter se adorari z sacrificari sibi: cū deus maxime zelaret adorationem ne alicui alteri daretur. Etiā qz hoc deo non iubente erat valde absurdum fieri. vnde sequenti. c. iussit deus ne colerent vltra demones sicut ante coluerāt. ¶Ideo Ra. sa. dicit q azazel non erat demon: sed signat sortem: z erat nomen cuiusdā rupis magne hierusalez: z de illa precipitabatur iste caper. vnde est sensus quādo dicitur q vna sors mitteretur pro azazel. i. mitteretur super caprum ad precipitādum eum de azazel. Sed hoc nihil est: quoniā ista littera nihil tale innuit infra. sed solum dicitur q mittebatur ille caper in solitudinem. nec fit mētio de aliqua precipitatione. si tamen fieret diceretur de ea aliquid.

Ra. sa. opio.

3. Alioz opio. ¶Alij autē dicunt q azazel signat hic diabolum. z est sensus q offerebatur iste hircus azazel: idest diabolo. non tamē offerebatur sibi ꝓpter se: sed offerebaț ne noceret hominibus. Sic enim romani quondam fecerunt adorantes quosdam deos ne nocerent: scilicet quartanam z tertianam febrem: z pallorem z timorem. nam quādo ista homini eueniunt ei malum incutiunt. Fecit autē principium culture huius tertius rex Romanorū. s. tullius hostilius: qui cū semel pugnaret extra hostes suos: z albani qui in eius auxilium venerāt ad hostiuz castra cōuersi fuissent: timuit vehemēter atq; expallait: pollicitusq; est pallori z timori q coleret eos in deos si recederent ab eo: z sic factū est. quoniā postea apud romanos cultus istorum obseruatus est. Sic etiaz fiebat de diis infernalibus z animabus detentis apud inferos q in prima die februarij fiebant quedam festa que vocabātur purificationes pro animabus defunctorum: ne ipsi apparentes in somnijs terrerent viuentes. z ab istis purgationibus mensis ille februarius dictus est: quoniā februa in greco purgationes signant. de his late Ouidi. in. z. lib. fastorū in principio. z vocabatur istud festum apud romanos festum manium z lemuriuz: qz anime mortuoꝝ manes z lemures vocantur apud poetas. ¶Sz hoc non potest stare: qz quomodocunq; fieret siue per timorez: siue als sacrificium tamen ipsi demoni impendebatur: qđ erat valde inconueniens. immo maius dedecus erat dei hebreorum q non posset eripere suos cultores a demonibus: z ꝓpter hoc cogerentur colere demonem ne noceret eis. non igitur immolabatur hircus iste azazel: idest demoni: quia non dicit hic q fiebat aliqua immolatio: sed solum q mittebaț ille hircus in desertum.

Romani coluerūt febrez z timorez ne eis eueniret.

B Februari⁹ qr sic dict⁹. Jm pba.

† 4. Opio ra. frā. ¶Alij autē dicunt q isti duo hirci offerebantur domino: z tamē per sortem signatur hic diabolus. z est sensus q offerebatur iste hircus azazel: idest pro sorti. s. pro diabolo. ita q hebrei offerrent istum hircum non diabolo sed pro diabolo: idest vt deus liberaret eos a potestate diaboli. z tūc offerebātur hic duo hirci deo. vnus ꝓ peccato vt remitteret eis peccata: z alius vt liberaret illos a potestate diaboli: scilicet ne demone agēte in vitia laberētur. Jsta est expositio quā dat Ra. abzaā francus exponendo secreta Ra. abzaā abenazre: z conatur probare ex littera istam expositionem: quia non dicitur hic q offerretur vnus hircus deo: z alius sorti. sed dicitur q offerretur vnus pro sorti: scilicet pro diabolo. non pro sorti. i. ꝓpter ipsum causaliter sz occasionaliter: scilicet vt liberaret eos deus ab illo sorti. ¶Sed ista expositio non conuenit littere. nam sm hanc nō offerebantur isti hirci nisi deo: ideo non deberet poni sors vna pro deo z alia pro sorti. Sed vterq; hircus esset pro deo: z ponerent sortes aliter: scilicet vna sors pro hirco ꝓ peccato: z alia sors ad hircum pro diabolo. non tamē sic fit: sed deus ponitur hic tanq; vnum extremum pro quo fiebat sors. ergo nō potest intelligi sic. ¶Item nō cōcordat hoc littere superiori: qz supra dicitur q offerebantur duo hirci pro peccato. ergo offerebatur vnus pro liberatione demonis: z alius pro peccato directe: scilicet pro remissione peccatorum: z alius indirecte: scilicet vt liberarentur a diabolo ne inducerēt eos ad peccandum. Adhuc non potest stare: quoniā tunc vnus istorum hircorum esset pro peccatis preteritis: scilicet ille qui dicit esse pro deo: z alius pro peccatis futuris: scilicet ille qui erat pro demone. hoc tamē repugnat littere inferiori. dicit enim infra q sacerdos cōfitebatur omnes iniquitates filiorum israel super hircum: z imprecabatur eas capiti illius atq; mittebat in desertum. sed hoc necessarium est intelligi de peccatis preteritis. z sic nō stat ista positio.

Jste rab. frāc⁹ fuit iude⁹ q dā bispan⁹ apō suos doctis sim⁹. Cōfuta. 1. rō.

¶Alia autē est expositio etiā istius Ra. abzaā qui vocat francus. dicit enim q intelligitur per sortem planetā saturni qui habet potestatē suaz in desertis: z est valde nocuus planeta. dominatur autē in tēpore in quo fiebat festum expiationis: quoniaz exaltatio saturni est in libza: z sol incipit in ea in mense septembris. etiā quia saturnus habet primā faciez libre: z obtinet duo dominia quinq; gradus domini. s. vnum ꝓpter faciem: z quatuor ꝓpter exaltationem. z tunc est sensus littere sm illū q deus faciebat q offerrentur isti duo hirci: quorū vnus erat in sortem domini: scilicet pro remissione peccatorū: z alius erat pro sorti: idest pro illo planeta qui dicitur saturnus: vt deus liberaret hebreos a potestate istius planete nocui. ¶Sed adhuc ista expositio nō potest stare. Primo qñ errat in fundamento. s. dicens q deus mandaret offerri vnum hircum pro sorti: idest vt liberarentur a potestate saturni. nam hoc induceret indubitatam heresim z idolatriā in cordibus iudeorum. nā si deus tāte potestatis diceret esse saturnū vt oporteret offerri sacrificia ne eis noceret: existimarēt istū planetā habere aliqd deitatis: z sic colerēt eum tanq; deus: qđ erat maxime cōtra intentionez dei. nunq; ergo deus mandauit. ¶Itez patet hoc amplius ex eo q isti soli planete attribuerent istud speciale. nam si pro liberatione ab omnibus periculis deus sibi mandaret offerri aliqua sacrificia: q etiā mandaret pro liberatione a saturno offerri hircuz nō videbatur incōueniens. z tamē pro sola liberatione a potestate planete huius offerrent hircū: z pro nullo alio periculo euitando quicquid offerri iuberetur: videbatur manifeste demōstrari hunc saturnum esse aliquid speciale super omnia in quo haberent iudei valde magnum incitamentum ad errandū. deus tamē hoc nō dedit nec dare debuit. patet de hoc Deut. c. 4. vbi iussit ne homines eleuarent oculos ad videndum stellas celi: ne forte viderentur eis pulchre z inducerentur ad adorādum eas: cum dicit. caue ne eleuatis oculis in celum videas solē z lunā z omnia astra celi: z erroze deceptus adores ea: z colas que creauit dominus deus tuus in ministeriuz cūctis gentibus que sub celo sunt. ¶Item ad hoc magis patet hoc: quoniā si deus iussisset iudeis vt offerrent hircū pro liberatione a saturno de mōstraret eis saturnū esse timendum. sed hoc deus maxime vetuit dicēs astra celi nō habere potestatez super hominē nec debere timeri ab eis vt habeț Diere. c. 10. cū dicit. iuxta vias gētium nolite discere: z a signis celi nolite metuere que timēt gētes: qz leges populorū vane sunt. ¶Itē ista expositio repugnat littere: qñ dicitur supra q offerrentur isti duo hirci pro peccato. tamē sm istam assignationē nō possunt ambo offerri ꝓ peccato: sed solū primus: alius aūt offerretur pro saturno. ergo nō pōt intelligi per sortē saturnus. Item qz infra in littera declaratur quomodo fit iste hircus secūdus pro peccato scilicet ꝓmus: qz dicit q cōfitebitur sacerdos iniquitates israelitaruz super caput illius imprecans eas venire super euz: z sic mitteretur cum omnibus iniquitatibus in solitudinē. nō igit facit hoc aliquid ad saturnū: potissime qz si ꝓ saturno deberet offerri vnus hircus: deberet etiā pro marte offerri alius: cuz eodē modo sit planeta nocuus. ¶Itē si iste hircus offerreț pro liberatiōe a planeta saturni cū cōfiteretur sacerdos peccata super istū hircum z portaret ea in solitudinem. videt q cōfessio istorū peccatorū z remissio eorū ptineret ad saturnum: cū non fieret hoc in hirco primo qui offerebaț deo: sed in secundo qui dicebaț offerri pro saturno. hoc autē valde incōueniens est: qz cōfessio vel remissio peccatoꝝ ad saturnū nihil pertinet: cū sit quoddā corpuz inanimatum pure nāle nō habēs aliquā virtutez spiritualem.

Cōfuta. 1. rō.

¶Itē nō est aliquo modo verisimile q deus loquereț hic de saturno qñ ille erat incognitus hebreis. Cognitio nāq; de his planetis ptinet ad eos qñ sunt periti in astris. iudei tamē erāt vulgus rude nō cognoscentes aliqd de his. non igit loquereț de hoc. z si fortassis loqui voluisset nō vocaret eū sortez: qz est nomē multum cōfusuz pertinēs ad alias res: sed vocasset noīe ꝓprio. qđ nō factū est. ergo nō itelligit de saturno. ¶Alij aūt iudei in quodaz libro q apud eos dr defensoriū vel scutū fidei exponunt istā particulam dicentes q offerebantur isti duo hirci domino: sed vnus offerebatur pro peccato: idest pro peccatis

5. Expō ra. frāci. An itelligatur ꝓ azazel planeta saturn⁹ vt sibi offerat vn⁹ hircus ne aliqd noceat.

Jm pba. 1. rō.

D

2. rō.

3. rō.

4. rō.

E

5. rō.

6. rō.

6. iudeoꝝ opio.

que ex sola parte rationali: scilicet intellectu ⁊ voluntate oriuntur: que vocantur peccata per maliciam sicut declarauimus supra. 4. c. in principio. ⁊ originātur per solas has duas potētias.

Jm ꝓba. 1. rō. ⁊ alius bircus offerebatur ꝓ forti: idest ꝓ peccatis que sensualitate cōmisimus que fortis: qz fortiter iuribus rationis repugnat. ¶ Sed adhuc ista positio non multuz stat: qz erat hoc distinguere genera peccatorum: scilicet que erant ꝓ malicia: ⁊ que ꝓ passione. Sed nō multum cognituz erat apud iudeos: quia ad maiorem hoc pertinet speculationem.

2. rō. ¶ Itē nō videtur hoc stare: quoniā si acciperetur hic primus bircus ꝓ peccatis que sunt in sola voluntate ⁊ intellectu cuz illa dicātur esse per puraz maliciam non vocarentur hic peccata: sed iniquitates vel scelera: sicut alibi vocantur scelera ⁊ iniquitates. vtraqz tamē vocantur hic peccata. nō ergo positum fuit hoc ad distinctionem.

3. rō. ¶ Itez nō stat cum isti dicunt q offerebatur secūdus bircus ꝓ peccatis que fiebant ꝑ passionē: qm̄ nō solum cōfitebatur sacerdos super istum bircū peccata que erant ꝑ passionem: sed generaliter omnia peccata filiorum israel. ergo non debātur isti duo birci ꝓ diuersis generibus peccatoꝝ.

4. rō. ¶ Itē apparet hoc magis: qz dicitur de isto secundo birco q portabit bircus omnes iniquitates eoꝝ in terram solitariam. ⁊ ante hoc dicitur q sacerdos posita vtraqz manu super caput birci cōfitebatur omnes iniquitates ⁊ vniuersa peccata atqz delicta israelitarum: sed iniquitates dicuntur esse ille que sunt per maliciam. ergo etiā ad istum secūdum bircum pertinebant peccata que per maliciam sunt: ⁊ sic non erunt isti duo birci ꝓ diuersis generibus peccatorū sicut isti assignant.

F

7. indeorū opio. ¶ Adhuc indei supradicti in libro qui dicitur defensorium fidei ponunt aliam expiationem. s. q isti duo birci offerebantur domino: ⁊ vnus dabatur ꝓ peccato. i. ꝓ remissione peccatorum. s. primus. alius autē dabaf ꝓ forti. i. ꝓ mitigatione appetitus sensitiui qui fortis dicitur cum fortiter repugnet.

Jm ꝓba. ¶ Sed hoc non pōt stare: quia ille bircus qui daretur ꝓ mitigatione appetitus sensitiui nō ꝓprie dicebatur dari ꝓ peccato: qz peccatū est quādo factum est: ante autē non est peccatum. sed in parte sensitiua nō est consumatum peccatum: sed est quoddā incitamentū ad peccatum. ergo si offerretur aliquid ꝓ mitigatione partis sensitiue: non ꝓprie diceretur offerri ꝓ peccato.

Obiectō. ¶ Et si obiicias semper concedens q incitatio partis sensitiue semper vocetur peccatum: siue ꝓprie: siue improprie.

Solutio. Adhuc dicēdū est q nullo modo possit hic taliter accipi: qm̄ secūdus bircus qui dicitur hic offerri ꝓ forti: ꝓ peccatis preteritis oblatus innuit. qō patet quia. j. dicitur q confitebitur sacerdos omnia peccata israelitarum super caput birci: ⁊ q portabit omnes iniquitates in terram solitariam. Sed manifestum est q hoc nō pōt intelligi nisi de peccatis iam factis: quia non possumus cōfiteri peccatum qō non est. ergo non pōt stare illa distinctio.

S Uera ifę expō. ¶ Concludendum est ergo q nulla expositio huic littere cōuenire pōt nisi illa que ꝑm litteram nostrā exprimitur. s. q offerrent duo birci domino: ⁊ ambo ꝓ peccatis. sed vnus cadebat in sortē domini ⁊ offerebatur ꝓ peccato. i. dicebatur specialiter offerri deo: qz immolabatur intra sanctuariuz ꝑm omnes cerimonias aliorum sacrificiorum. ⁊ erat iste ꝓ peccato. s. vt de sanguine eius fieret expiatio ꝓ peccato super altare thymiamatū ⁊ coram propitiatorio. Secūdus bircus erat ⁊ etiā offerebatur domino: sed sors huius cadebat in caprum emissariuz. i. veniebat ei per sortem q mitteretur in desertum portando super se iniquitates israelitarum. ⁊ iste bircus ꝑm lrām hebraicam dicit esse ꝓ azazel. i. ꝓ forti. s. ꝓ capro emissario. iste enim caper fortis dicitur: quia impetuosum animal est. ⁊ specialiter vocatur fortis iste caper emissarius qm̄ portabat super se iniquitates totius populi qō aliquid valde magnum erat.

¶ His rite celebratis offeret vitulum: ⁊ rogans ꝓ se ⁊ domo sua: immolabit euz. Assumptoqz thuribulo qō de prunis altaris impleuerit: ⁊ hauriens manu compositum thymiama in incensum: vltra velū intrabit in sancta: vt positis super ignem aromatibus nebula eoꝝ ⁊ vapor operiat oraculuz quod est super testimonium: ⁊ non moriatur. Tollet quoqz de sanguine vituli ⁊ asperget digito septies contra propitiatorium ad orientē. Cū/ qz mactauerit bircum ꝓ peccato populi: inferet sanguinem eius intra velum: sicut precepti est de sanguine vituli vt aspergat e regione oraculi: ⁊ expiet sanctuarium ab immūdiciis filiorum israel: ⁊ a preuaricationibus eorum: cunctisqz peccatis. Juxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij quod fixum est inter eos in medio sortium habitationis eorum. Nullus hominū sit in tabernaculo quādo pontifex sanctuariuz ingreditur: vt roget ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua: ⁊ ꝓ vniuerso cetu israel: donec egrediatur tabernaculum. Cum autē exierit ad altare quod coraz domino est oret ꝓ se: ⁊ sumptum sanguinem vituli atqz birci fundat super cornua eius per gyruz: aspergensqz digito septies: expiet ⁊ sanctificet illud ab immundiciis filiorum israel. Postqz emundauerit sanctuarium ⁊ tabernaculuz ⁊ altare: tunc offerat bircum viuentem. Et posita vtraqz manu super caput eius: cōfiteatur omnes iniquitates filiorum israel ⁊ vniuersa delicta atqz peccata eorum. Que imprecans capiti eius emittet illum per hominem paratum in desertum.

Exo. 30. Hebre. 9. Heb. 10. a

His rite celebratis. Hic ponitur executio eorum que supradicta sunt. Executio eoꝝ q̄ dicta fūt Quid intelligat ꝑ istō relatiuū. ⁊ dicit. bis rite celebratis. i. postquā omnia superiora facta fuerint. ¶ Sciendum est q hic non demōstrantur omnia supradicta per istud pronomen demōstratiuum: quia tunc esset sensus q anteqz fierent ista que immediate sequūtur essent fuse preces super caprum emissarium: ⁊ esset missus in solitudinem. qō patet: qz supra immediate dictum est. cuius autē in caprū emissarium statuet eum coram domino vt fundat preces super eum ⁊ emittet illum in solitudinem. tamē infra in littera habetur cōtrarium: qz dicitur. postqz sacerdos magnus emūdauerit tabernaculum ⁊ sanctuarium. s. per sanguis aspersionem: offeret bircum viuentem: ⁊ ponēs vtraqz manum super caput eius cōfitebitur omnes iniquitates filiorum israel ⁊ emittet illum in desertum. non potest ergo intelligi ista demōstratio de omnibus supradictis: sed solum ad hoc q aaron offerret ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua vitulum: ⁊ q susciperet a filiis israel duos bircos atqz poneret duas sortes sup eos. s. vnā dño: ⁊ aliā capro emissario. Post hec autē fiebant oia q̄ infra sequunt. (Offeret vituluz.)

† Iste vitulus offerebatur ꝓ peccato summi sacerdotis ⁊ omnium familiarum suarū. bircus autē ꝓ peccato sicut supra declaratum fuit ⁊ etiā magis apparet: qz immediate dicitur q cū sacerdos offerret istum vitulū rogabat ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua. Sed in sacrificiis erat ista cōsuetudo q nunqz oraretur ꝓ aliquo nisi ꝓ eo qui obtulisset: sic autē hic. ⁊ dicitur offerre vitulum. i. presentare eum coram domino: quoniā nō accipitur offerre. i. immolare: cum dicatur hic offeret ⁊ imolabit: ⁊ ponūtur hic tanqz distincta.

Qō. 16. A An vitul⁹ q offerebaf in die ꝓpitiationis eēt vitula rufa. Jmp⁹. 2. rō. ¶ Circa hoc cōsiderandum est q aliqui dixerunt istum vitulum de quo hic dicitur esse vitulā rufam que offerebatur ad expiandū peccatum. hic autē de expiatione agitur. ¶ Si autē obiiciatur cōtra istos q illa erat vitula: ⁊ hic dicitur de vitulo. Respōdet q ponitur hic nomē sexus ꝓ nomine speciei: ita q vitulus dicatur siue masculus siue femina: sicut aliquādo tam in sacra scriptura qz in modis vulgatis loquendi reperitur.

2. rō. ¶ Sed hoc nō pōt stare: quoniā vitula rufa offerebatur ꝓ toto populo vt inde fierent cineres ꝓ expiandis immundiciis populi vt patet Nume. 19. c. si iste vitulus de quo hic offertur ꝓ peccato sacerdotum solum. Itē vitula rufa occidebaf ab eleazaro filio aaron: vel sub aliquo alio de minoribus sacerdotibus vt habef Nume. 19. c. sed hic vitulus solum occidebatur a sacerdote magno: qz ipse solus poterat offerre in hac die ꝓpitiationis ⁊ facere omnes cerimonias vt habetur ex discursu huius. c. Itē quādo vitula rufa imolabatur erat

3. rō

batur erat extra castra vt habetur Nume. 19.c. sed iste vitulus de quo hic dicitur immolabatur apud ostiū tabernaculi vt apparet ex discursu huius.c. Maxime cum dicatur q̄ carnes vitule rufe educebantur de sanctuario ad cremandum extra castra contra fores tabernaculi vt patet Nume. 19.c. sed sanguis vituli de quo hic aspergebatur intra sancta sanctorum ⁊ super altare thymiamatum vt apparet infra in littera. Item ille q̄ immolabat vitulam rufam erat immundus vt habetur Nu. 19.c. ⁊ hoc vsq; ad vesperum. sed iste qui offerebat vitulum nō erat immundus q̄n immediate introibat in sancta sanctorū: qō nō faceret si esset immundus. multa quoq; sunt alia mōstrantia dīs similitudinem inter istum vitulum de quo hic ⁊ vitulam rufam: que colligi possunt Nuī. 19.c. Dicendum ergo q̄ non erat ista vitula rufa: sed quidam vitulus oblatus pro peccato sacerdotis ⁊ familiarum suarum. (Et rogans pro se ⁊ pro domo sua.) Cū offerret istud sacrificiū orabat pro se ⁊ alijs de cognatione sua: quia ista erat lex sacrificiorum vt pro quocunq; offerretur funderent quoq; pro eo p̄ces. orat autē p̄mo pro se sacerdos q̄ pro alijs. cuius cause supra assignate sunt. deinde autem pro domo sua. s. non solum pro familiaribus suis ⁊ omnibus qui intra domum suam habitant: sed etiam pro omnibus sacerdotibus qui sunt de stirpe sua ⁊ pro omnibus leuitis: q̄q̄ non pertineant ad familiam suam sicut supra declaratum est. (Et immolabit eum.) .i. iugulabit illum coram domino apud altare holocaustorum in latere aquilonari. ibi enim holocausta immolabantur vt habetur supra. 1.c. Sed idem erat locus in quo offerebantur sacrificia holocaustorum ⁊ pro peccato ⁊ pro delicto vt habetur supra 14.c. (Assumptoq; thuribulo.) Hic ponit alia cerimonia quaz obseruare deberet sacerdos ad hoc q̄ licite intrare posset ītra sancta sanctorum: ⁊ est q̄ repleret thuribulum prunis ⁊ imponeret thymiama super illud ad introeundum in sancta sanctorum. (Circa qō aliqui dicunt q̄ istud thuribulum erat thuribulus aureū pēdēs intra sctā scōr de aliqua columna ⁊ in illo ponebantur prune. ⁊ hoc videbatur dicere aplus ad Heb. c. 9. vbi habetur. post velamentum aūt scōm tabernaculuz qō dicitur sancta sanctorum aureum habens thuribuluz. sed de hoc dirimus Exodi. 30.c. qualiter accipiendum sit. ideo non est hic disputandum qualiter dicatur esse thuribulum aureum intra sancta sanctorum. Sed dicendum q̄ istud thuribulum erat aliqō de thuribulis quibus vtebantur sacerdotes cuz ponerent quotidianū thus super altare thymiamatum. Sed an hoc thuribulum esset aureum vel eneuz sicut alia vtensilia altaris nihil ad presens negocium. (Qō de prunis altaris implenerit). i. ponet prunas super thuribulum ⁊ illas recipiet de altari holocaustorum. in illo eniz semper erat ignis ⁊ sacerdos apponebat quotidie ligna ad fomentuz illius ignis vt patet supra. 6.c. ⁊ non licebat accipi de aliquo alio loco prunas nisi de altari. ⁊ propter hoc errauit Nadab ⁊ frater suus Abiu: quia acceperunt ignem alienum vt bētur supra. 10.c. ⁊ hic in littera. ⁊ hoc cum voluissent offerre incensum super altare thymiamatum. quilibet autez ignis ad istā ministrationem alienus dicebatur preter ignem altaris. (Hauriens manu compositum thymiama). i. sacerdos accipiens in manu sua thymiama vt apponat super prunas cuz fuerit in sancta sanctorum: vt fumus inde surgens operiret totum propitiatorium ne aliquid videri posset. Non tamen est intelligendum q̄ istud thymiama compositum non poneretur vsq; quo sacerdos esset intra sancta sanctorum: quia tunc quando illuc introiret videret ea que essent super propitiatorium. s. corpus illud in quo voces formabantur de quo supra dictum est. ⁊ etiam nō esset aliqua nebula consurgens de thuribulo ad velandum faciē propitiatorij. sed hoc falsum est ⁊ inconueniens. nam tunc non referebatur poni thymiama vel non si semel daretur sacerdoti id qō erat super propitiatorium. Dicendum ergo q̄ antequā introiret in sancta sanctorum ponebat thymiama super prunas vt sic exhalaret nebula anteq̄ introiret sacerdos in sancta sanctorum: ⁊ tunc ferebat in manu sua adhuc magis de thymiamate vt si deficeret nebula consurgens ex thymiamate: qō cremabat apponeretur denuo thymiama vt non contingeret sacerdotem esse sine nebula ascendente de thuribulo. naz tunc videret id qō erat super propitiatorium qō erat contra intentionem dei ponentis istam legem. (Compositum thymiama.) Hoc dō ad differentiam thuris simplicis cum nihil habet sibi compositum. que autem erant hec que componebant thymiama ⁊ in qua proportione ponderis se habebant habetur Exo. 30.c. (Incensum). i. ad incendendum. s. q̄ portabatur istud thymiama in manu sacerdotis vt ipse poneret continue super thuribulum incendendo illud in scā scōr ne cessaret nebula ⁊ surgēs inde. (Vltra velū intrabit in sancta). i. introibit in scā sctōr: ⁊ hoc vltra veluz. .s. qz locus iste erat vltra velū. (Erāt. n. duo velamina. Unū quod pendebat ante ostiuz tabernaculi. ⁊ istud diuidebat tabernaculum ab ostio suo. ⁊ non vocatur hoc velum: sed communiter vocatur tentorium. Aliud autez erat velamen qō distinguebat inter primam ⁊ secundaz partem tabernaculi. ⁊ istud est qō pendebat ante sancta sanctorum: ⁊ est de quo dicitur in passione Christi Matth. 28.c velum templi scissum est in duas partes. nulla autem erat distinctio iste partis a secunda nisi p̄ istud velum qō pendebat ante quattuor columnas de quo habetur Exodi. 28.c. ideo quicunque intrabat in sancta sanctorum dicebatur intrare intra velum. ⁊ qui vltra velum dicebatur sancta sanctorum. (Ut positis super ignem aromatibus nebula eorum ⁊ vapor operiat oraculum.) Hic ponitur causa supradictorum .s. quare thymiama ponebatur in thuribulo. ⁊ dicitur q̄ fiebat ad hoc vt de thymiamate illo consurgeret nebula ad operiendum faciez propitiatorij: ne videretur id qō erat super propitiatorium. s. corpus in quo formabantur voces de quo supra dictū est. fiebat autem hoc modo q̄ sacerdos portaret ante faciē suaz thuribuluz habens thymiama. ⁊ quia thymiama erat ex rebus multum fumosis emittebatur crassus fumus qui operiebat totuz qō erat ante oculos sacerdotis ita vt nihil posset videre ante se. ⁊ sic non dicebatur propzie operiri propitiatoriuz: sed magis oculi ipsius sacerdotis. dicitur autem hic vapor ⁊ nebula consurgens que non sunt plura. idem enim est vapor surgens de thuribulo ⁊ nebula: ⁊ ponitur ly ⁊ exp̄sitiue. s. vapor ⁊ nebula. i. nebula ex vaporibus. (Operiat oraculum.) Vocatur hic oraculum ipsum propitiatorium. nam sic interdum alīs vocatur aliter. Quare autem propitiatorium vocetur oraculuz supra posite sunt due rationes. (Qō est super testimonium). i. super arcam testimonij: quia in arca illa erant tabule decalogi que erāt in testimonium date legis. ⁊ iste tabule aliquando vocantur testimonium vel testificatio vt habetur Exodi. 25.c. cum dicitur. pones in arca testificationem quam dabo tibi. i. tabulas. etiam alia que intus erant. i. virga Aaron que frōduit ⁊ vna ⁊ deuteronomius: que vocari etiam possunt testificatio sicut declaraumus Exodi. 25.c. (Et non moriatur). i. quādo fecerit ista nō morietur. q̄ si fortassis introierit sine thymiamate morietur. Causa huius est quoniam deus apparebat super propitiatorium in nube sicut supra dictum est: ⁊ videret illum sacerdos nisi portaret thymiama: ⁊ videns moreretur vt patet supra. (Tolletq; de sanguie vituli.) Istō erat scōz qō introducebat sacerdos in sancta sanctorum. s. sanguis vituli ad aspergendum. ⁊ non solū sanguis vituli: sz ēt birci vt p̄z. j. ⁊ iste sanguis cōmixtus erat in eadem craterula. fundebatur partim de sanguine vituli ⁊ partim de sanguine birci ⁊ cum aspergeretur de vtroq; aspergebatur. vnde non est intelligenda ista littera sm ordinem qui hic designatur: quoniam prius dicitur q̄ introferret de sanguine vituli: deinde dicitur de sanguine birci: sed de vtroq; simul ferebatur. (Aspergetq; digito septies contra propitiatorium). i. mittet digitum suum in sanguinem vituli vt aspergat de illo coraz domino. De ista littera dicendum est q̄ non teneatur in ea ordo q̄ exp̄imitur: sed debet intelligi littera inferior per recapitulationez. qō patet quia dicitur hic q̄ aspergeret sacerdos septies coram domino de sanguine vituli. ⁊ postea dicitur q̄ occidet birc̄ ⁊ de sanguine eius faciet similiter. oportebat igitur sz hoc vt sacerdos magnus bis introiret in sancta sanctorum in die p̄pitiationis. s. semel ad aspergendum sanguinem vituli: ⁊ post hoc occideret bircum ⁊ introiret ad aspergendum de sanguine birci sicut de sanguine vituli. ⁊ tamen sacerdos solum introibat semel in anno in sancta sanctorum vt patet ad Hebr. c. 9. ergo nō introibat bis in die ista. sed introibat bis si primo poz taret sanguinem vituli: ⁊ deinde post expiationem factam in illo occideret bircum ⁊ introduceret sanguinem eius. ergo simul introducebatur intra sancta sanctorum sanguis vituli ⁊ birci: (Item patet hoc infra: quoniam dicitur q̄ sacerdos orabat pro se ⁊ domo sua ⁊ pro vniuerso israel: ⁊ sumebat sanguinem birci ⁊ vituli ⁊ fundebat simul super cornua altaris thymiamatum. ergo simul sanguines isti fundebantur: ⁊ simul vtrunq; introducebat sacerdos in sancta sanctorum. Luz ergo dicitur hic q̄ immolaret vitulum sacerdos ⁊ de sanguine eius aspergeret septies contra propitiatoriuz: ⁊ postea dicitur q̄ occidatur bircus: ⁊ fiat de sanguine eius similiter: non est sic accipiendum: sz intelligitur q̄ occideretur vitulus ⁊ deinde bircus. ⁊ tunc sumeretur sanguis vtriusq; in cratera: atq; aspergeretur de vtroq;

4.rō.

Doc.rñ.

†

†

B Nōnulloz opinio de b̄ thuribulo an esset aureum.

†

†

Aliq; sacerdos introirt ponebatur thymiama.

†

†

£

† Duo erant velamina.

Lra hec oz itelligi p recapitulationē. 1.rō.

2.rō.

simul: tam coram propitiatorio q̄ super cornua altaris. cum autem dicitur hic q̄ vitulus occideretur ⁊ de sanguine eius aspergeretur septies coram domino. non dictum est tanquam sic fieri deberet nullo interposito: sed ponitur ad notandum quid de vitulo fieri deberet. (Asperget digito septies.) Fiebat aspersio ista septies ad denotandum perfectam expiationem ab omnibus peccatis que significatur per numerum septenarium: quia septenarius numerus perfectus est. ⁊ hoc quia omnia claudantur sub numero septenario quantum ad durationem cum omnium rerum circulus in essendo per septem dies voluatur. etiā quia omnis vegetatio rerum per septem planetas fit: ⁊ quāq̄ alia astra fixa influant: principalis tamen influentia a planetis est: quia ipsi habent latitudinem in motu suo declinando aliquando ad septentrionez ⁊ aliquando ad austrum. ⁊ ista declinatio contemperat elementa ⁊ omnes res elementatas tam viuentes q̄ non viuentes: ⁊ conseruat eas in sua armonia. de quo magis declaratum est Exo. 23. c. vel fiebat ista septenaria aspersio ad signandum expiationem ab omnibus peccatis mortalibus que septem sunt vel ad septem reducuntur. prima tamē harum causarum conuenientior est. (Contra propitiatorium). i. q̄ sacerdos aspergat istum sanguinem contra propitiatorij partem. s. existens ante propitiatorium: ⁊ aspergebat sanguinem cōtra illud. ¶ Sciendum autem q̄ ista aspersio fiebat ad expiandum propitiatorium: quoniam per peccata hominum dicebatur pollui locus in quo deus erat. ⁊ sic ipsum tabernaculum ⁊ omnia vasa eius polluta dicebantur. ideo ad hoc q̄ perfecte munda essent fiebat quedam expiatio. ⁊ quia tam per peccata sacerdotum q̄ per peccata populariū inquinabatur sanctuarium fiebat aspersio in eo pro peccatis vtrorumq̄. pro peccatis enim sacerdotum fiebat aspersio in sanguine vituli: quia ipse immolabatur pro eis. pro peccatis autem popularium fiebat expiatio in sanguine hirci. hunc enim ipsi offerebant. ¶ Causa autem fundamentalis huius expiationis in sanguine est: quia per peccata israelitarum quodam modo videbatur pollui tabernaculum in quo deus habitabat: quia videbatur ei fieri quedam offensio cum eo neglecto peccarēt. ad hoc autem q̄ ista offensio ⁊ inquinatio tolleretur oportebat vt ille qui inquinauerat daret animam suam pro ista inquinatione: quia nihil melius in eo erat: ⁊ hoc modo deberent mori omnes israelite cum omnes p peccata sua polluerent sanctuariū. deus tamen quia misericors est nolens omnes simul perire: ex immensa bonitatis sue largitate recipiebat hanc commutationem vt pro vita vel anima hominum daretur vita vel anima pecorum. ⁊ quia vita pecorum est in sanguine iubebat deus vt offerretur sanguis ad expiandū ⁊ hoc valde conueniens erat. sic habetur sequenti. c. si comederit homo sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius ⁊ disperdaz eam de populo suo: quia anima carnis in sanguine est: ⁊ ego dedi illum vobis vt super altare meum expietis in illo ⁊ sanguis pro anime piaculo fit. sic habetur Deuter. 12. c. cum dicitur. sanguis eorum pro anima est. Quando ergo datur sanguis animalium est vt si daretur vita ipsorum: ⁊ quando datur vita ipsorum pro vita hominum est conueniens commutatio ex dei bonitate vt supra dictum est. ergo conuenienter expiātur peccata hominum per sanguinez pecorum: ⁊ si aliquis offendisset alium tunc iste crederet sibi esse satisfactuz quando alius coram eo occideretur: ita vt videretur deo satisfieri sanguis animalium fundebatur coram illo. ⁊ quia deus dicebatur principaliter esse intra sancta sanctorum super propitiatorium: ideo aspergebatur contra propitiatorium. ⁊ quia in prima parte tabernaculi principalis locus in quo deus erat dicebatur esse altare thymiamatum: ideo etiam super illum sanguis fundebatur. s. super cornua eius. ⁊ isto modo dicebatur purificari taberna culum ⁊ vasa eius ab immundicijs contractis per peccata filiorum israel vt habetur infra cum dicitur. ⁊ expiet sanctuariū ab immundicijs filiorum israel: ⁊ de preuaricationibus eorum cunctisq̄ peccatis. ⁊ iste modus obseruatur in ecclesia cum est polluta sanguine vel semine in quorum vtroq̄ dicitur ipsa ecclesia suscipere quandam offensionem. ⁊ ob hoc etiam quando talia patitur dicitur esse violata tanq̄ aliqua violētia per quodlibet horz sibi inflicta fit. de ista purificatione que erat in sanguine loquitur apostolus ad Hebre. c. 9. dicens. ⁊ omnia pene in sanguine fm legem mundantur: ⁊ sine sanguis effusione non fit remissio peccatorum. (Contra orientem.) Hic ponitur situs propitiatorij fm cōparationem ad partem illam ex qua fiebat aspersio sanguinis. ⁊ dicitur q̄ fiebat contra propitiatorium ad partē orientalem. ¶ Sed hoc videtur valde inconueniens, naz tabernaculum erat sic dispositum q̄ introitus tabernaculi esset ab oriente ⁊ introitus atrij atq̄ introitus in sancta sanctorum. necessarium igitur erat q̄ locus sancti sanctorum qui erat in extremitate posteriozis partis tabernaculi esset a parte occidentali. sic patet Exodi. 26. c. vbi ponitur dispositio tabernaculi: ⁊ in latere meridiano eius ⁊ septētrionali atq̄ occidētali ponebātur tabule. In latere autem orientali nulle ponebantur. ergo ab illa parte erat ingressus: ⁊ sancta sanctorum erant in parte occidentali. s. in extremitate tabernaculi. videbatur ergo q̄ quando sacerdos introiret in sancta sanctorum a parte orientali ⁊ aspergeret sanguinem q̄ fieret ista aspersio contra partem occidentalem: alioquin non fieret contra propitiatorium. sed magis sacerdos introiens in sancta sanctorū conuerteret posteriora sua contra propitiatorium ⁊ aspergeret sanguinem contra introitum sancti sanctorum. ¶ Ad hoc autem sunt aliqui doctorez dicentes q̄ lz introitus in sancta sanctorum esset a parte orientali: conuersio tamen ⁊ aspersio ⁊ oratio erat contra orientem sicut in ecclesijs nostris in quibus fit oratio contra orientem euenit. ⁊ dicunt in hoc approbare modum orandi ecclesie. s. contra orientem. ¶ Sed hoc non stat in aliqua similitudine: quia lz in ecclesijs fiat oratio contra orientem. tamen non fit introitus p partem orientalem: sed per partem septentrionalem: aut meridianam vel occidentalem. Item modus assignandi istorum poterat esse si diceremus q̄ isti introibant directe in sancta sanctorum contra partem occidentalem: ⁊ postq̄ intrassent conuerterent posteriora sua contra arcam ⁊ propitiatorium ad occidentem ⁊ vultum suum contra orientem. Iste tamen modus repugnat littere: quia tunc non posset fieri aspersio contra propitiatorium qō erat in parte occidentali: sed magis contra velū sancti sanctorum ad partem orientalem. ⁊ tamen iste modus repugnat littere cum dicatur q̄ fiat aspersio contra propitiatorium. ¶ Item etiam si textus nihil exprimeret de hoc videbatur esse magnuz inconueniens vt sacerdos intraret directe contra propitiatorium verteret posteriora sua contra arcam ⁊ propitiatorium: super qō gloria domini erat. ¶ Adhuc autem poterant isti assignare quendam alium modum congruentiorez quomodo sacerdos intrans contra propitiatorium versus partem occidentalem conuerteret se contra partem orientalem ⁊ aspergeret sanguinem contra propitiatoriuz. ⁊ hoc erat vt sacerdos directe intrans ab exteriori tabernaculo versus arcam ad partez occidentalem cum accederet ad arcam conuerteretur in circuitu arce: ita q̄ haberet dorsum suum contra parietem occidentalem ⁊ conuerteret vultum suum contra propitiatorium versus partem orientalē per quā introitus erat. s. contra velū. ¶ Sed contra hoc arguit Nicolaus q̄ tunc sequeretur q̄ duo cherubim qui erant super extremitates duas propitiatorij haberent vultum contra partem occidentalem ⁊ dorsum contra introitū in sancta sanctorum. cuius contrarium habetur. 3. Re. 6. c. et. 2. Paralipo. 3. c. ¶ Sed ista consequentia non valet: quoniā arguit Nicolaus de dispositione cherubim qui erāt in templo salomonis ⁊ non de cherubim qui erāt in priori tabernaculo. ⁊ cū arguit q̄ cherubim ⁊ omnia alia erant in templo Salomonis sicut fuerunt in priori tabernaculo sicut dicunt omnes doctores. Respondenduz est q̄ q̄q̄ esset similitudo magna inter ea que fuerunt in isto tabernaculo ⁊ in templum Salomonis: tamē nō fuit omnimoda similitudo vt patet cuilibet inquirēti per singula. sed vt etiam de nullo alio exprimatur satis apparet de cherubim. nā Salomon fecit in templo duos cherubiz de lignis oliuarum. ⁊ habebat quilibet in latitudine ab extremitate vnius ale vsq̄ ad extremitatem alterius decem cubitos: ita q̄ ambo cherubim continebant. 20. cubitos. in priori tamen tabernaculo qō fecit Moyses non erant duo cherubi de olivis: nec erāt ita magna. ¶ Apparet ēt amplius q̄ non tenet istud argm Nicolai ⁊ id qō presupponit est falsuz: qz i priori tabernaculo erāt duo cherubim productiles de duabus extremitatibus propitiatorij: ⁊ habebant vultus suos versos contra se ⁊ inclinatos super propitiatorium vt habetur Exo. 25. et. 37. c. ideo necessariū erat vt dorsum vnius cherub esset contra meridiem ⁊ dorsum alterius contra septentrionem. ⁊ sic non concluditur aliquod inconueniens contra istos doc. ex argumento Nicolai: qm̄ poterant introeuntes in sancta sanctorum orare contra propitiatoriuz directe siue essent a parte occidentali siue a parte orientali: ⁊ neutro modo orarent contra dorsa cherubim: quia non habebant cherubim posteriora sua contra orientem: nec contra occidentem: sed vnus contra meridiem ⁊ alius contra septentrionem. In templo autem qō fecit Salomon erant isti duo cherubim quos

Aspsio ista q̄re septies fiebat.

Qō. 17 A

Ista septenaria aspersio q̄re fiebat i sāguine ⁊ supaltare.

Quō expiabant pctā i sanguine ⁊ quō ōsaccipiat sanguinē p pctis nostris.

B

Situs ppiatorij.

Qō. 18 A

An vez sit q̄ lz introit⁹ in sctā scōz eēt a pte orientali cōuersioni ⁊ aspsio ⁊ oō eēt ō orientē: an iste mod⁹ possit stare.

1. rñsio quoꝝdā doctoꝝ.

Impzo. 1. rō.

B

2. rō.

Ali⁹ modus q̄ poterat assignari ab istis.

Obiectō Nicolai ō istum modum.

Rñsio.

L

Nō fuit oīmoda silitudo tēpli ad scūariuz marie in fabricatiōe cherubim.

De duob⁹ cherub

dī i tēplo salomonis fabre factis.

quos reliquit Moyses super propitiatorium: ⁊ preter hos fabricauit alios duos cherubim magnos extendentes alas a pariete septentrionali vsq; ad parietem meridianam. Erant autē habentes isti duo cherubim simul. 20. cubitos in latitudine: ga quilibet continebat decem cubitos ab extremitate ale vnius vsque ad extremitatem ale alterius: ⁊ occupabant totam latitudinem parietis occidentalis sancti sanctoz̄ pertingentis ab angulo parietis meridiani vsq; ad angulum parietis septentrionalis. tangebat quoq; extremitas ale vnius cherubi extremitatē ale alterius vt habetur. 3. Reg. 6. c. Item latitudo alarum cuiuslibet cherubim eorum quos fabricauit Salomon cum pectore eius erat decem cubitorum ⁊ totidem in altero. cherubim autē qui erant super arcam solum extendebant alas per duos cubitos ⁊ dimidium: quanta erat longitudo propitiatorij qō tegebant. ⁊ ipsi cherubim tangebant se inuicem alis ⁊ claudebant in circuitu totum propitiatorium: ⁊ ita erat longitudo ale cuiuslibet cherubim quasi cubiti ⁊ dimidij. Inconueniens autem qō videtur inducere Nicolaus aliqualiter procederet tempore tempi Salomonis: quia tunc erant duo cherubim in parte occidentali sancti sanctorum: ⁊ qui supradicto modo conuertere se deberet contra propitiatorium ad partem orientalez non haberet conuenienter posteriora sua: quia conuerteret ea versus vultus cherubim qō aliqualiter inconueniens est. ideo argumentū Nicolai in hac parte non concludit. ¶ Quāquam autem ista positio non suscipiat detrimentum ex argumento Nicolai: tamē nō stat conuenienter. ⁊ hoc propter duo. Primo qm̄ si sacerdos sic se verteret in circuitu arce ⁊ propitiatorij: aut vultus illius corporis in quo formabatur vox in propitiatorio erat contra partem occidentalem: aut contra partem orientalem mundi. si autē est contra partem orientalem sacerdos conuertens se modo supra dicto ad orandum contra orientem non oraret contra vultum loquentis in propitiatorio: sed contra tergum: quod patet quia si facies vtriusq; erant contra orientem tam loquentis in propitiatorio q̄z sacerdotis orantis non erat vna contra alterā. qm̄ quando aliqui homines se mutuo respiciunt habent facies contra partes mundi contrarias. ſ. vnus contra orientē: ⁊ alius contra occidentem ⁊ sic de alijs differentijs positionuz. sed hoc erat inconueniens. ſ. q̄ sacerdos oraret versus posteriora dei: ⁊ deus loqueretur sacerdoti non conuertens ei vultum suum. ergo oportebat q̄ vultus sacerdotis esset contra vultum dei. ⁊ tunc data ista positione oporteret q̄ esset vultus dei loquentis contra partem occidentalem vt vultus sacerdotis ⁊ dei se respicerent mutuo. sed ad hoc sequebatur inconueniens: quia tūc illi qui orarent existentes in atrio tabernaculi ⁊ qui intra tabernaculum contra sancta sanctoz̄ non orarent contra vultū dei existentis in propitiatorio: sed contra dorsum: qō satis videtur inconueniens. ergo non erat talis dispositio sacerdotis introeūtis intra sancta sanctoz̄. ſ. q̄ circuiret arcam: ⁊ conuerteret vultum suum contra propitiatorium ad partem occidentalem: qm̄ potius sicut ingrediebatur a parte orientali sacerdos contra occidentalem ita orabat: ⁊ vultus dei erat contra orientem: ideo cum sacerdos introiret intra sancta sanctoz̄ a parte orientali versus occidentalem ⁊ vultus loquentis in propitiatorio esset contra orientem: respiciebant se mutuo vultus loquentis ⁊ vultus sacerdotis intrantis. ¶ Item patet hoc: quoniaz adhuc facto templo Salomonis esset maius inconueniens. nam si oraret sacerdos a parte occidentali intra sancta sanctoz̄ contra partem orientalem verteret dorsum suum contra duos cherubim qui erant in parte orientali sancti sanctoz̄ vt patet. 3. Reg. 6. c. et. 2. Paralipomen. 3. c. hoc tamen non conueniebat. sed ponendo q̄ sacerdos orabat a parte orientali versus occidentem non sequebatur aliquod dorsum inconuenientium. ergo dicendū est q̄ sacerdos non conuerteretur. ¶ Tenendum igitur in hoc est q̄ saceedos introibat in sancta sanctoz̄ a parte orientali: ⁊ vultus loquentis in propitiatorio erat contra partem orientalem: ⁊ sic erat vultus vnius contra alterum: ⁊ non conuertebat se sacerdos contra aliquam aliam partez: sed sic vt intrabat aspgebat sanguinem contra propitiatorium. cum autem dicitur hic q̄ sacerdos oraret contra orientem procedit error ex diuersa assumptione huius nominis orientis: quia potest accipi orientis dupliciter. Uno modo pro ipsa parte orientali mundi. alio modo pro parte cuiuslibet rei que est contra orientem. Accipiendo autem primo modo. ſ. orare contra orientalem partem mundi nō potest intelligi littera ista: quia tunc sequerentur omnia inconuenientia supra assignata. ⁊ ob hoc errauerunt illi de quibus supra dictum est. Alio modo accipitur orientis pro parte propitiatorij que erat contra orientem. ⁊ isto modo est littera vera: quoniam cum sacerdos intraret in sancta sanctoz̄ a parte orientali contra occidentez: illa pars propitiatorij que ei obijciebatur erat orientis propitiatorij. ⁊ cum oraret contra illam oraret contra orientem propitiatorij: sed non contra orientez mundi. quin potius necessarium est vt quando quis orat contra partē orientalem alicuius rei oraret contra occidentalem partem mundi. ⁊ sic iste sacerdos intrans in sancta sanctoz̄: ⁊ omnes alij iudei orabant contra occidentem. hic tamen dicitur q̄ orabat contra orientez. ſ. propitiatorij. (Cumq; mactauerit bircum pro peccato populi.) Sicut occidebat vitulus vt de sanguine eius expiaretur pro peccato sacerdotuz: ita occidebat bircus vt in sanguine eius expiaretur pro peccato populi. ⁊ iste bircus erat ille super quē cecidit sors domini ⁊ immolatus est pro peccato. alius autem fuit datus in caprum emissarium. (Pro peccato populi.) Non est sensus q̄ immolaretur iste bircus pro aliquo vno speciali peccato populi: sed pro omnibus peccatis. naz quando totus populus vel aliqua persona solum faciebat aliquod peccatum specialiter: fiebant pro eo specialia sacrificia de quibus habetur supra. 4. c. et. 5. hic autem generaliter pro omnibus peccatis que populus fecerat fiebat ista immolatio. (Inferet sanguinem eius intra velum.) Dec omnia referuntur ad sacerdotem magnum: cum ipse solus faceret cerimonias in hac die. ⁊ dicitur q̄ ipse inferet. i. introducet sanguinem huius birci intra velum. i. intra sancta sanctoz̄: qui locus distinguebatur a priori parte tabernaculi interposito velo distinguente ⁊ pendente in quattuor columnis. Nō tamen est intelligendum q̄ iste sanguis per se introduceretur in sancta sanctoz̄: sed simul introducebatur cum sanguine vituli. fiebat enim cōmixtio ex vtroq; in eadem cratera. ponitur tamen hic per se ad declarandu qd fieri deberet de quolibet. ſ. quomodo sanguis vituli deberet introduci in sancta sanctoz̄. ⁊ idem de sanguine birci: hoc tamen simul. (Sic̄ preceptum est de sanguine vituli). i. sic fiet de sanguine birci sicut mandatum est in sanguine vituli. ſ. q̄ feratur intra sancta sanctoz̄: ⁊ q̄ aspergatur contra propitiatorium. (Ut aspergat e regione oraculi). i. introducet sacerdos istum sanguinem vt aspergatur contra oraculum. i. contra propitiatorium. e regione duo dictiones sunt. ſ. ablatiuus cū sua prepositione. ⁊ significat regio aliquam partem: ⁊ e significat differentiam positionis: ita q̄ tantundem sit dici. e regione: sicut ex regione sicut ex opposito vela fronte. ⁊ dicitur aspergi sanguis e regione oraculi. i. contra oraculū vel propitiatoriuz. ¶ An iste sanguis aspergeretur super propitiatoriuz ita q̄ gutte sanguinis caderent super ipsum. Qō. 19.

Aliquis autem inquiret an iste sanguis aspergeretur super propitiatoriuz: ita q̄ iste gutte sanguinis caderent super propitiatoriuz. Et respondetur q̄ non. sed sacerdos ponebat se coraz propitiatorio ⁊ mittens digitum in crateram sanguinis mittebat guttas contra propitiatorium. iste autem non cadebant super propitiatorium: sed in terram ante propitiatorium. patet ex littera cum dicitur. aspgat e regione oraculi. i. contra propitiatorium. ⁊ tamen si caderent gutte super propitiatorium non diceretur q̄ contra illud aspergeretur: sed super illud. ¶ Item quia in sanguine distinguitur triplex modus. ſ. aspergere: effundere: tingere. duo modi pertinent ad hoc cum sanguis tangit ipsam rem. ſ. effundi: vt cū dicitur q̄ sanguis effunditur ad basim altaris vt patet supra. 1. et. 3. et. 4. c. quia tunc sanguis cadet super ipsam basim. Etiam secundus modus qui est tingere est quando sanguis super ipsaz rem cadit. ⁊ sic dicimus tingi cornua altaris. sic habetur supra 4. et. 5. et. 8. c. In tertio modo qui est aspergere non denotatur semper cadere sanguis super ipsam rem. sed aliquando cadit: aliquando non: sicut notificatur ex adiuncto: vt si dicatur. aspersit tabernaculum vel aspersit altare ⁊ librum legis. ⁊ tunc intelligitur q̄ sanguis cecidit super ipsam rem. sic habetur Exo. 24. c. cum dicitur. ille vero sumptum sanguinem respersit in populum. sic etiam habetur ad Hebr. 9. c. cum dicitur. lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum ⁊ bircoz̄ cum aqua ⁊ lana coccinea ⁊ hysopo: ipsum quoq; librum ⁊ populum omnem aspersit: ⁊ tabernaculum ⁊ omnia vasa ministerij similiter sanguine aspersit. aliquādo autem dicitur aspergere contra aliquid ⁊ tunc non cadit sanguis super rem que aspergitur. sic dicitur aspergi contra fores tabernaculi vel contra propitiatorium: ⁊ tamen nihil cadit de

2. modo. †

†

†

†

†

Notādum hic.

Diſtinguit i sāguie triplex mod⁹

Ad rōez Nico.

Impro. De mēte auctoris isti⁹ modi assignati. 1. rō.

2. rō.

Doc. op.

Obiēz̄ solui tur. 1. modo

sanguine super propitiatorium vel super fores. de hoc Nume. 19.c.cum dicitur.ꝛ tingens digitum in sanguine eius asperget contra fores tabernaculi septem vicibus. ꝛ tamen manifestum est ꝙ ille sanguis non poterat cadere super fores:quia sacerdos quando aspergebat istum sanguinem erat extra castra vt patet in eodem capitulo.quomodo posset ex loco castrorum pertingere vsq; illuc:nullo enim modo cum esset sanctuarium in medio castrorum vt patet hic in littera ꝛ Nume.c.1.et.2. sic ante accipitur hic aspergere contra oraculum.i.ante ipsum ꝛ non in ipso.(Et expiet sanctuarium).i.mundet.s.ꝙ sacerdos magnus dicebatur purgare modo predicto ipsum sanctuariū:quasi coinquinatum foret.nam ꝫ ibi non esset aliqua cōtaminatio realis: erat tamen per quandam opinionem.videbantur enim iudei facere quandam offensionem sanctuario in quo habitabat deus quando non curantes de illo peccabant:sicut cum dicimus eccle siam violatam cum in ea semen vel sanguis effunditur.per effu sionem tamen seminis non est in ecclesia aliqua pollutio realis: sed per opinionem.cum vero fiebant ea que supra dicta sunt di cebantur tolli iste immundicie causate.(Ab immundicijs filiorum israel:ꝛ preuaricationibus eorum cunctisq; peccatis.) Ista sunt a quibus mūdari dicebatur ꝛ per que polluebatur sanctua rium.nam qualitercunq; iudei se male haberent ad legem dicebantur facere quandam offensionem deo:ꝛ per hoc videbatur causari violatio in sanctuario.sed ista offensio vel violatio erat tripler:qꝛ aliquando fiebat per illa que contra legem non erant sed circa quasdam corporales obseruationes in quibus nō erat peccatum proprie sicut in contactibus rerum immundarum'.ꝛ ista violatio legis non vocatur peccatum sed immundicia:quia quamuis aliquis inundus efficiatur ibi:tamen non est peccatū. tamen tabernaculum polluitur cum ipsis hominibus pollutis cum contra legem dei fiat:ꝛ ab istis immundicijs dicebatur purificari sanctuarium.Alius modus est delinquēdi vel offendēdi in ipsum sanctuarium.ꝛ hoc est cum homines peccabant ex malicia quadam ꝛ hoc dicebatur preuaricatio.ab his etiam purificabatur sanctuarium.Alius modus est delinquendi in deum ꝛ offendendi in sanctuarium cum aliquis contra legem agit:ꝛ p hoc peccatum incurrit.non tamen fit hoc ex malicia quadam: sed alio quouis modo.ꝛ hoc vocatur peccatum generaliter.ab hoc etiam fit expiatio cum dicitur.cunctisq; peccatis.i.ꝙ etiam ab omnibus peccatis que non sunt per maliciam expiatur.(Juxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij.) Ad sacerdotem magnum refertur qui faciebat omnes cerimonias diei propitiationis.ipse enim dicebatur facere in tabernaculo testimonij iuxta hunc ritum.i.sicut fecerat in sancta sanctorum sic facere debebat in tabernaculo.s.in parte priori ꝛ ab exteriori.Supra enim dictum fuerat de sancto sanctorum cum dicebatur.ꝛ expiet sanctuarium ab immundicijs filiorum israel.nam quāuis sanctuarium vt communiter sumptum significet spatium loci sancti.s. atrij ꝛ tabernaculi:hic tamen accipitur specialiter.s. pro sancto sanctorum.qō patet ex superiori cum dictum fuerit ꝙ aspergeret sacerdos septies de sanguine contra oraculum:ꝛ tamen oraculum debet esse intra sancta sanctorum.nunc dicitur ꝙ sicut fuit expiatum sanctuarium.i.sancta sanctorum:sic expiaretur tabernaculum testimonij.i.pars prior tabernaculi.nam cum exibat sacerdos de sancto sanctorum vbi expiauerat procedens extra velum:eodem modo expiabat partem exteriorem domus illius q̄ vocatur hic tabernaculū testimonij. ¶Accipitur.n. tabernaculum multipliciter. Aliquando enim accipitur pro ipso toto sanctuario cum tabernacr'o ꝛ atrio. Aliquando etiam accipitur pro tota ipsa domo habente tabulas in circuitu ꝛ operimenta in tecto:que communiter consuenit vocari tabernaculum:ꝛ erat intra atrium. Aliquando accipitur tabernaculum pro ipsa parte prima tabernaculi:ꝛ sic accipitur hic qm̄ non vocatur sanctum sanctorum hic tabernaculum. ¶De primo mō accipiendi apparet:vt cum dicimus ꝙ aliquid vertebatur in vsus tabernaculi. qm̄ ibi non potest accipi tabernaculum pro solo tabernaculo:ꝫ etiam pro atrio:quia illa pecunia non solum proficiebat ad illas ministrationes que fiebant in tabernaculo:sed etiam pro illis que fiebant in atrio eius.immo magis pro ministrationibus que fiebāt in atrio.s.pro sacrificijs. Iste modus loquendi habetur Exodi.30.c.cum dicitur.susceptamq; pecuniam que collata est a filijs israel trades in vsus tabernaculi testimonij. ¶De secūdo modo accipiendi.s.pro tota domo constante ex tabulis ꝛ velamentis.ꝛ iste est modus qui communiter accipitur. sic patet supra.1.et.2.et.3.ꝛ quasi in omnibus.c.huius libri cum dicitur aliquid offerri vel presentari coram ostio tabernaculi. nam tunc esset sensus ꝙ res offerrentur vel occiderentur pecora ad ostium tabernaculi.qō falsum est:quia tunc non occiderentur apud altare lateris aglonaris vt patet supra.1.c.illud tamen altare erat intra sanctuarium apud tabernaculi ostium. ¶Tertio modo accipitur tabernaculum pro prima parte illius tabernaculi:cum diuidebatur ista domus constans ex tabulis ꝛ operimentis in duas partes.s.in sancta sanctorum ꝛ in anteriorem partem domus.de isto modo diuisionis habetur Exodi.26.c.ꝛ etiam dictum fuit hic.ꝛ sic accipitur in hac littera prout distinguitur sancta sanctorum contra anteriorem partem tabernaculi. ¶Quarto ꝛ vltimo modo accipitur tabernaculum testimonij pro parte que dicitur sancta sanctorum.ꝛ istum modum ponit Apostolus ad Hebreos.c.9.vbi ponuntur iste due partes.s. ꝙ diuiditur tabernaculum in duo tabernacula.ꝛ istud qō accipitur hic in littera dicitur primum tabernaculum: ꝛ sancta sanctorum dicitur secundum tabernaculum vt patet in littera sua cum dicitur.tabernaculum aūt factum est primum in quo erāt candelabra ꝛ mensa ꝛ propositio panū:qō dicitur sancta: post velamen autem scōm tabernaculum qō dicitur sancta sanctorum habens aureum thuribulum ꝛ arcam testamenti.isti autem duo modi accipiendi tabernaculum non sunt proprij:sed per synecdochen: quoniam nomen totius attribuitur parti.quelibet enim harum partium duarum erat pars tabernaculi ꝛ non tabernaculum.ꝛ cum dicitur ista pars tabernaculum testimonij:non accipitur proprie:qm̄ testimonium vocatur decalogus scriptus in tabulis ꝛ iste erat in arca.arca autem intra sancta sanctorum erat: ideo cum distingueretur primū tabernaculum a secundo:scōm .s.sancta sanctorum poterat aliquo modo dici tabernaculum testimonij:quia continebat in se testimonium.i arcam cum tabulis.primum autem non poterat proprie dici tabernaculum testimonij:quia ipsum non continebat testimonium: nec erat pars continentis.ꝛ tamen hic vocatur tabernaculum testimonij. ¶Sciendum autem ꝙ tabernaculum testimonij proprie dicitur qō tabernaculum est ꝛ testimonium continet:ideo soluz potest intelligi proprie.s.secūdo mō accipiendi supra posito:qm̄ sic domus illa tabernaculum est:etiam continet in se testimonium .s.in quadam parte sui. Cum autem vocatur sancta sanctorum tabernaculum testimonij:q̄uis posset dici ꝙ est continens testimonium:tamen non proprie dicitur ꝙ sit tabernaculū:sed pars tabernaculi.ideo quando dicitur ꝙ est sancta sanctorum tabernaculum testimonij intelligitur per synecdochem.i.pars tabernaculi testimonij.cum vero de prima parte tabernaculi dicitur ꝙ ipsa est tabernaculum testimonij vtrūq; improprie dicitur: quia nec tabernaculum est:nec testimoniuz continet.sed est ista locutio velut si aliquis homo haberet faciem albam:ꝛ reliquū corpus nigrum.ꝛ propter faciem albā vocaretur homo albus: ꝛ deinde pes ipsius hominis vocaretur albus: quia erat pars hominis albi.sed modus iste loquendi valde improprius est.permittitur tamen in sacra scriptura.habet enim aliquam rationem.(Juxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij).i. sicut fecit intra sancta sanctorum ita faciet in parte anteriori tabernaculi.Ritus autem obseruatus in sancta sanctorum fuit ꝙ aspergeretur septies sanguis coram propitiatorio. iste idem ritus obseruari debet in parte anteriori.ꝛ tamen non solum fiebat in parte anteriori id qō in posteriori: sed aliquid vltra.s.ꝙ tingebantur cornua altaris thymiamatum ꝛ septies fiebat aspersio contra illud:ꝛ tamen in sancta sanctorum solum fiebat aspersio septenaria.de hoc patet infra in littera.(Qō fixum est inter eos in medio sortium habitationis eorum).i.ꝙ tabernaculum fixum est inter iudeos in medio habitationum suarum. hoc.n. poterat referri ad duo tempora.s.ad tempus quo erant iudei in deserto:vel ad tempus quo fuerunt in terram promissionis. Referendo autem ad tempus quo erant in deserto:apparet ꝙ erat in medio castrorum ipsum tabernaculum:quia distinguebantur castra israelitarum in quattuor partes sub quattuor vexillis vt habetur Nume.c.2.ꝛ inter castra illa erant leuite:ꝛ ipsi erant in circuitu sanctuarij vt habetur Numeri.1.c.ꝛ sm̄ hanc dispositionem erat sanctuarium fixum in medio habitationum iudeorum.ꝛ de hoc loquebatur proprie Moyses. ¶Alio modo referebatur hoc ad tempus quo erant israelite in terrā promissionis.ꝛ tunc verum est ꝙ erat tabernaculum fixū inter eos in medio sortium suarum:quia hierusalez in qua erat tabernaculum in templo Salomonis erat quasi in medio terre promissionis.ponitur autem hoc hic tanquam causa superiorum: quia supra

Qō. 20 A

Tabernaculū quot modis accipit ꝛ ēt sctūarium.

1.modo.

2.modo.

3.modo

4.modo

Figura synecdoche.

B

Qūo potest vocari scā scōrū tabernaculm testimonij ꝛ qūo p̄ma ps tabernaculi vocatur eodem modo.

Rit⁹ scā scōr obseruatus.

L

Duplex ire expō.

† Per q̄ polluebat sanctuarium.

† † † †

supra dictum fuerat q̄ sacerdos expiaret sanctuariuꝫ in sanguine. hic redditur causa. s. quia illud erat in medio habitationis iudeorum. z propter hoc vbicunq; iudei peccarent videbatur inficere sanctuarium. secus autem si poneretur sanctuariū in vna extremitate habitationum iudeorum: quia tunc quāuis ex vna parte inficere videretur non tamen ex omnibus. Cum autez in medio est vndiq; inficitur. est autem modus iste transumptus ex modo immundicie corporalis: quia cum aliquid est in medio multarum rerum immundaruꝫ vndiq; inficitur per realē actionem ipsarum. si autem ex vna parte tantum habeat res causantes immundiciam ex illa parte erit immundicia. dicitur autem in medio sortium habitationis eorum: quoniam habitationes iudeorum in deserto erant per sortes ne oriretur contentio: ideo tabernaculum dicebatur esse in medio sortium cum esset in medio habitationuꝫ que erant per sortes. Alia littera habet. (In medio sordium habitationis eorum.) Et ista littera videtur esse conuenientior: quia magis reddit causam superius dicti q̄ alia littera. z hoc quia ista purificatio fiebat propter sordes. Melius ergo dicitur q̄ tabernaculum esset inter sordes habitationuꝫ iudeorum q̄ q̄ esset inter sortes: quia quod inter sordes est purificatione indiget. z potuit esse satis facilis error: q̄n non differunt ista nisi in vnica littera. s. q̄ ponat. d. vel. t. z hoc manifestum erat. nam castra israelitarum aliqualiter erant immunda quamq̄ non esset in eis immundicia stercoris humani vt habetur Deuteronomii. 23. c. cum dicitur. habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita nature: gerens paxillum in balteo: cumq; sederis fodies per circuitum z egesta humo operies quo relevatus es: dominus enim tuus ambulat in medio castrorum. z tamen adhuc aliqua immundicia erat in castris hebreorum que aliunde prouenit. z de hac recte diceretur q̄ deus erat in medio sordiuꝫ habitationis hebreorū. (Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingredietur sanctuarium.) Accipitur hic tabernaculum pro prima parte tabernaculi sicut accipiebatur supra immediate. z accipitur sanctuarium pro sancta sanctorum. sic etiam supra accipiebatur cū dictum est vt aspergat e regione oraculi z expiet sanctuarium. sed non potest accipi ibi nisi pro sancta sanctorum: quia ibi erat propitiatorium. z est sensus huius littere q̄ quando sacerdos introibat in sancta sanctorum nullus homo debebat esse in prima parte tabernaculi. ¶ Ratio huius mandati est: quia in omnibus temporibus anni licebat sacerdotibus minoribus introire in tabernaculi partem primam ad ministrandum ibi. s. ad incendendum lucernas in mane z in vespere vt patet Exo. 27. c. z ad ponendum panes propositionis vt patet infra. 24. c. z ad cremandum thymiama in mane z in vespere vt habetur Exodi. 30. c. be namq; omnes ministrationes pertinebant taꝫ ad sacerdotem magnum q̄ ad minores: ideo quotidie poterāt sacerdotes minores ingredi in tabernaculo. sed in sancta sanctorum nulli sacerdoti minori licebat ingredi cuꝫ non haberet ibi aliquam ministrationem vt supra probatum est. non oportebat ergo q̄ diceretur ne aliquis sacerdos minor staret in sancta sanctorum: vel intraret quando sacerdos ingrederetur ad expiādum. Sed rationabile fuit q̄ diceretur ne aliquis de sacerdotibus minoribus esset in tabernaculo eo tempore quo intrabat sacerdos magnus: quoniam cum licitum esset alis sacerdotibus minoribus esse in tabernaculo existimarent q̄ etiam liceret sibi in hac die propitiationis quando sacerdos intraret in sancta sanctoruꝫ existere in tabernaculo. z respondetur q̄ non licebat. ¶ Lā autem quare nullus homo deberet stare in tabernaculo dicitur esse sm Nicolaum q̄ sacerdos magnus intrans in sancta sanctorum: quia intrabat locum sanctissimum debebat habere maximam attentionem ad deum. hoc autem perditur per cōmunicationem cum alijs hominibus in collocutione vel alias. ne igitur impediretur sacerdos magnos ab hac deuotione iubebatur ne aliquis esset in sanctuario. simile habetur Exodi. 33. c. cum enim deus daturus esset secundas tabulas Moysi z apparituras ei iussit vt nullus homo ascenderet in montez: z oues z boues non pascerentur econtra: z hoc vt non impedirent eum ab attentione visionis quaꝫ susceperus erat. ita autem hic. Alij autem dicent q̄ hoc forte fiebat ne alij viderent res sacras que apparebant intra sancta sanctorum: quoniam erant indigni videre illas. ¶ Sed ista positio stare non potest. Primo quia q̄ nis ipsi essent in tabernaculo in parte anteriori nihil videre possent de eis que erant intra sancta sanctorum: quoniam iste due partes velo interposito diuincte erant: z existentibus in tabernaculo nihil patebat eorum que intra sancta sanctorum erant. 2.rō.
Item secundo quia dato q̄ velum pendens ante sancta sanctorum tolleretur: tamen illi qui existerent in prima parte tabernaculi nihil viderent eorum que erant intra sancta sanctorum: q̄n etiam ipse sacerdos magnus nihil videbat: immo si vidisset moreretur. z propter hoc iubebatur tollere thymiama super prunas vt vapor inde exhalans operiret propitiatorium z sic nihil videretur. Si ergo sacerdos magnus nihil videbat eoruꝫ que erant intra velum a fortiori nec videre possent illi qui erant extra in tabernaculo. Item positio Nicolai non multum agit: ga cum summus sacerdos esset intra velum dato q̄ alij essent in prima parte tabernaculi non loqueretur cum eis: nec haberet aliquam communicationem per quam impediretur ab intentione sua. ¶ Sed magis dicendum est q̄ vetabatur hoc ne alii quis de illis qui erant in tabernaculo audiret vocem loquētis de propitiatorio. nam die qua intrabat sacerdos in sancta sanctorum loquebatur ad deum z deus ipsi. hanc autem vocem indigni erant audire omnes alij. si tamen essent in tabernaculo audirent voces: quia prima pars tabernaculi z sancta sanctorum solo velo interposito distinguebantur. hoc autem non impediebat voces audiri. ideo fuit conueniens vt excluderentur omnes a tabernaculo. nam sicut summus sacerdos non erat dignus videre vultuꝫ loquentis in propitiatorio: z propter hoc vapor de thymiamate exhalabat z cooperiebatur propitiatoriū. ita z omnes alij preter sacerdotem maiorem erant indigni audire vocē loquentis: ideo de tabernaculo excludebantur. (Quando pontifex ingredietur sanctuarium). i. quando summus sacerdoꝫ ingredietur in sancta sanctorum. Nō enim potest accipi sanctuarium hic large. s. pro toto loco sancto prout dicit tabernaculum z atrium. nec etiam pro solo tabernaculo: quia non ingrediebatur sacerdos in ista ad orandum pro se z domo sua sicut immediate dicitur: sed solum in sancta sanctorum. (Ut roget pro se z domo sua z vniuerso cetu israel.) Quando sacerdos ingrediebatur in sancta sanctorum rogabat pro se z pro domo sua z pro omnibus israelitis: primo pro se: deinde pro domo sua. Causa est quia sic est ordo charitatis vt primo aliquis seipsum diligat z magis: deinde familiaꝫ suam: deinde autem ceteros. erat alia causa q̄n pro illis debebat primo rogari pro quibus primo sacrificiū offerebat: sed primo sacerdos offerebat pro se z domo sua vitulum: deinde pro toto israel offerebat hircū. q̄ primo deberet orare pro se z domo sua q̄ omnibus alijs. (Donec egrediatur tabernaculum). i. donec egrediatur ad tabernaculum. non enim dicit hic tabernaculum terminum a quo sed in quem: quia si acciperetur pro termino a quo est sensus q̄ semper sacerdos oraret pro se z israelitis quousq; exiret de tabernaculo. sed hoc est contra litteram: quia dicitur immediate q̄ post hoc sacerdos accederet ad altare thymiamatum q̄ est coram domino: z ibi expiaret in sanguine. ergo iaz cessauerat orare pro se z pro populo. z tunc quando accedebat ad altare thymiamatum non erat extra tabernaculum. necessario igitur accipiendum est hic vt tabernaculum dicat terminum in quem. z signat primam partem tabernaculi que erat ante sancta sanctorum. z est sensus donec egrediat tabernaculū. i. exhibit sacerdos quousq; exeat de sancta sanctorum ad tabernaculum. s. ad primam partem tabernaculi. z hoc erat: quia sacerdos cum intrabat in sancta sanctorum aspergebat septies de sanguine contra propitiatorium. cum vero hoc fecisset stabat ibi aliquanto tempore z tunc orabat pro peccatis suis z totius populi. post hoc ād ad primā partem tabernaculi intrabat vt ibi expiaret: z iterum orabat p peccatis suis z totius populi. (Cum autem exierit ad altare qō coram domino est.) Dicebatur exire ad altare. s. ad altare thymiamatum z erat iste exitus: quia altare thymiamatum erat in prima parte tabernaculi vt habetur ad Hebreos. c. 9. z exibat: quia velo interposito distinguebatur sancta sanctoruꝫ a prima parte tabernaculi. dicebatur istud esse altare thymiamatum coram domino: quia erat coram velo posito ante arcam z propitiatorium in quo deus esse dicebatur. sic habetur Exodi. 30. c. cum dicebatur. ponesq; altare contra velum qō ante arcam pēdet testimonij coram propitiatorio. ¶ Et sciendum q̄ quamq̄ per sordes filiorum israel totum sanctuarium qō inter eos erat polluebatur: tamen non fiebat expiatio nisi in altaribus. z hoc quia principaliter deus esse videbatur in istis z in propitiatorio. ideo expiatis istis tribus omnia que in sanctuario erant expiata videbantur. z hoc quia omnia que erant in sanctuario aliquo modo erāt ad ministeriuꝫ duoꝫ altariū. s. thymiamatis

2.rō.

3.rō.

Doct. opio

†

†

†

†

£ Ordo charitatis. Sacerdos p qb⁹ orabat.

†

Qō. 21. A Qñ cū sacerdos magn⁹ iter oibat i scā scōz nul⁹ hoium eē debebat i p̄ma p̄te tabnaculi.

Op. nic. in tabnaculo q̄re null⁹ bō stare debebat.

B Impro. 1.rō.

Lfe expō.

Expiatio i q̄ pte scuarij fiebat.

D. An sacdos ozaret p se z domo sua Doc. opio. 1.rō.

z holocaustozum: preter ea que erant in sancta sanctozum que per se expiabantur. (Ut ozet pro se.) Sicut intra sancta sanctorum sacerdos ozauerat: ita z apud altare thymiamatum ozare iubetur. sed dicitur hic q ozaret pro se. supra autem mandabatur q ozaret pro se z domo sua atq; cetu israel. C Dicendum autē q ēt hic intelligi debet q ozaret pro domo sua z israelitis. qō patet ex duobus primo quia pro illis ozatur pro quorum pecca to sanguis effunditur: cum hoc sit generale in omnibus sacrificiis. sed hic fundebatur sanguis super altare thymiamatuz qui effusus erat pro peccato israelitarum z domus sacerdotalis. ergo pro eis ozabatur. patet hoc quia hic dicitur. z sumptum sanguinem vituli atq; birci fundet super cornua eius per girum. sz est manifestum q sanguis vituli oblatus est pro sacerdote z domo sua vt patet supra in littera. z sanguis birci oblatus est pro

2.rō. multitudine israelitarum. pro omnibus igitur ozabatur. C Itē secundo patet quia pro illis ozatur in expiando sanctuarium a quorum sordibus expiatur altare thymiamatum. ergo cum expiabatur rogaretur pro eis. maioz patet: quia expiatio semper fiebat cum precibus vt apparet exemplariter in isto. c. z rogabatur vt deus remitteret peccata illorum per quorum sordes fuerat aliquid coinquinatum. minoz patet. s. q expiaretur sanctuarium ab immundicijs filiozum israel: quia dicitur infra. z sanctificet illud ab immundicijs filiozum israel. ergo oportebat q pro alijs rogaret preter seipsum. Item in die propitiationis expiabatur sanctuarium ab omnibus immundicijs. sanctuariū autem incurrebat immundicias per quecunq; peccata z sordes. sed manifestum est q alij preter sacerdotem peccabant z immūdicias incurrebant. ergo debebat sanctuarium in die hac expiari a sordibus eorum: z consequenter pro eis ozari deberet. (Et

† Quid sup altare thymiamatuz dēret aspgi sumptum sanguinem vituli atq; birci.) Hic ponitur quid deberet aspergi super altare thymiamatum. z dicitur q aspergeret de sanguine birci z vituli.

C An sacerdos magnus simul ferret sanguinez vituli z birci ad expiandum quando introibat in sancta sanctoz. Qō.22.

A Circa hoc queri potest vtrum sacerdos magnus simul ferret sanguinem vituli z birci quando intraret in sancta sanctozum: vel prius ferret sanguinem vituli z deinde sanguinem birci z bis ingrederetur in sancta sanctozum in die propitiationis. Dubium enim videtur hoc. nec videtur magis vna pars necessitare q̄ altera. C Aliquis dicet q bis intrabat summus sacerdos in sancta sanctorū in die hac primo offerens sanguinem vituli: deinde ferens sanguinem birci. z hoc satis videtur sentire littera cum dicatur sup̄a q tollet sacerdos de sanguine vituli z aspergет septies contra propitiatozium. z postea dicitur q mactabit bircum z introducet sanguinem eius intra velum: sicut preceptum est de sanguine vituli. Sed hec non concludit: quoniam si sic ex ordine littere arguendum esset cum supra ponatur de capro emissario q statuet eum sacerdos coram domino: z fusis precibus super eū mittet illum in solitudinem. z postea si dicatur de oblatione vituli intelligeretur q prius deberet mitti in solitudinem caper emissarius q̄ immolaretur vitulus z bircus. sed hoc falsum est: quia infra dicitur q postq̄ exierit sacerdos de emundatione sanctuarij z tabernaculi z altaris confitebitur peccata super bircum z mittet illum in solitudinez. non tenetur ergo ordo littere in his. ita quāuis inter ista duo que hic posita sunt videantur poni quedā differentia in ordine executionis: tamen simul fiebant. C Dicendum igitur magis q sacerdos solum semel introibat in sancta sanctozum in die propitiationis z q simul introducebat sanguinem vituli z birci. qō patet quia dicitur supra in littera q sacerdos intrans in sancta sanctozum ozabat pro se z domo sua z toto populo. z tamen si bis intraret quando ozaret expiando pro se nō ozaret pro populo: sed postea alia vice. Item quia dicitur in littera q rogabit pro se z domo sua z cetu israel donec egrediatur. i. q sacerdos non deberet egredi de sancta sanctozum quousq; pro se z pro populo ozaret. ergo solum vna vice ingrediebatur in qua pro se z pro omnibus alijs ozabat. non enim erat necessarium vt secundo intraret cū in prima vice totam expiationem compleuisset. Item quia dicitur q quando egreditur sacerdos magnus de sancta sanctorum fundet sanguinem vituli z birci super cornua altaris. ergo simul fundebatur sanguis vterq; nec ingrediebatur semel pro effusione cuiuslibet sanguinis. C Adhuc autez circa hoc queritur an sacerdos semel intrans in sancta sanctozuz z simul ferens sanguinem vituli z birci ferret in eodem vase: vel in diuersis. s. in vno sanguinem vituli z in vno sanguinez birci. Ad quod dicendum in hoc non multum differre an in eodem vase vel in diuersis ista portarentur. C Aliqui enim dicunt q verisimilius est in duobus vasis hunc sanguinem ferri z duas expiationes facere: quia ista animalia pro diuersis immolabantur. s. vitulus pro sacerdote z domo sua: z bircus pro toto populo. ideo videtur q vna expiatio fieret pro sacerdote: z alia pro populo. qō fieri non posset si in eodem vase vterq; sanguis commixtus esset. Item sicut sacerdos ozabat pro se z pro domo sua z deinde pro populo. ita debebat pro se primo expiare z deinde pro toto populo. z sic erunt due expiationes z sanguis in duobus vasis. C Adhuc respondendum est q videtur dicendum vnam expiationem fuisse factam pro populo z pro sacerdote quamuis de duobus sanguinibus. qō patet quoniam si esset sanguis birci in alio vase q̄ sanguis vituli: z de vtroq; expiaretur non aspergeretur septies coram propitiatorio nec coram altari thymiamatum: sed quattuordecies. s. septies pro populo z septies pro sacerdote magno. in littera tamen mandatur q solum fiat septies. ergo videtur q eadez aspersio erat que fiebat pro populo z pro sacerdote. differebant tamen in sanguine quia pro sacerdote offerebatur sanguis vituli z pro populo sanguis birci. in expiatione tamen actuali iam non differebant: ga erat facta commixtio ex vtroq;. C Ad argumenta respondet. Ad primum cum dicebatur q pro populo z pro sacerdote mactabantur diuersa animalia. ergo debebant fieri diuerse expiationes. Respondendum est q cum fieret expiatio pro populo z pro sacerdote non debebat esse idem animal: sed diuersa. quoniam pro diuersis peccatis ista fiebant. z tamen in expiatione cum simul fieret expiatio vituli z birci non differebat: an in sanguine vituli per se fieret expiatio: vel q fieret in vtroq; simul: quia vtroq; modo fiebat pro populo septenaria expiatio: z pro sacerdote eodem modo. C Ad aliud argumentum quando dicitur q sacerdos primo ozabat pro se z pro domo sua: z deinde pro populo. Respondetur q non tenet ista consequentia: ga cum sacerdos deberet ozare pro se z pro toto populo impossibile erat q hoc simul faceret: quia non poterat simul diuersa verba proferre: sed vnuz. In expiatione tamen aliud: quia poterat simul accipere de sanguine vituli z birci: z simul pro sacerdote z populo expiare. (Fundetq; super cornua eius per girū.) Sacerdos magnus accipiens craterulam sanguinis fundebat in quolibet de cornibus altaris thymiamatum. erant enim quatuor cornua z in bis non ponebatur sanguis per tinctionez vel aspersionem: sed per effusionez s. q sacerdos faceret super qōlibet de cornibus altaris defluere aliquid de sanguine. z dicitur hic q hoc fieret per girum: non q effunderetur sanguis per circuitum totius quadrature altaris: quia tunc distillaret sanguis per omnes partes altaris. hic tamen dicitur q in cornibus fiebat ista effusio. ideo intelligendum est q fiebat ista effusio per girum. s. in quattuor cornibus altaris: z quia quattuor cornua comprehendebant totum circuitum altaris: quia in quattuor cornibus altaris fundebat sanguinem: dicebatur fundere per girū. (Aspergens sep̄q digito septies expiet z sanctificet illud.) Ista est alia cerimonia ad expiandum altare. z ista non erat per effusionem sanguinis sicut precedens: sed mittebat sacerdos digitū septies in sanguinem vituli z birci quē tenebat in cratera: z septies aspergebat contra ipsum altare. z tunc non erat coniunctus altari: sicut cum fundebat sanguinem super illud. de causa autem huius septenarie aspersionis supra dictum est: quoniam in omnibus mundificationibus obseruatur numerus septenarius. (Et expiet z sanctificet illud.) Ista expiatio z sanctificatio non dicunt aliquid distinctum a precedentibus cerimonijs. sed fundere carnem super cornua altaris z aspergere septies erat expiatio z sanctificatio. sed hic ponitur expositiue. s. q fundendo sanguinem z aspergendo septies purificabitur altare. z cum dicitur hic expiabit z sanctificabit idem actus sunt realiter: sed differunt formaliter: vel sm rationem. sicut dicimus de illo cui infunditur gratia: quoniam in eo simul z semel bz gratia duos actus. s. q expellit vitia z q reddit animam gratam deo. ita autem hic expiare dicitur esse tollere immundicias. sanctificare est sanctum facere. s. conueniens ad cultum z ministrationē dei. C Ista aūt duo acquirebat altare simul per sanguis effusionem z aspersionem. ergo sanctificare z expiare idem sunt sm rem: sed solum differunt in ratione. (Ab immundicijs filioz israel) .i. expiabatur altare a quadam immundicia que vocabatur inducta in illo per iniquitates z immundicias filiozuz israel. qūo autem

1.rō.

2.rō.

Doctoris responsio ad q̄stum.

Ad.1.rō nem.

Ad.2.rō nem.

Cerimonia ad expiādū altaꝛ p aspsionem.

Qō. 23.

A An sacdos ifrās semel i sctā sctoz ferēs sāguinē vituli z birci ferret i eodē vase vl̄ diuſis.

Rñsio.

Improba.

Doc.rñsio.

autem sanctuarium immundiciam incurrit per iniquitates hominum supra declaratus est. (Postq̄ emundauerit sanctuariū ⁊ tabernaculum ⁊ altare.) Hic ponitur quid facturus erat sacerdos post expiationem factam in sanguinez. ⁊ ponuntur hic tria que expiabat. ſ. sanctuarium: tabernaculum: ⁊ altare. Quozū prima duo possunt accipi dupliciter. Uno modo potest accipi sanctuarium pro sancta sanctozum sicut supra accipiebatur cum dicebatur. aspergat e regione oraculi ⁊ expiet sanctuariuz ab immundicijs filiozum israel. ibi tamen non potest accipi nisi pro sancto sanctozum cum dicatur de aspersione coram propitiatorio. sic etiam patet supra cum dicitur. nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur sanctuariū. vbi manifeste agitur de sancto sanctozuz. ⁊ tunc est sensus q̄ sacerdos expiabat sanctuarium. i. sancta sanctozum. ⁊ hoc quia aspergebat coram propitiatorio sanguinem. ⁊ tunc accipitur tabernaculum pro prima parte tabernaculi: ⁊ dicebatur illa esse expiata inquātum expiaretur altare thymiamatuz qō erat in eo. Non dicitur autem aliquid hic de emundatione altaris holocaustozum. illud tamen poterat recipere immundiciam sicut omnia alia. Causa huiuz est qz cuz omnia sacrificia pro peccato fierent in altari holocaustozum: necessarium est vt quandocunq̄ fieret aliquod sacrificium pro peccato expiaretur ipsum altare ex lege sacrificiorum: quia tingebantur cornua eius. de hoc supra. 4. et. 5. c. Alio modo potest accipi hic sanctuariū generaliter pro toto sanctuario. ⁊ dicebatur ipsum expiari: quia aliquid eius expiabatur. ⁊ tunc accipitur tabernaculum pro sancto sanctozuz: quoniā apostolus vocat sanctum sanctozum scōm tabernaculum vt patet ad Hebreos nono. c. ⁊ tunc dicitur tabernaculum. ſ. sancta sanctozum expiari: quia coram propitiatorio sanguis aspergebat. Altare autem significabit ipsum altare thymiamatum super qō fundebatur sanguis ⁊ aspergebatur septies sanguine. (Tunc offerat bircum viuentem). ſ. postq̄ fuerint facte omnes cerimonie superiozes. vocatur hic bircus viuēs caper emissarius: quia alius non fuerat immolatus. iste autem manebat viuens vt mitteretur in solitudinem. ⁊ dicitur q̄ offeret eum non q̄ immolabit: quia tunc non posset esse bircus emissarius: sed q̄ offeret. i. presentabat coram domino ad ostium tabernaculi istum bircū vt imprecaretur super eum peccata filiozum israel. ⁊ ista oblatio erat differens a superiozi: quoniam dictum fuerat supra q̄ iste bircus offerretur cum alio birco vt ponerentur sortes super eos. ſ. quis esset pro domino ⁊ quis pro capro emissario. Nunc autem iterum offerebatur. i. presentabatur coram domino post factam expiationez ad imprecandū peccata capiti eius. (Et posita vtraq̄ manu super caput eius.) Ista erat cerimonia quam obseruabat sacerdos in enarrando peccata israelitarum. ſ. q̄ poneret manum vtranq̄ super caput vituli. ¶ Causa huius est id quod infra dicitur. ſ. q̄ sacerdos imprecabatur peccata omnium israelitarum. ad imprecandum autem oportebat imponi manum super caput birci: quia in hoc significabatur q̄ sacerdos rogabat vt deus transferret omnia peccata israelitaruz super caput illius birci. sic autem fiebat in omnibus sacrificijs vt q̄cunq̄ aliquis offerret animal ad immolandū poneret manum suam super caput illius vt patet supra. 1. et. 3. et. 4. c. Causa autem eadem est que hic. (Confiteatur omnes iniquitates.) Sacerdos confitebatur birco omnes iniquitates filiozum isrl. ¶ In quo considerandum est q̄ non oportebat vt sacerdos oraret istas iniquitates birco ad aurem: sed sufficiebat vt diceret qualitercunq̄ super ipsum. Causa huius est: quia cum aliqs ad aurē alteri loqtur ió agit vt alius audiēs intelligat. ſz nihil magis intelligeret bircus prolatis istis ad aurem q̄ ad dorsuz. ergo nihil differebat magis ad aurem proferri q̄ alīs. immo videtur q̄ non erat conueniens dispositio ad hoc vt sacerdos p̄ferret in aure birci: quia ponebat vtramq̄ manum super caput eius vt patet in hra. ſic non posset conuenienter applicare os. ¶ An debuit sacerdos magnus confiteri peccata populi birco vel magis alteri sacerdoti sicut nunc fit: ⁊ an ista cerimonia fit rationabilis. Questio. 24.

Circa hoc autem aliquis dicet istam cerimoniaz esse valde irrationabilem. ſ. q̄ sacerdos confiteretur peccata populi birco. Nam bircus bozū nihil audit ⁊ dato q̄ audiret ⁊ intelligeret nihil prodesset qm̄ absoluere nequibat. sed si confessio fieri debebat rationabilius erat vt fieret sacerdotibus sm q̄ nunc fit: ⁊ ipsi absoluerent. ¶ Respondendum est ad hoc q̄ ista cerimonia erat valde cōueniens sm q̄ omnes alie cerimonie veteris testamenti. ⁊ dato q̄ nihil proficeret confessio facta birco ad hoc: valde conueniens erat eam fieri. Apparēt autem ea que dicta sunt: quoniaz cerimonie in veteri testamento dicebantur esse conuenientes sm habitudinem ad duo. ſ. per respectum quendam quem habebant ad ea que futura erant in nouo testamento: ⁊ per quandam comparationem quā habebant ad presentez statum iudeorum qui tunc erat. ille autem cerimonie que haberent conueniētem habitudinem ad ista duo erant conuenienter assignate. ille autem que ad neutrum horum congruenter adaptarentur nō erant conuenientes cerimonie. Ratio huius est: quia lex ista tradita iudeis erat lex tradita populo imperfecto: ideo non debebat esse bona vel perfecta simpliciter: sed sm conuenientiā gentis cui dabatur. iste autem populus quia imperfectus erat ordinabatur ad perfectionez noui testamenti que futura erat: ⁊ erudiebātur in his cerimonijs imperfectis vt cuz veniret lex euangelica perfecta dispositi essent ad suscipiendum illam cernice iā domita. debuit igitur lex eis data talis esse vt haberet quandaz habitudinem significationis futurozum bonozum ⁊ ordinationis in illa: ⁊ preter hoc esset quedam regula directiua conueniēter illius populi pro tempore. Propter primum omnes cerimonie veteris testamenti aliquo modo signant aliquid quod futurum erat in nouo testamento: ⁊ ordinant in illud quodam modo deducendo. sic ait Apostolus prima ad Corinthi. c. 10. omnia in figura contingebant illis. i. omnia que fiebant in iudeis erant quedam signa ⁊ figure bonozum venturozum. sic etiaz patet ad Hebreos. 10. c. cum dicitur. vmbram enim habens lex futurozum bonozum non ipsam imaginem rerum. ⁊ quantum ad hoc sicut de alijs cerimonijs alibi inductum est ⁊ inducetur cuz locus fuerit: ita de hac que erat in confessione facta birco patet. ¶ Erant enim hic duo. primuz erat expiatio facta in sanguine aspergendo ⁊ effundendo. Secunduz erat q̄ ipsa peccata populi sacerdos confiteretur birco. ¶ In primo enim quantum ad habitudinem futurozum bonozum significabatur effusio sanguinis Christi per quem redimendi eramus. sic ait Apostolus ad Hebreos. 9. c. vbi applicat istam similitudinem diei expiationis ⁊ introitus ad sancta sanctozum ad mortem Christi cuz ait. omnia pene in sanguine sm legem mundantur: ⁊ sine sanguinis effusione non fit remissio peccatozuz: necesse est ergo exemplaria quidē celestium his mundari: ipsa autem celestia meliozib⁹ hostijs q̄ istis. non enim manufacta Jesus introiuit exemplaria verozum: sed in ipsum celum vt appareat nunc vultui dei p nobis: nec vt sepe offerat semetipsum quemadmodum pontifex intrabat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: aliquin eū oportebat frequēter pati ab origine mūdi: nūc aūt semel in consummatione seculozum: ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. De hac autem cerimoniali observatione quomodo applicetur ad futura bona quozum vmbra est satis patet. sed quia signum erat futurarum rerum ⁊ non veritas rei non causabat remissionem peccatozum quā signabat. hoc idem declarat Apostolus consequenter ad Hebreos in. c. 10. cum dicit. vmbram enim habens lex futurozum bonozum non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs quaz offerunt indefinenter numquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri: ideo q̄ nullam haberent vltra conscientiam peccati cultozes semel mundati. sed in ipsis commemoratio peccatozum fit. impossibile est enim sanguine taurozum ⁊ bircozum auferri peccata. ¶ Secunda cerimonia huius diei erat confessio peccatozum. ⁊ ista quoq̄ sm modū aliarum cerimoniarum erat quedam figura futurozum bonozum. erat tamen umbra ⁊ non res. fiebat enim conuenienter ista confessio peccatozum ad designandum id qō in nouo testamento futurum erat. Nam in nouo testamento vera redemptione peccatozum habita fuit introducta confessio vt per illaz participaremus redemptionem peccatozum iam introductam a redēptore nostro: que alīs communicari nobis non posset. Et fuit facta ista confessio post immolationem vituli ⁊ birci: quia sic etiaz in nouo testamento futurum erat vt prius redemptor noster moreretur in sanguine suo vera habita redemptione: ⁊ posteriuz omnia sacramenta quozum ipsa confessio est efficaciam sumerent. ante mortem namq̄ eius nihil proderat: quia nondum mortuus fuerat ille in cuius virtute confessio conferebat. Sic etiam quolibet in anno in veteri testamento ista fiebant: quoniam conueniens signum fuit vt in quolibet anno confessio in nouo testamento frequentanda foret. Fiebat quoq̄ confessio ista birco qui auferebat iniquitates populi in deserto: quoniam Chri-

† Quid sacerdos faciturus erat post expiationē factā i sāguinē

† Notādū ꝺ confessione iniqtatū filioz israel.

† Qz pōebat sacerdos manū suam supcaput birci.

† Rñsio.

A

B In immolatione birci duo erant.

Cerimōia effusiōis sāguis birci fuit ꝺueniēs ad significationem xpi passuri

C 2. cerionia diei erpōis Confessio pctōz facta birco fuit ꝺueniēs ad significatōez ꝺfessiōis noui testi.

Nota ꝺ ꝺ nouellos dz ticos dicentes ꝺfessionē nō ee necia nec de iure diuio. Decretalis oz vtriusq̄ ser⁹ ꝺ pe. re. fuit scta bōesta: ⁊ ꝺ

Judeis nō debuit tradi lex pfecta.

ve.te.figurata ꝛ iuri diuino consona.

©Xps hirci nōe signatur.

sto confessio ista in nouo testamento fit: quoniaꝫ ipse aufert iniquitates nostras a nobis: ꝛ cum eius ministris confitemur ei gdem confitemur: quia propter eaꝫ ista facimus©. ipse namq; hirci nomine satis signatur: quia cum in similitudine carnis fetide peccati apparuit. vere tamen abstulit iniquitates nostras: ꝛ dolores nostros ipse portauit. hec tamen cerimonia futurozuꝫ vmbra erat ꝛ non imago: quoniam per eam nihil efficiebatur: quēadmodum per confessionem noui testamenti vere auferuntur peccata ꝛ cōicatur nobis redemptio a saluatore nostro iam cassata. In hac autez confessione facta hirco nec redemptio fiebat: quia non erat qui faceret: nec facta communicabatur cum nondum staret: quia iuxta dictum Apostoli ad Hebr. 10.c. sicut impossibile est sanguine taurorum ꝛ hircorum auferri peccata: ita impossibile est per confessionem factaꝫ hirco: aut redemptionez fieri aut factaꝫ cōicari. nec tamen in hoc cerimonia ista non efficax dicitur. qm̄ conditio cerimoniarum est non efficaces rerum esse: sed futurorum bonorum vmbras vt patet ad Hebr. 10.c. quin potius si inducerent qō signarent iaꝫ non vmbre rerū: sed ipsorum verorum ꝛ presentium bonorum imagines existerent: iuxta doctrinam apostoli in prealleg a.c. ¶ Considerantur amplius iste cerimonie fm q̄ habent quandam habitudinem ad statum populi: quia tunc erat cum esset ista quedam lex specialis iudaice politie. conueniebat autez valde statui illius temporis conditio harum cerimoniarum. ꝛ primo de ipsa immolatione vituli ꝛ hirci qō multipliciter proficit. prima quia deus assuefaciendo iudeos ad istas operationes legales inducebat ad hoc vt deuote agerent. deuotio autem verum bonum est: ꝛ pro hoc proculdubio merebantur sicut nos meremur in nouo testamento presentata nobis ipsa verorum bonorum imagine. ¶ Item quoniaꝫ actus isti legales sunt actus latrie quos homo deo exhibet tanq̄ superexcellenti ꝛ cui ad hoc tenetur. hoc autem non parum bonum est. nam ꝛ si ipsi actus fm rationem suam particularem vt determinantur in suis materijs nihil conferens habere videantur: quia tamen actus latrie sunt valde proficiūt cū fiunt: quia deus illos fieri iussit. ¶ Amplius qm̄ quicūq; in veteri testamento istis cerimonialibus insisteret actibus: exprimere vel implicite Xpistum futuruꝫ confitebatur qui latebat in cortice lre: ꝛ vera bona que aliquando reuelanda erant. ex hoc autem pficiebant colentes merito fidei per quā homines deo placent: ꝛ sine qua impossibile est placere deo vt habetur ad Heb. 11.c. Amplius autem qm̄ quamuis cerimonie iste fm se efficaces non essent verorum bonorum quoruꝫ erant vmbre: aliquo modo tamen inducebant ad quedam vera bona. nam inducebantur in hac die propitiationis omnes iudei vt affligerentur pro peccatis: ꝛ quicūq; afflictus non foret piret de populo suo vt patet hic in littera ꝛ infra. 23.c. sed afflictio pro peccatis veram fm aliquid remissionem peccatorum conferebat q̄q̄ non plenam: quia hoc erat vltra conditionem temporis in quo nondum redemptio facta erat. De alia cerimonia que erat in confessione facta hirco dicendum est qualiter se haberet ad conuenientiam status temporis illius. Et dicendum q̄ congruenter illi tempori se habebat fm omnia que dicta sunt de immolationibus vitulorum ꝛ hircorum: quoniam per assuefactionem boni inducebantur homines ad faciendum illa deuote. ꝛ sic vere merebantur. ¶ Item erant actus pertinentes ad latriam ꝛ ex hoc in vera virtute profectū causabant. Item confessio ista alicuius futuri boni signum erat: ꝛ quicūque faciebant in fide futurorū bonorum hoc operabantur: ideo meritum erat. Amplius autem qm̄ proficiebat illis ad certificandum se de remissione peccatorum pro statu illo. deus namq; illis vere cōtritis peccata remittebat: sed ipsi tunc magis certificati erant de ista remissione cū per aliqua corporalia signa eis qui adhuc multum imperfecti erant notificabatur. Nam cum viderent sacerdotem confitentem peccata populi super hircum ꝛ imprecantem capiti eius: qō quidem auctoritate ꝛ mandato dei faciebant vere credebant ablata esse peccata populi ꝛ sic ad rem: q̄q̄ per istaꝫ cerimonialem obseruationem non auferrentur sed per aliquid alterum. Patet igitur q̄ cerimonia hec de confessione facta hirco conueniens valde erat. non quidem efficax: sed futurorum bonorum vmbra. aliquid tamen quamuis indirecte proficiebat. ꝛ quāq̄ hircus ea que dicebātur non intelligeret: ꝛ dato q̄ intelligeret ad ea nihil conferret: tamen confessio ista conueniens erat. naꝫ ista argumenta procedunt de imagine verarum rerum ꝛ nō de vmbra futurorum bonorum. in imagine autem veritas attenditur q̄ ipsa efficax sit sicut mōstrat. In vmbra autem futurorum bonorum ipsa efficacia: est non efficacem sed significationem esse: que satis conueniunt his duabus cerimonijs supra positis.

¶ Nunc autem respondendum est ad id qō dicebatur q̄ conuenientius fuisset q̄ iudei sacerdotibus confiterentur ꝛ ab eis absoluerentur sicut nunc fit: q̄q̄ confiterentur hirco. Respondendum est q̄ non erat conuenientius. nam confessio que fit sacerdotibus efficax est vt per ea que presupponuntur in illa qui confitetur veram obtineat peccatorum remissionem. hoc autez non conueniebat tempori illi quantum erat ex parte legis: quia tunc lex non esset futurorum bonorum vmbra: sed presentium ꝛ verorum bonorum imago: ꝛ accedentes perfectos faceret. qō est contra auctoritatem Apostoli ad Hebreos decimo capto.

¶ Item status veteris testamenti imperfectus erat ꝛ ordinatus ad nouum testamentum. Si tamen ibi conferretur veritas rerum facta confessione sacerdotibus ꝛ obtenta vera remissione per eam sicut nunc obtinetur: nihil distaret vmbra ab imagine: nec signum a re: nec imperfectum a perfecto. sed nouo testamento conueniebat perfectio ista vt in eo veritas absolutionis per confessionem conferretur. ergo in veteri testamento nō debuit esse talis confessio per quā absolutio plena ex opere legis esset. ¶ Amplius autem ꝛ fortius qm̄ etiam si in veteri testamento statutum foret vt fieret confessio sacerdotibus sicut fit in nouo testamento: nihil illa magis prodesset q̄q̄ si fieret hirco vel lapidi. cuius causa est: quia confessio que fit in nouo testamento est sacramentum quoddam efficaciam habens a passione Xpisti: ꝛ quoniam ipse Xpistus vere ꝛ sufficienter operatus est salutem humani generis: statuit hoc vt quicunq; confiteretur peccata sua per hoc particeps esset redemptionis ab ipso causate. Contulit etiam ministris huius confessionis potestatez clauiuz quibus soluerent ꝛ ligarent: vt per hoc ex natura ipsius actus induceretur vera remissio peccatorum. que quidem omnia ab efficacia passionis Xpisti profluxerunt: quoniam ipse primo istam virtutem operatus est. s. remissionem sufficientem culparum. In veteri autem testamento Xpistus adhuc nondū passus fuerat: nec inducta redemptio peccatorum. ꝛ sic sacerdotibus non poterunt dari claues ad absoluendum vel ad ligandum que a passione redemptoris efficaciam habiture erant nec date sunt: ideo nihil profecisset confessio facta illis sacerdotibus cum nullas haberent claues. nec etiam erat possibile q̄ haberent stante ordinatione dei de redimendo humanum genus per mortem mediatoris. nam tunc cum illa esset principium sufficiens redemptionis nostre ab illa debebant habere virtutem omnes modi vel cerimonie inducentes ad participandum redemptionem factam. hoc autem non erat in statu veteris testamenti: quia non precesserat passio mediatoris: ideo impossibile erat q̄ in veteri testamento sacerdotes haberent claues ligandi ꝛ soluendi in peccatis. nec poterat confessio facta eis magis proficere q̄q̄ si nunc laicis confiteremur qui nullam habent potestatem nec exercitium clauium. immo magis adhuc proficeret confiteri laicis nunc: quia iam per Xpistum plenaria redemptio facta est: ideo potestas clauium iam est q̄uis in istis non fit: cum istis ecclesia non communicauerit. ideo in tempore necessitatis fm ecclesie statuta aliquid proficit laico confiteri: tamen in veteri testamento erat impossibile q̄ confessio facta sacerdoti in tempore necessitatis vel extra illud aliquo modo proficeret. nam tunc in istis claues non erant. nec etiam aliquomodo vel in aliquo fuerant: quia nondum date erant. nihil ergo hoc proficiebat magis q̄q̄ si hirco vel lapidi aliquis confiteretur in quibus manifeste nulla efficacia est: quia repugnat eis quicq̄ habere per hoc q̄ proficere possint. ¶ Dabito autem q̄ nihil magis proficiebat in veteri testamento confiteri sacerdoti q̄q̄ hirco vel lapidi. Dicendum est q̄ conuenientius fuit confiteri ibi hirco q̄q̄ sacerdoti. quod patet ex duobus. Primo ad tollendum errorem: quoniam confessio facta sacerdoti videtur habere aliquem colorem vt proficere possit: quia ille cui peccata dicuntur rationalis est intelligens hec que dicuntur. ꝛ aliquo modo homines concipere possunt de illo q̄ proficiat. de hirco tamen manifestum est q̄ nullus intelliget confessionem illam efficacem esse: cum fiat illi qui non intelligit nec ad aliquem profectum cooperari potest. sed vt probatum fuit supra nihil magis proficiebat in veteri testamento confessio facta sacerdoti q̄q̄ hirco. sed cum omnia peccata populi dicerētur hirco nullus conciperet q̄ ex isto actu soluebantur peccata populi: ꝛ sic esset verum iudicium. Si autez iudei confiterentur peccata sacerdotibus: concipere possent q̄ ista confessio proficiebat

E

Rūsi. ad rōez fcāz i pncipio qōnis.

F

G

Cōuenienti fuit hirco cōfiteri q̄q̄ sacerdoti. 1.cā.

ficiebat.qō falsum est:ꝛ sic errarent. Conuenientius ergo fuit in veteri testamento confiteri birco in quo nullus erroꝛ induceba
2.cā. tur ꝯ confiteri sacerdoti in quo possit esse erroꝛ. ¶Alia au-
tem causa est:quoniam ea que erant in veteri testamento erant
vmbꝛe futuroꝝ bonoꝝ:ꝛ non imagines eoꝝ psentiꝝ
vt patet ad Hebꝛeos. 10.ca.illud ergo magis conueniens erat
in veteri testamēto fieri qō magis habebat rōnem vmbꝛe futu
roꝝ.sed si fieret confessio sacerdotibus in veteri testamento
non videretur ista esse vmbꝛa repꝛesentatiua alicuius boni fu-
turi: sed magis imago boni psentis:quia posset credi ꝙ ve
re proficiebat. Confiteri autem birco erat pure vmbꝛa futuro-
rum:quia quicunq; hoc videret satis intelligeret istam confes-
sionem fieri non pꝛopter aliquem pꝛofectum quem haberet:sed
pꝛopter aliquam significationem. Magis ergo ad rationē vm
bꝛe pertinet confessio facta birco ꝯ sacerdoti.ergo magis con
ueniens fuit veteri testamento qō erat vmbꝛatile vt in eo fieret
confessio birco ꝯ sacerdoti.

¶De gḃ peccatis fieret ꝓfessio birco in veteri testa. Qō.25.

A Quinsdā rīsio ad qe:situ. **Nunc autem** considerandum est de quibus pecca-
tis fieret confessio isti birco. ¶Et ꝺi
cet aliquis ꝙ de peccatis per ignoꝛantiam:idest de peccatis il-
lis que populus fecerat ꝛ ipse sacerdos eoꝝ:tamē obliti erāt.
quod videtur sentire Apostolus ad Hebꝛeos.9.cap.cum ꝺicit
Impro. in.in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine san
guine quem offert pꝛo sua ꝛ pꝛo populi ignoꝛantis.ꝛ ibi fit ser-
mo de ꝺie expiationis in quo introibat sacerdos in sancta san
ctoꝝ.ergo videtur ꝙ cum pꝛo ignoꝛantia populi ꝛ sua sacer
dos ibi offerat ꝙ de hac sola confiteatur.ꝙ ad idem pertineāt
confessio peccatoꝝ ꝛ oꝛatio pꝛo illis. ¶Ad hoc ꝛespondendum est ꝙ non potest stare:quoniam ꝺicitur hic ꝙ sacerdos cō
fiteretur peccata ꝛ iniquitates populi:ꝛ tamen manifestum est
ꝙ si sacerdotes confiteri ꝺeberent aliqua peccata non poterāt
illa ignoꝛare.vel si ignoꝛarent esset impossibile ꝙ confiterен-
tur. ¶Aliquis autem foꝛte ꝺicet ꝙ sacerdos confitebatur om-
nia peccata populi per ignoꝛantiam scilicet illa que faciebat:et
tamen quando faciebat nesciebat esse peccata postea hoc cogno
scens. ¶Sed ꝺōm est ꝙ non potest hoc stare:quoniam pecca-
ta per ignoꝛantiam sunt quedam species peccatoꝝ in quibus
est ꝺifferentia ab alijs:ꝛ habent minus ꝺe grauitate ꝯ alia pec
cata vt ꝺeclarauimus supꝛa.c.4.sed hic ponuntur vniuersaliter
omnia peccata tam per maliciam ꝯ per passionem ꝯ alꝫ. er-
go necessarium est vt non solum de peccatis per ignoꝛantiam
intelligatur sed etiam de quibusdam alijs.patet quia ꝺicitur.cō
fiteatur omnes iniquitates filioꝝ israel: ꝛ vniuersa ꝺelicta
atq; peccata.sed in istis multe species peccatoꝝ sunt. ¶Di-
cendum igitur ꝙ ista confessio que fiebat birco erat de pecca-
tis tam per maliciam ꝯ per errorem ꝯ per passionem: ſm ꝙ
ex littera patet:cum ponantur diuersa nomina peccatoꝝ que
non possunt adaptari ad vnum genus peccati. ¶Nunc
autem inquirendum est an sacerdos oꝛaret hic pꝛo peccatis to-
tius multitudinis ꝛ confiteretur ea ſm ꝙ multitudo est vniuer-
sitas vel ſm ꝙ multitudo est singularis persone. Est enim val-
de magna ꝺifferentia in hoc.nam peccata multitudinis vt vni-
uersitatis ꝺicuntur esse que tota communitas agit quando om-
nes de populo congregantur ad faciendum vnum:ꝛ illud pec-
catum est.peccata autem multitudinis vt personarum pꝛiuata-
rum ꝺicuntur esse illa que quilibet homo facit.ꝛ sic peccata ho-
rum omnium hominum particulariū de multitudine vel com-
munitate ꝺicūtur eē peccata multitudinis. Hoc posito ꝺicet ali-
quis ꝙ hic confitebatur sacerdos omnia peccata multitudinis
ꝛ vniuersitatis:quoniam si confiteretur peccata multitudinis.i.
omnium personarum pꝛiuatarum constituentium multitudi-
nem nunq; contingeret ei ꝙ posset finire illa confitendo:quia il
la sunt quasi infinita. Si autem confiteatur peccata multitudi-
nis vt est vniuersitas faciliter poterit omnia confiteri:quoniaꝫ
tota multitudo simul raro coniungit ad faciendum vnum ma-
lum:sed persone particulares per seipsas innumerabilia ma-
la faciunt. ¶In contrarium ꝺicendum est:scilicet ꝙ in ꝺie
expiationis non solum confiteretur sacerdos peccata multitudi
nis vt est vniuersitaꝫ:sed etiam peccata pꝛiuatarum personaꝝ.
qō patet:qꝛ ꝺies expiationis erat ad generalē expiationē pec-
catoꝝ.si tñ sola peccata multitudinis ſm ꝙ est vniuersitas sa
cerdos confiteretur:maxima ꝛ ouissima peccata manerent ꝓ
quibus non fieret aliqua expiatio.qō inconueniens est. ¶Itez
videtur hoc haberi ex modo littere:quoniam non nominantur
hic filij israel tanq; vna communitas:sed tanq; multi homines:
siue sint partes communitatis siue non.quia ꝺicitur hic ꝙ con-
fitebitur sacerdos peccata filioꝝ israel.qō notat inꝺiuidua
ꝛ non communitatem. Item quia ꝺicitur infra.cunq; pοrtauerit
bircus omnes iniquitates eoꝝ.sed istud relatiuum est ꝛ eo
rum particularia ꝺesignat. ¶Cum autem arguebatur ꝙ si sa- Ad rōnē.
cerdos ꝺeberet cōfiteri peccata multitudinis:ideſt peccata om
nium personarum pꝛiuatarum ꝺe multitudine ꝙ nunquam fi-
niret. Rīdetur ꝙ hoc ꝓcedit ex ignoꝛātia modi illius ꝓfessionis
que faciebat.nō.n.sic fit vt isti existimāt de quo imediate ꝺicet.
¶An sacerdos confiteretur omnia peccata personaꝝ pꝛiuatarum ꝺe multitudine. Questio.27. A

Considerandum vlterius suppoſito ꝙ sacer-
dos confiteretur peccata per- 1.rō:
sonaꝝ pꝛiuatarum ꝺe multitudine an confiteretur omnia il- 2.rō.
la. ¶Et ꝺicet ꝙ sic:qꝛ ꝺr̄ hic in littera.confiteatur omnes iniq
tates filioꝝ israel ꝛ vniuersa ꝺelicta atq; peccata. ¶Item il
la sola peccata bircus ferebat in soltiudinem que sacerdos con
fitebatur vel impꝛecabatur capiti eius.quod satis apparet ex
contextu littere: quoniam ad hoc fiebat confessio peccatoꝝ
et impꝛecatio vt poꝛtaret bircus illa peccata. sed bircus poꝛ-
tabat supeꝛ se omnia peccata israelitaꝝ vt patet infra cuꝫ ꝺi
catur.cunq; poꝛtauerit bircus omnes iniquitates eoꝝ in ter-
ram solitariam.ergo oēs iniquitates confitebatur sacerdos bir Argumēta
co. ¶In contrariū ꝺicetur:quoniam si sacerdos omnia pecca pꝛo ꝙte ne
cata specialiter confiteretur necessarium erat vt quilibet de po- gatiua.
pulo pꝛius sacerdoti peccata sua confiteretur:alioquin nesciret
ipse confiteri illa birco.sed in veteri testamento nō habetur ꝙ
confiterentur homines sacerdoti nec fuit cōueniens sicut supꝛa
ꝺeclarauimus.ergo non confitebatur oēs iniquitates. ¶Item
si ꝺeberent confiteri omnes de populo sacerdoti:cum illi essent
plures ꝯ bis mille milia virοꝝ ꝛ mulieꝝ ꝛ omniꝫ pecca-
re potentium:non posset sacerdos magnus toto vno anno audi
re peccata istoꝝ:potissime quia ille qui nunc confitebatur in
ꝺigebat iteꝝ confiteri in fine anni vel post aliquot ꝺies.ꝛ sic
esset ipossibile ꝙ audiret illa peccata. ¶Item si ꝺaremus ꝙ sa
cerdos magnus cōmitteret illud negocium alijs sacerdotibus
vt ipsi etiam audirent:sicut committit epiſcopus curam anima-
ruꝫ multis clericis minoꝛibus:ꝛ illi conferunt alijs non curatis
vt habeant secum partem illius oneris.adhuc non posset stare:
quoniam cum solus sacerdos magnus ꝺeberet confiteri birco
peccata populi opoꝛtebat vt alij sacerdotes minoꝛes referrent
ei ista peccata que audiuissent:ꝛ tunc redit inconueniens ꝓmuꝫ.
ſ.ꝙ tantum moꝛaretur sacerdos magnus audiens referri ista a
sacerdotibꝰ minoꝛibus:sicut si audiret ea ab ipsis laicis confitē-
tibus. ¶Itē si sacerdos magnus audiret omnes israelitas con
fitentes:oportebat vt eoꝝ peccata in multis cartulis scribe-
rentur:alioquin obliuiscet illa sacerdos.ꝛ tunc ꝺato hoc seque-
retur magnū inconueniens.ſ.ꝙ sacerdos recitās ista peccata ꝓ
cartulas indigeret multis ꝺiebus ad enarrandum.foꝛte enim
magis ꝯ ꝺuobus mensibus.qō non conuenit:quia sacerdos in B
ꝺie expiationis purificato tabernaculo interiοri ꝛ exteriοri con
fitebatur peccata birco:ꝛ mittebat euꝫ in solitudinem:ꝛ ꝺeinde
redibat ad faciendum holocaustа.ergo videt ꝙ in hoc modicū
moꝛabat. ¶Ꝺōm igitur ꝙ sacerdos confitebat peccata ꝑsona Rīsio
rum pꝛiuataꝝ:non tñ omnia:sed aliqua que essent maioꝛa ꝛ in ad q̄stū.
maioꝛibus ꝑsonis:ꝛ potissime illa que eēnt a tota cōitate facta.
ꝛ post hoc subiūgebat clausulas vniuersales ꝺe peccatis tam ꝓ
maliciam ꝯ per ignoꝛantiā ꝯ per passionē:ꝛ sic cōplebatur cō
fessio. Qꝛ aūt sic ꝺueniens est fieri apparet:qꝛ oīa ista peccata iā
alꝫ fuerāt aliquo mō abolita:qꝛ qñ aliq̄s peccabat siue illa esset
ꝑsona ꝑuata siue ꝓncepꝫ:siue sacerdos magnus:aut tota cōitas
fiebant sacrificia spālia pꝛo eo ſm rīas que bn̄tur.ē. 4.et. 5.c. iō
nō erat neciuꝫ fieri spālem exp̄ssionē ꝺe eis:sed quādā vniuer
salē cōmemoꝛationē exp̄ssis q̄busdam in ꝑticulari pp formam
ꝓfessionis. ¶Ad argumēta in ꝺiuꝫ rīdet. Ad primū cū ꝺr̄ ꝙ Ad ꝑmam
sacerdos ꝓfitebatur oīa peccata ꝛ iniqtates ꝛ ꝺelicta filioꝝ isrl. rōnē.
Rīdendū est ꝙ cum ꝓfiteret multa ꝺe illis ꝺicebat ꝓfiteri oīa.
nā in sacra scriptura sepe accipit iste termin⁹ oēs ꝑ multis ꝛ nō
ꝺistribuit vlr.sic ꝑ Gen. 41.c.cum ꝺr̄.oēs ꝓuincie veniēbāt in
egyptū vt bꝛent escas:ꝛ tñ mānifestū est ꝙ nō veniēbāt oēs:imo
nec sexta ꝑs ꝓuinciaꝝ mūdi:qꝛ ḃ erat ꝺifficillimū sicut ibi ꝑba
tū est. Alio mō pōt rīderi ꝙ sacerdos ꝓfitebat oīa peccata ꝛ ini
qtates atq; ꝺelicta:nō in ꝑticulari:ſ ꝙdā in ꝑticulari:alia āt sub
clausulis vniuersalibus. ¶Ad secundū argumentū qñ ꝺicitur Ad.2.rōnē

q̄ illa sola peccata portabat hircus que confitebatur sacerdos. sed hircus portabat omnia peccata.ergo sacerdos confitebatur illa. Ad hoc poterit responderi negando maiorem vel minorez. Si negamus maiorem. dicemus q̄ non solum portabat hircus iniquitates quas confitebatur sacerdos:sed etiam aliquas alias.simile enim patet in confessione facta sacerdotibus in nouo testamento.nam non solum absoluuntur confitentes ab eis de quibus confitentur:sed omnibus alijs de quibus obliti sunt:oū tamen conterantur vniuersaliter.sic autem quamc̄ hic solum dicerentur aliqua peccata in particulari sup hircum:tamen dicebatur portare omnia quia non poterant dici omnia. Alio modo posset responderi forte negando minorem:scilicet q̄ hircus portaret omnes iniquitates:z quando.j.dicit q̄ portabat omnes iniquitates. Respondetur q̄ acciperentur omnes pro multis sicut supra dictum est. Uel aliter dici posset quia hircus nullam iniquitatē portabat:qm̄ illa confessio nō erat efficax:hircus etiam non erat aligd qō posset peccata vel peccatorum penas super se portare sicut magis infra dicetur. sed dicatur q̄ portabat omnes iniquitates ex eo quod videbatur portare cum confiteretur sacerdos super caput eius. ¶ Alio modo potest responderi concedendo vtranc̄ premissam z negando consequentiam, quando dicitur q̄ solum portabat hircus iniquitates que dicebantur super eum verum est siue sub particulari: siue sub clausula generali. z cum dicitur in minori q̄ hircus portabat omnes iniquitates.concedendum est q̄ portabat eas que dicte sunt:tam de vniuersali c̄ de particulari.cum autem concluditur.ergo sacerdos confitebatur omnes iniquitates: distinguenda est propositio:quia aut accipitur pro iniquitatibus solum in particulari dictis:aut pro iniquitatibus tam in particulari c̄ sub clausula generali enarratis.Si primo modo non valet consequentia:quia videtur procedere argumentum a tota disiunctiua ad alteram eius partem.Si autem accipiatur secundo modo conceditur conclusio: sed nihil ad propositum. patet igitur q̄ de confessione facta hirco quomodo fieri deberet:z que obseruabantur in ea.(Confitebitur omnes iniquitates filiozum israel). Dic ponuntur diuerse species peccatorum que confitebatur sacerdos:scilicet per maliciam z ignorantiam z passionem.z est rationabiliter dicendum q̄ in quolibet horum generum sacerdos confitebatur aliqua peccata israelitarū in speciali:deinde subiungebat clausulam vniuersalem de omnibus peccatis illius.vtpote quia primo enarraret aliqua peccata facta per maliciam:deinde subiungeret de omnibus peccatis per maliciā vniuersaliter. Idē aūt postea in peccatis per passionem:z consequenter in peccatis per ignorantiam. ¶ Dic ponuntur primo iniquitates que sunt peccata per maliciam: quoniam sacra scriptura vt communiter vocat iniquitatem z iniquos id quod Aristo.vocat maliciam z malos.sed sm Aristo. 7. et. 9.ethicorum.non vocantur mali incontinentes z alij qui faciebant malum non sm habitum:sed ex quadam passione: vocat tamen eos prauos.eos autem qui sm habitum mala faciunt sicut intemperati sunt malos vocat. ¶ Sic autem sacra scriptura iniquitatem maliciam quandam ex corde dicit esse vt in plurimum:cum non semper obseruet proprietatem dictionum nec identitatem in significatis. (Et vniuersa delicta atq̄ peccata). Delicta dicuntur ea que sunt per omissionem quandam eorum que fieri debent:z pertinent ad peccata facta per negligentiam.quamc̄ aliquando etiam accipiuntur pro peccatis factis sm passionem:z sic potest accipi hic vtroq̄ modo.nam si accipiat delictū prout est in sola omissione distinguet ōtra peccatū qō est in cōmissione.z isto modo accipit.s.6.c.vbi distinguunt sacrificia que fiūt pro peccatis a sacrificijs pro delictis: z ponuntur aliqualiter distincte cerimonie.z tunc vocabuntur hic delicta sole omissiones:z peccata erunt omnia que fiunt:siue per passionem:siue per ignorantiam. Possunt autez alio modo accipi:scilicet vt per ista tria nomina designent tres species peccatorum:scilicet per maliciam inquantum dicitur vniuersa delicta:z per ignorantiam inquantum dicitur atq̄ peccata. ¶ Cō siderandum autem q̄ quando hic dicitur q̄ sacerdos confitebitur omnia peccata filiozum israel:non solum intelligit de peccatis populariū:sed etiam de peccatis sacerdotū.nam pro peccatis sacerdotum fiebat expiatio in sanguine vituli:z fiebat oratio pro eis vt patet supra in littera.ergo etiam peccata eorum dicebantur hirco.(Que imprecans capiti eius). Idest precabitur sacerdos vt veniant ista peccata super caput hirci:non quidem q̄ peccata super eum veniant quia peccatum non est ens positiuum:accipiendo proprie peccatum pro ipsa culpa:sed est quedam priuatio debite rectitudinis actus in circunstantijs.actus autem peccati interdum est positiuus:sed iste nō est permanēs. est autem aliud in peccato quod est positiuum z permanens.z istud est reatus peccati:idest obligatio ad mortem eternam pro peccato.sed iste reatus non potest transire in hircū:quia hircus non potest obligari ad penam inferni: cum anima sua non sit ens permanens post mortem.etiam non potest transire iste reatus ab vno homine in alterum:quia etiam non obligatur vn⁹ homo ad mortem eternam pro alio.de his omnibus late dictū est Exodi.32.ca.in fine. ¶ Sed imprecabatur sacerdos vt trāsirent in hircum peccata:idest pene peccatorum.s. q̄ si aliqō malum venturum erat eis pro peccatis suis transiret super illum hircum.(Emittet illum per hominem paratum in desertum). Idest his factis sacerdos habebit quendam hominem paratum ad hoc vt portet illum hircum in desertum vbi nulla pecora sint nec aliqui homines vt sic a feris laceretur pro peccatis illorum. nam si relinqueretur in terra habitata posset coniungi alijs pecoribus z non periret. hoc autem nolebat deus: quoniam sic videretur q̄ non transferebantur in caput eius peccata israelitarum.ideo si aliquis homo reperiret illum hircum in desertum cognoscens illum esse caprum emissarium non acciperet illum pro se:aut transferret in gregez suum:sed relinqueret deuorandum a feris.

¶ Cunc̄ portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam z dimissus fuerit in deserto: reuertetur in tabernaculo testimonij. Et depositis vestibus quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium: relictisc̄ ibi:lauabit carnem suam in loco sancto:indueturc̄ vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac populis:rogabit tam pro se c̄ pro populo:z adipem qui oblatus est pro peccatis: adolebit super altare. Ille vero qui dimiserit caprum emissarium lauabit vestimenta sua z corpus aqua:z sic ingredietur in castra. Vitulum autem z hircum qui pro peccato fuerant immolati:z quoz sanguis illatus est in sanctuariuz vt expiatiō compleretur: asportabunt foras castra: z comburent igni tam pelles c̄ carnes eorum ac fimum. Et quicunc̄ combusserit ea lauabit vestimēta sua z carnem aqua: z sic ingredietur castra. Eritc̄ vobis hoc legitimum sempiternum.

Cunc̄ portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam. Dic ponitur quid deberet facere sacerdos postquam mittebat hircum in solitudinem.z dicitur hic q̄ hircus portabit omnes iniquitates.hoc autem est quia sacerdos imprecabatur illas super caput suum:z quia deus hoc iusserat transferebatur in caput hirci. ¶ Accipiuntur autem hic iniquitates large:quia assumendo eas proprie dicuntur iniquitates peccata facta ex malicia sicut supra dictum est.non solum tamen portabat hirc⁹ peccata que erant facta ex malicia:sed etiam illa que erant facta ex ignorantia z illa que erant facta ex passione: sicut patet supra cum ponuntur diuersa nomina peccatorum.z dicitur confiteatur omnes iniquitates filiozum israel super caput eius:z vniuersa delicta atq̄ peccata,z sic scriptura non seruat semper differentiam z proprietatem vocabulorum. dicitur etiam q̄ iste hircus portabat omnes iniquitates ex eo q̄ omnia peccata dicta fuerant sibi:quedam in particulari z quedam in vniuersali. ita q̄ non videbatur manere aliquod apud israelitas.(In terram solitariam). Idest in desertum vbi non sit aliqua congregatio hominū nec pecorum:sed sole fere z lacerent illum hircuz.dicebatur autem q̄ portabat hircus istas iniquitates in terram

Dupler act⁹ peccati.

Alr ad.2. rōnem.

Varie peccatorū spēs que confitebatur sacerdos.

Notādum tale.

Qō. 28. A Quō itel ligitur q̄ circ⁹ portabat iniquitates israelitar.

ram solitariam: eo q̄ pro istis non erat inferenda iam aliqua pena in terra populata: scilicet super homines. ¶ Considerandum autem cum dictur hic q̄ portabit hircus omnes iniquitates q̄ non potest hoc intelligi nisi quatum ad penam sicut supra declaratum est. nec tamen est intelligendum q̄ pene omnium peccatorum essent translate super caput hirci: quoniā non poterat hircus tot cruciamina sustinere quot erant pene debite pro istis peccatis totius populi. nam pro quolibet peccato debetur mors eterna: ⁊ quamq̄ aliquis confiteatur: tamen adhuc manet aliqua pena toleranda valde magna. ⁊ cum ista peccata populi essent quasi inumerabilia nō poterat hirc⁹ sustinere penas pro eis: etiam si ille hircus decies milies lacerarētur a feris. ¶ Dicendum igitur q̄ quantum ad veritatem per istam cerimoniam non tollebatur pena debita pro peccatis: sed necessarium erat q̄ illi qui peccauerant tolerarent eam in presenti seculo vel in futuro. ⁊ hoc satis manifeste inducitur ex cōditione istius actus: quia cerimonialis erat ⁊ in veteri testamēto. hec autem habebāt quandam vmbram futurorum bonorum: non tamen habebant imaginem verarum rerum: idest q̄ non efficiebant quod signabant vt ait Apostolus ad Hebreos. 10. cap̄. Si tamen per istam confessionem factam hirco pene debite pro peccatis transmutarentur a confitentibus super hircum esset ibi veritas rerum. ergo in veteri testamento non solum esset vmbra futurorum bonorum: sed etiam aliquando esset res vel imago: quod est contra Apostolum. nulle igitur pene debite pro peccato directe tollebantur per istam cerimoniam directe: sed illi qui peccabant tolerabant eas integraliter hic vel in futurum. Sed solum ad hoc proficiebat ista obseruatio vt illi qui istam legem obseruarent haberent vitam pacificam: quoniam non concuterentur ab hostibus. etiam haberent plenitudinem bonorum temporalium. eodem modo haberent vitam magnam sine egritudine: que omnia sunt bona quedam temporalia. De primo habetur infra. 18. capitu. custodite leges meas atq; iudicia: que faciens homo viuet in eis. etiam Apostolus ad Roma. ca. 10. ait. moyses enim scripsit: quoniam iustitiā que est in lege qui fecerit homo viuet in ea. ¶ De secundo scilicet de abundantia rerum temporalium ⁊ pace habet Ysaie. 1. c. cum dicitur. si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. q̄ si nolueritis ⁊ me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit vos. ⁊ hoc etiam habetur latissime infra. 26. ca. ¶ De tertio qō est sanitas sine egritudine habetur Exo. 15. ca. cum dicitur. si audieris vocem domini dei tui: ⁊ qō rectum est coram eo feceris ⁊ obedieris mandatis eius: custodieriscq; omnia precepta illius: cunctum languorem quem posui in egypto non inducam super te: ego enim dominus sanator tuus. idē patet Deuteronō. 7. capitu. de hoc etiam Exodi. 23. cum dicitur. seruietisq; domino deo vestro ⁊ benedicam panibus tuis: ⁊ auferam iniquitatem de medio tui: non erit infecunda: nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. hec tamē omnia que dabantur custodientibus cerimonias legis huius non erant directe ablationes penarum debitarum peccatis: sed quedam priuilegia tradita pro obseruatione legis. manebant igitur pene integre tolerande eis qui peccauerant. ¶ Dicebatur tamen q̄ hircus portabat omnes iniquitates istorum: idest penas debitas pro iniquitatibus: scilicet q̄ deus non inferret iudeis pestes ⁊ famem ⁊ gladium hostilem ⁊ alia incōmoda quādo ista obseruarent: cum vero non obseruabant ueniebant super eos hec ⁊ multa alia peiora vt patet infra. 26. ca. per totum ca. Quia igitur obseruantibus cerimonias has non infligebat dominus penas quas alis inflicturus erat: dicebatur eas tollere: tamen istud tollere non erat directe. ⁊ sic competebat ad rationem cerimoniarum que non erant efficaces eorum que signabant. (Et dimissus fuerit in deserto reuertetur aaron in tabernaculum testimonij). Istud est quod factur⁹ erat sacerdos magnus postquam mitteret hircum in desertum. ⁊ dicitur q̄ postquam portauerit hircus iniquitatem filiorum israel in terram solitariam ⁊ dimissus fuerit in deserto q̄ reuertetur aaron in tabernaculum. sed non est intelligendum q̄ istud aduerbium postquam referatur ad istas duas regulas: scilicet q̄ postquam portauerit hircus iniquitates ⁊ relictus fuerit in solitudine q̄ reuertetur aaron in tabernaculum. sed referendum est ad primam clausulam: scilicet q̄ postquam portauerit hircus iniquitates: idest postquam eductus fuerit de loco sanctuarij vt portet iniquitates israelitarum in solitudinem: reuertetur aaron in tabernaculum. nam si referretur ad ambas clausulas esset sensus q̄ non reuertetur sacerdos summus in tabernaculum donec rediret de solitudine ille qui portauerat hircum vt sciretur quomodo relinquerat eum in solitudine. sed hoc dato oportebat vt expectaret summus sacerdos forte plus q̄ per duos vel tres dies. vtpote si terra solitaria que est inhabitata inde multum distaret quod est inconueniens: quia omnes istas cerimonias explebat summus sacerdos in eadem die. non debebat ergo expectare quousq; sciretur captum relictum esse in solitudine: sed immediate vt educeretur de sanctuario ad portandum in solitudinem redibat sacerdos magnus in tabernaculum: ⁊ faciebat que infra sequuntur. (Reuertetur aaron in tabernaculum testimonij). Loquitur hic de aaron scriptura: idest de omni sacerdote magno: quoniam eadem lex erat omnibus illis: ⁊ nomen persone est trahendum hic ad dignitatem quam habet. dicitur autem de aaron hoc: quia ipse fuit primus in sacerdotibus summis. dicitur q̄ reuertetur in tabernaculum: q⁊ quando ista faciebat: scilicet impreca̅s peccata super caput hirci erat ad ostium tabernaculi extra illud vt patet supra. ⁊ tunc reuertebatur in tabernaculum vt deponeret vestes illas in quibus ante ministrauerat: ⁊ acciperet alias ad ministrandum sicut in littera dicitur. ⁊ hoc pro sequentibus sacrificijs. (Et depositis vestibus quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium). Idest intra tabernaculum testimonij aaron deponet illas quatuor vestes de quibus supra dicitur. quibus erat indutus quando introiuit in sanctuarium: idest quādo intrauit in sancta sanctorum. ¶ Accipitur enim sanctuarium hic pro sancto sanctorum: sicut multotiens supra assumptum est vt declaraui̅mus. nec potest aliter accipi: quia non accipiebat illas vestes vt intraret principaliter in alium locum nisi in sancta sanctorum. ibi enim: idest in tabernaculum deponebat sacerdos magnus istas vestes vt assumeret alias ad faciendum holocausta que manebant complenda. Causa autem huius mutationis vestium ſm magistrum in historijs scholasticis ⁊ nicolaum atq; alios doctores nostros est q̄ ministerium expiationis quod precesserat debebat fieri cum humilitate: sed consummatio sacrificij cum solennitate. Et ad similitudinem huius euangelicus pontifex in aspersione basilice que dedicatur ⁊ expiatione eius lineis ⁊ minoribus vtitur indumentis: ⁊ etiam in sabbato baptismali in consecratione fontium ⁊ immersione catheciminorum q̄ transferuntur peccata eorum similibus vtitur vestimentis. cum autem istis pactis ad ministrationem accedit altaris pontificalibus ⁊ preciosis vestibus insulatur. sed in istis non reddit aliqua causa cerimoniarum veteris testamenti: sed magis datur quedam similitudo earum in nouo testamento. causa tamen huius mutationis est sicut supra positum fuit: quia prima pars huius ministerij pertinet ad tristitiam: secunda ad exultationē. nā expiatio ⁊ orare pro peccatis cum quadam humilitate fieri debent: cum ibi homines conentur deum flectere ad misericordiā. sed humilitas in animo exigit humilitatem in habitu. Nullus autem minus habitus preciosus poterat esse sacerdotibus magnis q̄ vt induerentur vestibus lineis que pertinent ad minores sacerdotes. ergo conueniens fuit eos nullas alias vestes tūc habere. Cum autem facere deberent holocausta: iam erat facta expiatio: nec aliquid fiebat hic pro peccato. ⁊ sic solennitas ista pertinebat ad exultationē: ideo vestes deberēt esse conuenientes exultationi: tales aūt sunt vestes summi sacerdotis quas iubetur hic accipere ad ista holocausta. ¶ Rabbi salo. dicit aliter: scilicet q̄ summus sacerdos deberet intrare in sancta sanctorum in vestibus lineis: ne esset talis minister qualis dominus. sed deus dicebatur esse intra sancta sanctorum: ⁊ ibi totus erat aureum vel coopertum auro vt patet de propitiatorio et cherubim que erant de auro purissimo. ista namq; erant intra sancta sanctorum vt patet Exodi. 25. et. 37. capitu. ista autem erant quasi quedam ornamenta dei ibi habitantis: ideo sacerdos magnus quando illuc introiret non deberet gestare aurum. ⁊ tamen in vestibus summi sacerdotis erat aurum: scilicet in epbod ⁊ rationali ⁊ tunica hyacinthina ⁊ lamina aurea ⁊ baltheo vt habetur Exodi. 28. capitu. ideo non deberet portare istas vestes: sed solum eas que erant linee. ⁊ iste sunt quattuor supradicte. ¶ Sed hoc non potest stare. primo quia si propter hoc fieret omnia ornamenta sacerdotis in quibus non esset aurum posset portare. sed hoc falsum est: quia in mitra hyacinthina nullum erat aurum vt p̄z Exo. 28. ca. ⁊ tamen non poterat portare eam: sed solum cidarim lineam vt apparet hic. ¶ Item non conuenit ista ratio: quia si non intraret summus sacerdos

† De oi sacerdote magno q̄dā.

Qō. 29 A Ra. sa. opi.

Improba. 1. rō.

2. rō:

in sancta sanctorum habens aurum ne seruus esset similis dō/mino: hoc esset quia ista vestimenta serui essent ad gloriam ei/us. Sed falsum est: quia non induebatur aaron istas vestes vt ipse in hoc gloriaretur: sed ad laudem ministerij dei. quod patet quia nunquā vtebatur illis nisi cum ministraret vt habe/tur Exodi. 28. cap̄. ideo quānis introduceret vestes habentes aurum in sancta sanctorum: tamen non esset hoc ad iactanti/am suam nec preiudicaret honori diuino: ideo magis auge/ret. ¶ Item non potest stare ista ratio: quia si propter hoc sacerdos non introibat habens aurum in sancta sanctorum. ergo non poterat introire in primam partem tabernaculi ha/bens aurum. sed hoc est falsum. ergo fundamentum Rabbi salo/mo. nullum est. Probatur consequētia: quia deus erat in prima parte tabernaculi sicut intra sancta sanctorum: et ibi erant multa de auro et mensa propositionis cooperta auro: et om/nia vasa eius de auro purissimo: et altare thymiamatum eodē modo coopertum auro vt patet Exodi. 40. cap̄. et magis clare ad Hebreos capitu. 9. et tamen ad istam partē tabernaculi in/grediebatur summus sacerdos in vestibus suis pontificalibus. ergo non erat ista causa quare assumerentur vestes pontifica/les: scilicet quia habebant aurum: sed propter conditionem tem/poris: quoniam dies propitiationis erat dies afflictionis inquā/tum durabant officia expiationis. cum vero finita fuerint perti/nebat ministratio ad exultationem: ideo debebant distingui alie vestes pro ministratione quam faciebat sacerdos dum introi/bat in sancta sanctorum: et alie pro ministratione quam faciebat postea in holocaustis: quia ista non erant pertinentia ad expia/tionem. sic enim ecclesia distinguit diuersas vestes pro diuer/sis qualitatibus officiorum: scilicet alias pro defunctis et alias pro aliis officijs: quoniam officium defunctorum ad supplicationem et lamentum pertinet. Alie autem pertinent ad exul/tationem.

3.rō.

¶ Quare aaron debebat exui vestibus prioribus. Qō. 30.

a

Circa hoc aliquis dubitabit cur dicatur hic q̄ aaron debeat exui vestibus prioribus quas habebat cum ingressus est in sancta sanctorum: et accipere alias. Nam in secunda ministratione aaron debebat vti vestibus pontificalibus: et iste presupponunt vestes minores. ergo non debebat exui vestes has: sed superinduebat alias pontificales. ¶ Ad hoc aliqui respondent q̄ aaron cum introibat in sancta sanctorum habebat quattuor vestes pontifica/les: scilicet tunicam byacinthinam et ceteras post hanc: ita q̄ prima vestis quaz suscipiebat sacerdos super vestes suas com/munes erat tunica byacinthina. ¶ Sed hoc non potest stare. primo quia repugnat littere cum dicatur supra q̄ aaron quan/do introibat in sancta sanctorum ferebat quattuor vestes linea/as que supra posite sunt. sed iste non sunt pontificales: sed ma/gis ad minores sacerdotes pertinent. Item probatur alio mo/do quia aaron vel quilibet sacerdos magnus quando ministra ret: aut vtebatur habitu sacerdotis minoris: aut sacerdotis ma/gni. Si vteretur habitu sacerdotis minoris oportebat q̄ ac/ciperet quattuor vestes lineas de quibus hic. Si autem vta/tur habitu sacerdotis magni: necessarium est q̄ vteretur omni/bus istis vestibus minorum sacerdotum: et deinde pontificalib⁹: quia etiam iste vestes minores pertinent ad sacerdotē magnū. quod patet Exodi. 29. ca. et supra. 8. ca. vbi cum deus manda/sset q̄ ad consecrationem induretur aaron vestibus suis: in/duit eum moyses omnibus nouem: siue decem vestibus. ¶ Alij autem dicunt q̄ aaron in ista ministratione in sancta sancto/rum vtebatur quattuor vestibus lineis pertinentibus ad mino/res sacerdotes: de quibus dicitur hic. et tamen exuebat vesti/menta illa quādo debebat ministrare in holocaustis post expia tionem. et hoc vt acciperet alias vestes nobiliores eiusdem mo/di: scilicet aliam tunicam lineam et alium baltheum et aliam ci/darim que essent pulchriora. ¶ Sed hoc non conuenit: quo/niam omnes iste vestes erant linee facte de byssō retorta nō ha bentes aliquam partem auri vel alterius materie preciosioris: vel aliquam picturam: sed simplices erant. non igitur poterat esse maior pulchritudo in quibusdam q̄ in alijs: ita vt deberet sacerdos deponere quasdam: et accipere alias tanquā preciosio/res. ¶ Item non conuenit: quoniam dato q̄ esset differentia pulchritudinis in vestibus lineis sacerdotalibus: tñ ex hoc non deberet fieri mutatio: quia iste erant in parte inferiori sub ve/stibus pōtificalibus. nihil igitur differebat an magis vel minus pulchre essent cum solum superiores apparerent. ¶ Dicendum

Nōnulloꝝ rñsio.

Improba.

Alioꝝ rñ.

b

Improba. 2.rō.

2.rō.

Doc.rñ.

est igitur hanc non esse cām: sed ea que manifeste habet in litte/ra. scilicet q̄ quando sacerdos exibat de sanctuario facturus ho locausta debebat primo se lauare in toto corpore suo sm q̄ ap/paret in littera. sed lauare se non poterat: quin deponeret omnes vestes tam sacerdotales q̄ non sacerdotales. ergo oportebat q̄ exueretur vestibus quibus indutus fuerat cum ingres/sus est in sancta sanctorum: et postq̄ lauaret non sumebat alias vestes minores preciosiores eisdem quas ante habuerat: sed eas/dem cum non appareret sibi aliqua differentia pulchritudinis: et super illas induebatur vestibus pontificalibus. (Relictis ibi lauabit carnem suam in loco sancto). Introibat summus sacer/dos in tabernaculo ad deponendum vestes sacerdotales: quia ibi erat locus in quo conseruabantur vestes: atq̄ ibidem sacer dotes induebantur et exuebantur. Relinquebat autem ibi sa/cerdos vestes suas vt postq̄ lauaretur resumeret eas. ¶ Di/citur q̄ sacerdos lauabit carnem suam. non quidem q̄ expie/tur aliqua aqua lustrationis: quia ista aspergebatur super ve/stes. sed hic sacerdos non in vestibus sed in carne lauaba/tur. Item asperfio aquarum lustrationis erat super aliquem cum contraxerat immunditiam per contactum. sed hic sum/mus sacerdos nihil tale contigerat. ergo non erat lauandus his aquis. ¶ Item si aliquid contigisset propter quod immundus esset permaneret immundicia vsq̄ ad vesperum: quamq̄ as/pergeret se aquis lustrationis: quoniam nulla immundicia mi/nus durabat q̄ vsq̄ ad vesperū vt declaratum fuit supra. 11. capi. sed sacerdos immediate vt lauaretur ministrabat coram domino faciens holocausta. ergo non contraxerat immundi/ciam: et p̄ter non deberet ista esse lotio in aquis lustrationis: sed in aquis viuentibus. ¶ Sed queret aliquis quare la/uabatur hic summus sacerdos in toto corpore si non contraxe/rat aliquam immunditiam: quia lotio semper pro immunditia fit. ¶ Respondēdum est q̄ ista lotio sacerdotis non erat pro/pter aliquam immunditiam causatam in ea: siue realem: siue sm opinionem: quia vtraq̄ excluisset eum a ministrando il/la die: sed fiebat propter significationem: scilicet q̄ sacerdos tunc expiaret pro peccato suo et totius populi vt iniquitates eo rum remitterentur. facta autem expiatione cum procederet sa/cerdos ad alia noua ministeria que non pertinebāt ad expia/tionem lauabat carnem suam: vt significaretur q̄ ipse et omnes alij pro quibus expiauerat erant immundi ab iniquitatibus: si/cut homo qui lauatur in aquis viuentibus est mundus a corpo/ralibus sordibus. (In loco sancto). Idest q̄ sacerdos lauare/tur in loco sancto intra sanctuarium. iste locus erat in atrio ta/bernaculi apud altare holocaustorum vbi erat labrum ene/um in quo lauabantur sacerdotes cum lauandi essent vt habe/tur Exo. 30. c. et non fiebat ista lotio intra tabernaculum: quia ibi non erat aliquid in quo sacerdos lauari posset. maxime quia talia ministeria non pertinebant ad locū ita sacrum. sed cum sa/cerdos deposuisset vestes intra tabernaculū exibat ad atriū et ibi lauabatur. (Indueturq̄ vestibus suis). Idest postq̄ lotus fuerit aqua accipiet vestes suas: idest vestes communes quib⁹ ipse vti solet in actibus profanis: et hoc necessarium est. nam cū lauaretur omnes vestes deponebat: tam profanas q̄ sacer/dotales. Alio modo potest accipi q̄ indueretur tunc vestibus suis: scilicet pontificalibus quasi dicat: ante hoc cum introiret in sancta sanctorum ad expiandum nō vtebatur vestibus suis: scilicet pontificalibus. sed vestibus sacerdotum minorum. nunc autem induebatur vestibus suis: idest vestibus pontificalibus: quia iam erat ista alia ministratio exigens diuersas vestes si/cut supra dictum est. ¶ Dicendum est ergo q̄ littera ista intelli/gitur de vtriq̄ vestibus: tam de communibus q̄ de pontifica/libus: scilicet cum sacerdos lauisset carnem suam debebat in/dui vestes suas communes quas exuerat cum lauaretur: et ve/stes suas scilicet pontificales: quia in vestibus cōmunibus non poterat ministrare. (Et postq̄ egressus obtulerit). Dicitur hic q̄ sacerdos egrediebatur scilicet de tabernaculo federis: et hoc vt offerret: scilicet in altari holocaustorum. nam nulla oblatio aut sacrificium fieri poterat intra tabernaculum: quia ibi nul/lum altare erat nisi thymiamatis. hoc autem nunquam suscipie bat aliquod sacrificium. sic habetur Exodi. 30. capitu. cum di/citur. non offeretis super eo thymiama compositionis alteri/us: nec oblationem et victimam: nec libabitis. oportebat igi/tur omnia sacrificia fieri in altari holocaustorum quod erat in atrio: et ad illud egrediebatur sacerdos de tabernaculo. vnde ingressus in tabernaculum: et egressus sacerdotis in die

Qō. 31. a

Qz lauabat h̄ sūm⁹ sacer/dos i to/to corpe si nō ꝫre rat aliq̄ imūdiciā d Rñ. ad q̄situm.

Dupler lre expō.

Doc. expō lre.

b

illa erat

Notādū tale.

illa erat multiplex sicut apparet ex littera. ¶ Ad cuius manifestationem considerandum q̄ iste erat ordo: scilicet q̄ cum sacerdos veniret in die propitiationis ad explendas cerimonias illius diei lauabat primo manus et pedes ſm consuetudinem omnium ministrantium vt habetur Exodi. 30. capitulo. ⁊ hoc erat in atrio. Deinde introibat in tabernaculum et induebat quattuor vestes lineas de quibus dicitur hic in littera: quia omnes vestes sacerdotales reponebantur intra tabernaculum. Deinde exibat ad ostium tabernaculi in atrio et presentabat duos hircos populi et vnum vitulum pro se: immolans vitulum ⁊ hircum vnum vt patet supra in littera. Post hoc sumpto sanguine vituli ⁊ hirci introibat in tabernaculum: ⁊ in sancta sanctorum aspersurus de sanguine illo coram propitiatorio: ⁊ deinde exibat ad primam partem tabernaculi effundens de sanguine illo super quattuor cornua altaris thymiamatum: ⁊ aspergens septies coram eo: tunc vero exibat tabernaculum ad atrium: ⁊ in ostio tabernaculi existens posita manu super hircum illum cui ceciderit sors capri emissarij cōfitebatur iniquitates israelitarum mittens eum in desertū: tunc regrediebatur in tabernaculum ⁊ deponebat ibi quattuor vestes lineas in quibus expiauerat. post hoc exibat de tabernaculo in atrium ad labrum eneum: ⁊ ibi depositis vestibus communibus lauabat carnem suam in labro eneo: post hoc resumēs vestes communes introibat in tabernaculum assumpturus omnes vestes pontificales ad ministrandum in holocaustis sequētibus: completis autem holocaustis redibat in tabernaculum depositurus vestes sacerdotales quas sumpserat. ⁊ sic consumebantur cerimonie diei illius: ⁊ egrediebatur inde sacerdos vadens in domum suam. (Obtulerit holocaustum suum atq; plebis). Idest sacerdos offerebat holocaustum suum ⁊ pro plebe. Erant enim duo holocausta: vnum oblatum pro populo ⁊ alterum pro sacerdote. pro populo offerebatur aries vt habetur supra cum dicitur. suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorum israel duos hircos pro peccato: ⁊ vnum arietem in holocaustum. de holocausto autem sacerdotis non innuitur clare quale sit: sed videtur dicendum q̄ esset aries. (Rogabit tam pro se q̄ pro populo). Ista erat conditio cōmunis sacrificiorum vt quandocunq; offerretur sacrificium pro aliquo rogaretur pro illo ad deum vt patet supra. 4. et. 5. et. 6. c. sed hic oblata fuerunt holocausta pro populo ⁊ pro sacerdote. ergo pro vtrisq; orandum erat. oratio autem que fiebat in holocaustis nō erat totaliter similis ei que fiebat in sacrificio pro peccato. in aliquo tamen cōformabatur. cuius causa est quia sacrificium pro peccato erat pro re ad remissionem peccatorum: ideo oratio facta in isto sacrificio deberet esse totaliter ad peccatorum remissionem vel commutationem penarum. holocaustum autem directe erat ad laudem dei. ideo oratio que fiebat cum holocaustis non erat ita directe pro peccato. quia tamen holocausta aliquo modo proficiebant pro peccatis: oratio que ibi fiebat tendebat aliqualiter in remissionem peccatorum. q̄ autem holocausta proficiebant ad peccatorum remissionem habetur supra primo. ca. cum dicitur. masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij ad placādū sibi dōm. ergo videtur q̄ holocaustū aliquo mō placabat: sed placatio ad peccatorum remissionem aut aliqualem penarum mitigationem est. hoc adhuc magis declaratur immediate eodem capi. cui dicitur. ponetq; super hostie caput manus: ⁊ acceptabilis erit atq; in expiationem eius proficiens. (Et adipem qui oblatus est pro peccatis adoleuit super altare). Nō ponit hic aliqd de ritu holocaustor̄ sacerdotis ⁊ populi: q̄ manifeste erant cerimonie. ex eo enim q̄ holocaustum fit: intelligitur q̄ debet cremari super altare totum: preter pellem ⁊ fimum vt patet supra primo capi. ponitur tamen hic aliquid de ritu sacrificiorum pro peccato. ſ. q̄ deberēt adipes eorū cremari. erāt autem hic duo sacrificia p̄ peccato. ſ. vitulus pro sacerdotis peccato: ⁊ hircus pro peccato populi. horū autē adipes cremādi erāt super altare vt dicitur hic. ⁊ hoc quia in omnibus sacrificijs: qualiacunq; essent cremabātur adipes in altari vt patet supra. 3. c. cum dicitur. omnis adeps domini erit iure perpetuo. carnes vero ⁊ pelles ⁊ fimus istorum animalium cremabantur extra castra vt patet infra. Ista crematio adipum de qua hic fiebat a sacerdote postq̄ lotus erat ⁊ indutus vestibus pontificalibus vt patet ex ordine littere: quoniam fiebat simul cum holocaustis. ¶ Sed contra hoc aliquis arguet q̄ non debuisset sacerdos cremare istos adipes postq̄ indutus erat vestibus pontificalibus: sed cum esset in vestibus lineis. quod patet ex precedentibus. nam pro ministrationibus diuersarum conditionum sacerdos indebatur diuersis vestibus sicut supra diximus: ⁊ ob hoc in ministratione expiationis quia illa pertinebat ad afflictionem: sacerdos magnus vtebatur solis vestibus lineis. in holocaustis autem que pertinebant ad aliam ministrationem induebatur vestibus pontificalibus. sed adolere istos adipes pertinebat ad sacrificium pro peccato: cum essent adipes isti de sacrificijs pro peccato vt apparet hic. sacrificia autem pro peccato pertinebant ad expiationez vt apparet supra: quia in sanguine eorum expiabatur. ergo in cremando adipes deberet sacerdos vti vestibus lineis sicut in expiatione. ¶ Respondendum est q̄ dies expiationis erat dies afflictionis ⁊ meroris: ⁊ hoc propter ministerium expiationis in quo rogabatur pro peccatis totius populi. preter hec tamen erant quedam alia ministeria in eadem die que non pertinebant ad expiationem: sed ad exultationem. ideo dicendum est q̄ in omnibus illis que pertinebant ad expiationem debebat sacerdos vti vestibus lineis solum: in alijs vero que non pertinebant ad expiationem debebat vti vestibus pontificalibus. sed ad expiationem solum pertinebant illa que faciebat sacerdos anteq̄ mitteret caprum emissarium in desertō vt patet supra in littera. cū dicitur. postquam emundauerit sanctuarium ⁊ tabernaculum ⁊ altare: tunc offerat hircum viuentem: ⁊ posita vtraq; manu super caput ei⁹ confiteatur omnes iniquitates filiorum israel: ⁊ emittet illum per hominem paratum in desertō. ergo videtur q̄ ante missionem hirci in desertum complebantur cerimonie expiationis: ⁊ consequenter in omnibus ministerijs sequentibus eiusdem diei debebat sacerdos vti vestibus pontificalibus. sed crematio adipum fiebat post emissionem hirci vt patet ex ordine littere. ergo deberet esse in vestibus pontificalibus. Et cum dicitur q̄ ista crematio pertinebat ad sacrificium pro peccato: ⁊ illud ad expiationem. ergo debebat fieri in vestibus lineis sicut expiatio. Respondendum est q̄ sacrificia pro peccato que fiebant in die expiationis aliquo modo pertinebant ad ritus expiationis: ⁊ aliquomodo non. nam quantū ad sanguinem pertinebant ad cerimonias expiationis: q̄z in sanguine expiabat aspergendo coram propitiatorio ⁊ altari thymiamatum vt apparet supra. Ideo cū iste sanguis aspergeretur debebat sacerdos indui solis vestibus albis. crematio autem adipum non pertinebat ad cerimonias expiationis quia fiebat completa expiatione vt supra declarauimus. ideo cum fieret ista crematio debebat sacerdos indui vestibus pontificalibus. (Ille vero qui dimiserit caprum emissarium). Hic ponitur quid facere deberet homo qui portabat caprum emissarium. ⁊ dicitur q̄ lauare debebat vestes. dicitur dimittere iste homo caprum emissarium: quia portauit eum in desertō relinquens ibi bestijs lacerandum. (Lauabit vestimenta sua). Ista lotio fiebat propter immundiciam: vnde lauabat iste vestes ⁊ carnem suam. causa huius est quia q̄dq̄ non contraxisset iste aliquam immundiciam realem: videbatur tamen habere aliquā imundiciā que erat ſm opinionem. qō p̄z q̄z hircus ille quem portauerat iste in desertō erat animal immolaticium ⁊ immundum: ideo ex illo non poterat contrahere aliquam maculam. sed quia ille hircus dicitur portauisse omnes iniquitates filiorum israel in desertum videbatur q̄ aliquid de illis adhesisset isti portanti: quia hircus tangebat istum portantem. et hoc est vt omnia grosso quodam modo ⁊ corporaliter intelligamus: sicut illi populo adhuc valde rudi debebeorum intelligendum dabatur. peccata tamen super hircum non portabantur in desertum: nec ipsi portanti hircum adherere non poterant: quia non erant aliqne macule corporales. quamq̄ aliqui de antiquis intellexerunt peccatum esse aliquid corporeum: ⁊ per lotionem in aquis putabant se liberari ab eis. sic patet de hercule lauantis se in fontibus lybie: et de pilato lauante manus in morte christi. de quibus late satis dictum fuit super Deuteronomium capitulo. 19. et ibi vide. Ad hoc igitur q̄ iste portans hircum cui videbantur inhesisse multe de iniquitatibus quas portabat hircus esset totaliter mundus lauabat carnem suam et vestes. Causa autem quare lauabat carnem et vestes erat ad signandum magnam immundiciam quam poterat contraxisse ex contactu hirci. Alia causa huius lotionis esse poterat: scilicet propter significationem: sicut dicebatur de sacerdote summo: qui lauabat carnem suam propter significationem quāuis non contraxisset aliquam immundiciam. ita quia iste portans hircum poterat contraxisse aliquam imundiciam q̄uis nullā haberet: lauabatur vt videretur esse mundus ab oi-

buisset cremar adipes postq̄ erat vestitus.

Nota ordinez p̄gressus sacerdotis magni

B

†

£

†

Lōis cōditio sacrificior̄ vtriusq; testamē.

†

†

£

Antiq̄ putarūt petrū eē q̄d corporeum.

Qō. 32. A An sacerdos de-

Qō sacerdos lauabat carnez ⁊ vestes.

Qō. 33 A Jsta lotio in gb⁹ age fiebat.

bus immundicijs quas hircus portauerat. ¶De ista lotione dicunt aliqui q̄ fiebat in aquis lustrationis: scilicet q̄ aspergeretur ille qui portauerat hircum. Sz hoc non potest stare. primo quia dicitur hic q̄ lauabit vestes suas ⁊ carnem. hoc autem manifeste significat quandam defricationem: scilicet q̄ vestes per se ⁊ corpus per se lauaretur: in aqua tamen lustrationis nulla fiebat defricatio: quia tunc magis pollueretur homo qui lauaretur: eo q̄ illa aqua erat commixta cineribus vitule ruse vt habetur Numeri. 19. cap̄. sed solum fiebat aspersio eius super vestes. ergo non potest intelligi de illa: sed de aquis viuentibus. ¶Item quandocunq̄ aliquis aspergebat se aquis lustrationis non mundabat se ipse: sed alius eum vt patet Numeri. 19. hic tamen dicitur de isto qui dimisit capzum q̄ lauabit vestimenta sua. ergo intelligitur de lotione que est in aquis viuentibus. (Et corpus suū). Modus lotiōis erat vt per se vestes defricarentur in aqua cum aliquam realem immunditiam haberent: ⁊ deinde corpus hominis per se lauaretur. hic autem q̄cq̄ nulla immundicia fozet: significabatur tamen q̄ nimis immundus esset ille qui portauerat hircum: quia supza eum ibant omnes iniquitates: ex quibus aliquid inhesisset huic portanti. (Et sic ingredietur in castra.) idest postquam lauerit carnem suam et vestes introibat in castra. antea enim q̄cq̄ ista faceret non poterat introire in locum habitationis aliozum: quia cū esset immundus posset inficere alios. facta autem ista lotione mundus erat potens ingredi in castra. Hic loquitur semper legislator de castris fm conditionem tempozis in quo dabantur iste leges: scilicet in deserto: ⁊ tunc israel coniunctus dicebatur facere castra. sed id quod dicitur de castris intelligendum est de locis habitationum ciuitatum vel villarum: quando essent in terra promissionis. (Vitulum autem ⁊ hircum qui pro peccato erant imolati). Hic ponitur qd fieri deberet de carnibus sacrificiozum pro peccato: scilicet de vitulo ⁊ hirco. isti enim fuerāt immolati pro peccato. vitulus enim immolabatur pro peccato sacerdotis. hircus autem pro peccato populi vt patet supza. (Et quozum sanguis illatus est in sanctuario). Jsta est causa eozum que infra dicuntur: scilicet quare cremarentur carnes istozum animalium extra castra: quia fuerat sanguis illozum illatus in sanctuario: idest intra sancta sanctozum: ⁊ in primam partem tabernaculi. nam sacerdos cum vellet expiare assumpsit de sanguine istozum duozum in craterula: ⁊ introduxit in sancta sanctoz: ⁊ asperfit septies coz̄ propitiatozio: etiam coz̄ altari thymiamatuz in prima parte tabernaculi aspersit septies. Vocatur hic sanctuarium stricte pro sancto sanctozum: sicut in isto capitulo sepe acceptum est: ⁊ dabatur regula supza. 6. ca. q̄ quandocunq̄ sanguis alicuius animalis immolati pro peccato introduceretur in sanctuarium: scilicet in tabernaculum: siue in sancta sanctozum siue coraz altari thymiamatū: non comedebātur carnes illius animalis: sed cremabantur extra castra. causa huius data est supza. 4. et. 6. cap̄. ⁊ ideo ponitur hic ista clausula tanq̄ pro causa eozum que sequuntur: quoniam si ista animalia fuissent pro peccato immolata ⁊ non fuisset sanguis illozum illatus in sanctuariuz: idest in tabernaculum non cremarentur extra castra: sed comederentur a sacerdotibus vt patet supza. 6. ca. (Ut expiatio compleretur). Jdest q̄ sanguis istozum animalium accipiebatur ad complendam expiationem: quasi dicat q̄ sine eis non fiebat aliqua expiatio. nam si sacerdos sumens sanguinem expiabat aspergens illum coram propitiatozio ⁊ coram altari thymiamatum: ⁊ in hoc consistebat precipua cerimonia expiationis. nam preter hoc nihil relinquebatur nisi q̄ emitteretur ca per emissarium in solitudinem. (Asportabunt foras castra ⁊ cōburent igni). Cadauera istozum animalium non comedebantur a sacerdotibus nec cremabantur in altari sicut sacrificia bo locaustozum. hoc enim fiebat in magnam detestationem peccati. nam peccatum totius populi valde magnum erat ⁊ peccatum omnium sacerdotum. vt ergo viderentur ista esse horrenda cremabantur cadauera extra castra: ⁊ deus non acceptabat pro se vel pro cibo sacerdotum. sed vt totaliter non viderentur ista sacrificia non pertinere ad deum: accipiebat de his adipes qui cremabantur in altari vt patet supza. (Tam pelles q̄cq̄ carnes eozuz ac fimum). Jdest pelles istozum animalium ⁊ omnes carnes ⁊ ossa ⁊ fimus: idest immundicia vel stercus intestinozum cremabantur: extra castra. de his autem animalibus cum immolabantur duo accipiebantur: scilicet sanguis ⁊ adipes. Erat enim sanguis ad expiandum vt aspergeretur de eo coram propitiatozio: ⁊ coram altari thymiamatum. Reliquus autem fundebatur ad basim altaris holocaustozum fm legem aliozum sacrificiozum pro peccato. scōm q̄ accipiebatur de his animalibus erant adipes qui cremabantur coram domino: ⁊ non decoziabantur ista animalia: sed sic integra cadauera cum pellibus cornibus: pedibus intestinis ⁊ fimo cremabantur extra castra. (Et quicunq̄ combusserit ea lauabit vestimenta sua). Hic ponitur de immundicia illozum qui comburebant ista cadauera. ⁊ dicitur q̄ cremantes erant immundi: ⁊ lauabant vestes ⁊ carnem. non enim est accipiendum q̄ sacerdotes ista cremarent: quia per hoc efficerentur imundi. quod maxime vitandum erat in eis: sed aliqui alij de popularibus efferebant cadauera ista extra castra: ⁊ cremabant: quia non pertinebat hoc ad officiuz sacerdotale: sed solum ipsa immolatio ⁊ sanguinis effusio atq̄ aspersio: ⁊ ad hoc nullus popularis accipiebatur. ⁊ sic si cremare corpora horum animalium esset officium sacerdotale: vel quouis modo ad sacrificia pertineret: solus sacerdos magnus hoc effecisset: ad quē ministratio illius totius diei pertinebat. sed ad profanas ministrationes ista combustio attinebat magis. (Et carnem suam). Jsta lotio comburentis cadauera animalium erat in aquis viuentibus sicut illa de qua supza diximus de eo qui portabat hircum emissarium in solitudinem. nam ex eisdem fundamētis potest hic ⁊ ibi argui. (Et sic ingredietur in castra). Scilicet postquam lauerit carnem ⁊ vestes: quia ex hoc videbatur iste iam mundus esse. causa autem quare iste qui comburebat cadauera animaliū reputabat mundus ⁊ lauabat vestes ⁊ corpus: erat q̄ cū cōbureret cadauera illa videbat aliquid potuisse sibi inhere re ex combustione illa: ⁊ per hoc efficeretur immūdus. Alia causa erat ex apparentia vulgari quam hic deus vt in plurimum sequitur: cum daret legem rudi populo: scilicet q̄ cum ista animalia fuissent immolata pro peccato videbantur esse super ea populi peccata. ⁊ tunc ei qui combureret ea ⁊ portaret extra castra videbatur inhesisse aliquid de peccatis illis. ideo lauandus erat. Alia causa est ad detestationem. nam sicut ista cadauera cremabantur extra castra ad detestationem peccatozum: vt dictum est. ita ille qui cremabat ea ⁊ portabat super se: in detestationem eozum debebat reputari immundus: ⁊ lauare vestes atq̄ carnem. (Eritq̄ vobis hoc legitimū sempiternum). Idest ista lex de facienda purificatione fm istum ritum durabit vsq̄ in eternum. Sunt enim intelligenda verba non multum stricte. nam nulla lex est que in eternum duret: etiam neq̄ lex christi que vltima est: quoniā post diem iudicij sola erit reges animarū aut tribulatio: pro preteritis bonis aut malis: ⁊ nulla iam legalis observantia. Potest tamen aliqua lex dici sempiterna: qa ipsa erit quandocunq̄ tempus erit: vel quia ei alia lex non succedet: ⁊ hoc conuenit legi euangelice. nam durabit ista vsq̄ ad diem iudicij: post illum autem diem nullus dies nec nox erit: quoniam cessabit omnis motus celi fm quod causatur tempus. etiam huic legi alia lex non succedet cū postea non sit alige qui legi subijci debeat. Hoc modo lex vetus non poterat dici sempiterna quia non erat duratura quamdiu tempus duraret: sed alia lex ei successura erat: scilicet lex noua. sed dicitur esse sempiterna: idest magni tempozis. satis enim magno tēpore duravit. sed sempiterna interdum dicuntur ea que durant per quinquaginta aut potiozes annos: sicut patet de illo qui vendebat se in seruum: ⁊ accipiens a domino suo vxozem: nolensq̄ exire sine liberis ⁊ vxore in libertatem: quoniam iste erat seruus vsq̄ in sempiternum vt patet Exodi. 21. tamen ista seruitus finiebatur in iubileo qui erat vsq̄ ad quinquaginta ānos vt patet infra. 25. c. sic de multis alijs in veteri testamento dicunt sempiterna: que tamen valde magno tempore duratura non sunt.

De quibus castris hic loquit moyses.

Qualiter lex moysi duratura erat in sempiternum.

Lex rpi nō durabit in sēpiternū.

¶Mense autem septimo decima die mensis affligetis animas vestras: nullumq̄ opus facietis siue indigena siue aduena qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit vestri atq̄ mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est: ⁊ affligetis animas vestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit: ⁊ cuius manū inuestiate sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo.

ifra. 23. c.

suo. Induetur(q) stola linea ⁊ vestibus sanctis: et expiabit sanctuarium et tabernaculum testimonij atq; altare: sacerdotes quoque et vniuersum populum. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum: vt oretis pro filijs israel ⁊ pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut preceperat dominus moysi.

Mense autem septimo decima die mensis. Hic designatur tēpus in quo fieri deberet istud festum quolibet anno: subiungitur etiam preceptū generale ad omnes de populo pro illa die. Et dicitur q̄ fiebat istud festum in decimo die mensis septimi. vocatur mensis septimus apud iudeos september: quoniam non incipiunt menses a ianuario sicut nos: sed a martio. ⁊ quia non incipiunt dies mensis huius apud iudeos sicut apud nos rarissime contingit q̄ eadem dies sit prima mensis apud nos ⁊ illos. ⁊ hoc quia ipsi incipiunt menses suos per principia lunationum quemlibet mensem a principio cuiuslibet lunationis inchoātes. ⁊ quia non contingit principium lunationis coincidere cum principio cuiuslibet mensis nostri: cum contingit q̄ sit semp̄ idem p̄ncipiū mensis nobis ⁊ ipsis. ¶ Modus autez quo iudei incipiūt mensem septembris: est quoniam ipsi attendunt equinoctium actuale: qō est sole existēte in primo gradu libre: ⁊ hoc est quasi in medio mensis nostri septembris: ⁊ quecūq; lunatio fuerit p̄rimior illi equinoctio est principium mensis septembris. vnde si lunationis principium contigerit ante equinoctium ibi mensem inchoant. si vero posterius: etiam posterius inchoabunt. ⁊ sic non est semper idem modus assignandi primam diem mensis septembris. inuenta autem prima die per istum modum fiebat festum propitiationis in decimo die.

Iudei qūo cōputant mensem septēb.

¶ Quare festum expiationis fiebat potius in mense septembris q̄ als. Questio. 34.

A Be causa autem quare solennitas ista fiebat magis hoc tempore q̄ alio: non videtur esse causa multum manifesta. quamq̄ fm quandam responsionem Rab. abraam qui dicitur francus in eis que supra dicebant de capro emissario: potest dici q̄ isto tempore fieret huiusmodi solennitas: que aliquo modo fiebat vt liberarentur iudei a potestate saturni: sed hoc tempore saturnus habebat suam exaltationem: scilicet in prima facie libre vt supra dictum est. sed ista causa friuola est: cum dependet ex eo quod supra improbatum est. ¶ Alio modo conuenientius dici potest q̄ istud festum fiebat in mense septembris non propter aliquam causam specialem conuenientie istius festiuitatis ad hoc tempus magis q̄ ad alia tempora: sed fm conuenientiam ad colentes festiuitates. nam deus volebat q̄ iudei ascenderent in locum sanctuarij ter in anno vt apparet Exo. 23. et. 34. ca. ⁊ hoc in die azimorum ⁊ in die pentecostes: ⁊ in die tabernaculor. ⁊ q; preter ista erant duo alia festa. s. festū clangoris ⁊ expiationis. vt ergo iudei qui ascēdebant ad tria festa ascenderent ad ea coniungit tria festa ad vnū tēpus: scilicet festū clangoris ⁊ expiationis ⁊ tabernaculorum: scilicet festum clangoris quod est prima dies septembris: ⁊ festum propitiationis quod est decima dies septembris: ⁊ festum tabernaculorum quod est decimaquinta die. ⁊ cum iuberentur ex necessitate venire ad festum tabernaculorum vt patet Exodi. 23. et. 34. ca. veniebant simul ad ista tria festa que erant in mense septembris a primo die vsq; in decimumquintum vt habetur infra. 23. ca. si autem ista festa essent dispersa per annum: scilicet q̄ in alio tempore esset festum clangoris: ⁊ in alio festum propitiationis: non possent iudei venire ad omnia festa si soluz ter venirent. conuenientius ergo fuit vt ista tria festa coniūcta essent in eodē mense.

Replica.

¶ Sed adhuc dicet aliquis q̄ poterant ista duo festa: scilicet clangoris ⁊ propitiationis coniungi festo azimorum: quod erat mense primo anni vt patet Exo. 12. caꝑ. qui est mensis martius: vel poterant coniungi festo pentecostes qui est in tertio mense anni scilicet in medio. ⁊ fm hoc poterat fieri coniunctio trium festorum sicut in septembri.

Riſio.

¶ Respondendū est q̄ conuenientius fuit ista tria festa coniungi in mense septēbri q̄ in alijs: quia deus volebat hoc facere eo modo quo minus impediret iudeos a laboribus suis. sed nullum tempus anni erat in quo minus impedirētur iudei in terra promissionis a laboribus suis q̄ in mense septembris: cum iam essent collecte omnes fruges ⁊ fructus arborum ⁊ vue: cum terra illa sit tē peratissima in qua prouenunt oia citius q̄ proueniat in aliqua terra de nostris declinante versus extremitatem climatum ad partem septentrionalem. ideo conueniens erat q̄ cessantibus tunc omnibus laboribus iudeorum festis vacarent magis q̄ tēpore azimorum: cum incipiebat messis ordeacea in martio: vel tempore pentecostes cum incipiebat mensis triticea in madio. Q; autem in tempore tabernaculorum: scilicet in mense septembri iam essent collecti omnes fructus terre apparet Exo. 23. ca. q̄ autem in festo azimorum in martio inciperet messis ordeacea habetur infra. 23. caꝑ. q̄ autem messis triticea inciperet in mense madio habetur infra. 23. caꝑ. si ergo hoc tempore essent iste solennitates impedirentur iudei a messibus. fuerunt ergo in tempore septembris in quo nihil impediebant eos labores.

† B

(Affligetis animas vestras). Istud erat preceptum generale ad omnes iudeos: quoniā oportebat q̄ omnes in die propitiationis affligerent animas suas: scilicet non comedendo nec bibendo tota die: nec accipiēdo delectationes alias. hoc autem est affligere animam: idest vitam. anima nostra ex die non affligitur: quoniam ipsa est incorporalis que horum nihil sentit: sed nos sumus qui hec sentimus: ⁊ dicimur affligere animas nostras: idest nosipsos vel vitam nostram. (Nullumq; facietis opus). Istud pertinebat ad solennitatez illius diei q̄ nihil omnino fieret illo die: ⁊ in hoc sabbatum ⁊ dies propitiationis excedebant omnia alia festa iudeorum: quoniaz in illis nihil licebat fieri: nec etiā parare cibos: in alijs autē festis p̄hibebantur omnia alia opera seruilia: sed nō oia opera simpliciter. nam licebat parare cibos in festo paschali ⁊ pentecostes ⁊ tabernaculorum. de festo paschali habetur Exo. 12. caꝑ. vbi dicitur q̄ in die pasche azimorum nihil facerent preter ea que ad cibos pertinent. De alijs autem solennitatibus habetur infra. 23. ca. vbi fit differentia obseruationis inter eas ⁊ sabbatum: quoniam in sabbato non licebat etiam parare cibos nec incendere ignem: ⁊ siquis incenderet occidebatur vt habetur Exo. 31. et. 35. c. de festo autem propitiationis idem modus ponitur: scilicet q̄ nullū omnino opus fiat in eo sicut in sabbato vt apparet infra. 23. ca. (Sive indigena sive aduena). Idest q̄ ista lex erit cōmunis ad oēs tam indigenas q̄ aduenas. dicūtur indigene illi qui de terra aliqua oriendi sunt respectu terre ipsius. vñ dicitur indigena quasi inde genitus. aduene autem sunt qui alibunde veniunt ad habitandum in aliquo loco. ⁊ accipiuntur hic aduene dupliciter: idest fm terram: ⁊ fm ritus. fm terram quidem quia de alijs gentibus veniebant ad terram iudeorum. fm ritum autem quoniam de gentilitate ad iudaismum conuertebantur.

† C

(Qui peregrinantur inter vos). Dicuntur peregrinari: idest peregre habitare vel peregrinando venire. ⁊ sic dicuntur isti peregrinari inter iudeos: idest habitare inter eos tanq̄ peregrini cum non essent de terra eorum nec genere.

† D

(In hac die expiatio erit vestra). Idest in ista die decima mensis septembris in qua afflige tis animas vestras. erit etiam expiatio que attenditur dupliciter: vel quantum ad ritus cerimoniales qui sunt in sanguine et aspersione: quoniam per hoc sanctuarium expiabatur: aut in ieiunio ⁊ afflictionibus diei huius: quia etiam per hoc expiabatur. (Atq; mundatio ab omnibus peccatis vestris). Expiatio ⁊ mundatio idem sunt. dicebantur israelite expiari ab omnibus peccatis suis: quia in hac die bircus ferebat ea in deserto super se vt patet supra. etiam quia pro omnibus bis aspergebatur sanguis intra sanctuarium.

† E

(Coram domino mundabimini). Ista littera potest intelligi dupliciter. vno modo per modum precepti. alio modo per moduz denūciationis. Primo modo est sensus. mundabimini coꝝ dominо: idest iubeo q̄ fiat ista expiatio coram domino: scilicet coram propitiatorio in quo erat deus: quoniam ibi aspergebatur sanguis etiam in altari thymiamatum ⁊ holocaustorum. In omnibus namq; bis deus esse dicebatur: ⁊ quecunq; fierent in bis dicebantur fieri coram domino. Alio modo potest intelligi per modum denunciationis: scilicet mundabimini coram domino: idest ego denoncio vobis q̄ vos eritis mundi coram deo: scilicet q̄ ipse reputabit vos mundos.

† F

(Sabbatum enim requietionis est). Idest ista dies propitiationis est sabbatum ad requiescendum: scilicet ad cessandum ab omnibus temporalibus occupationibus vt soli deo vacarent. neq; enim dicitur sabbatum tanquam ista dies propitiationis semper esset in sabbato: quoniam in alijs diebus pluries contingebat. sed dicitur sabbatum: idest quies quod est nomen appellatiuum apud hebreos pro quiete. dici-

tur autem sabbatum dies ista: quia ab omnibus occupationibus cogebantur iudei vacare ⁊ insistere laudibus dei. quod vsq; hodie obseruant toto isto die orationi ⁊ lectioni in synagogis suis insistentes. ⁊ hoc notatur cum dicitur. sabbatum requietionis: idest quies ad quietem: scilicet quiescere a temporalibus negocijs ad quietē: idest vt per hoc possint habere quietem in deo laudando ⁊ contemplando. aliquando autem significatur hoc per alia verba vt cum dicitur. sabbatuz domini est: † idest requies a deo instituta ⁊ pro ipso. (Affligetis animas vestras religione perpetua). Replicatur mandatum de obseruatione huius festi: quantum ad ieiunia ⁊ alias afflictiones quas iudei sustinebant in hac die. et infertur hoc ex precedenti. scilicet sabbatum requietionis est: ⁊ affligetis animas vestras: idest quia sabbatum requietionis est affligetis animas. ¶Sed dicet aliquis ꝙ non videtur inferri hoc. nam quamꝯ esset sabbatum: non deberent affligere animas suas: immo magis sequitur econtrario: scilicet ꝙ si sabbatum erat idest requies: debebant delectari ⁊ iocundari: ⁊ non affligere animas. Respondetur ꝙ satis infertur vnum ex altero: cum dicitur sabbatum requietionis est: idest ista quies huius diei ad hāc quietem dei ordinata est. ⁊ ideo conuenit affligi in illa: quoniā quies nostra ad deum non est ꝙ nos a laboribus corporalibus cessemus: sed ꝙ eum colamus seruitutis actum semper exhibentes. D sed afflictio animarum nostrarum valde pertinet ad cultuz dei: † ergo quieti hāc bene consequitur afflictio animarum. (Religione perpetua). Idest ritu perpetuo: scilicet ꝙ ista cerimonia Religio quid. que singulis annis fiebat perpetua esse debebat. vocatur autez ista cerimonia religio: quia religio dicitur specialis modus viuendi in deum directus: ⁊ ad omnes cerimonias pertinet. sic autem erat de cerimonijs expiationis ꝙ ad deum tendunt: idest religiones conuenientes sunt. sic quoq; vocatur religio christiana: quia est quidam modus cerimonialis viuendi in comparatione ad deum. ⁊ hoc modo dicuntur esse religiones apud monachos: quia habent specialiorem modum colendi deum ꝙ alij † homines. (Expiabit autem sacerdos qui vnctuz fuerit). Dic ponitur persona expiationis cerimonias complens. ⁊ dicitur ꝙ iste erat sacerdos magnus. nā nullus alius poterat hac die quicquam de cerimonijs agere. Notificatur autem hic iste sacerdos magnus per quasdam conditiones que hic ponuntur: scilicet ꝙ ipse vnctus est: non quidem ꝙ solus summus sacerdos vnctus sit: quia etiam minores sacerdotes aliquo modo vngebātur vt apparet Exodi. 29. ca. ⁊ supra. 8. ca. sed dicitur sacerdos magn⁹ vnctus: quia specialem quandam vnctionē habebat super omnes alios sacerdotes. sic patet supra. 8. ca. vbi dicitur de oleo vnctionis: ꝙ funderetur super caput aaron: ⁊ non dicitur hoc de aliquo alio. Item habetur infra. 21. ca. cum dicitur. pontifex. i. sacerdos maximus inter fratres suos: super cuius caput fusum † est oleum vnctionis. (Et cuius manus initiate sunt). Idest consecrate sunt. fiebat enim aspsio olei sup manus sacerdotis magni: ⁊ tinctio quedā in sāguine sup pollicē manus dextre: ⁊ per hoc dicebantur manus eius consecrate: sicut declaratū est supra. 8. ca. † (Ut sacerdotio fungatur). Idest omnes iste consecrationes facte sunt vt iste sacerdos fungatur officio sacerdotali: quia sine eis non poterat ministrare: sicut nemo potest in ecclesia ministrare nisi ordinat⁹ sit. (Pro patre suo). Idest successit in locū † patris sui. In hoc significat manifeste ꝙ agitur hic de sacerdote magno. nam de alijs non dicebatur ꝙ succederent patribus suis: cum vniuersaliter essent sacerdotes omnes qui erant filij sacerdotum: nisi forte haberent aliquam maculam naturalem aut accidentalem prohibentem. de quo habetur infra. 21. et. 22. ca. Sed in filijs summi sacerdotis non erat sic: quoniam non omnes filij summi sacerdotis erant summi sacerdotes: sed primogenitus inter eos: quoniam isti apud antiquos succedebant in dignitatibus paternis vniuersaliter. nunc autem non seruantur † apud omnes iura primogenite: sed in quibusdam). Induetur q; stola linea). Dic replicantur vestes quibus indui deberet sacerdos magnus quando expiaret. ⁊ prima vestis erat stola linea: que alis vocatur linea tunica vt patet supra. stola namq; nomen generale est pro omnibus vestibus longis pertingentibus vsq; ad talos. vnde dicitur stola a stolon quod est longuz. E † (Et vestibus sanctis). Per vestes sanctas nō significantur hic omnes vestes summi sacerdotis: sed soluz tres vestes minores: s. feminalia linea: ⁊ balthe⁹: ⁊ cidaris. In his eni quattuor sacerdos expiabat vt ꝓz supra. (Expiabit sanctuarium). Idest sancta sanctozuz: quoniam prima expiatio erat ibi aspergendo sanguinem contra propitiatozium. (Et tabernaculum testimonij † atq; altare). Istud erat scōm qō expiabatur. vocatur autem tabernaculum testmonij: non tota ipsa domus que est tabernaculum testimonij: sed prima pars tabernaculi. nam oportet ꝙ tabernaculum de quo hic dicitur distinguatur contra sancta sanctozuz: cum hic fiat distinctio. solum ergo manet prima pars tabernaculi: que hic vocari possit tabernaculum. ⁊ isto modo distinguit Apostolus ad Hebreos. 9. ca. primum ⁊ secundum tabernaculum. Quomodo autem ista prima pars tabernaculi possit dici tabernaculum testimonij: cum hoc proprie competat sancto sanctorum in quo erat testimonium. idest decalogus in tabulis: supra dictum est. Altare vocatur hic in quo adoletur thymiama: ⁊ erat in prima parte tabernaculi vt patet ad Hebreos. 9. c. Coram isto aspergebatur septies de sanguine oblato ꝓ peccato ⁊ fundebat super quattuor cornua eius. Dicitur aūt hic tabernaculum testimonij: idest prima pars tabernaculi expiari. nō ꝙ directe expiaretur: sed ad expiationem altaris thymiamatuz quod erat in eo. (Sacerdotes quoq; ⁊ vniuersum populum). † Idest etiam sacerdos magnus expiabat sacerdotes minores ⁊ omnes israelitas. nomine autem sacerdotum intelliguntur et leuite. nam isti expiabantur sicut ⁊ ceteri. expiatio autem sacerdotum ⁊ popularium fiebat per hoc ꝙ sūmus sacerdos confitebatur omnia peccata eorum circo: ⁊ portabat illa in solitudinem. (Eritq; hoc vobis legitimum sempiternum vt oretis pro filijs † Offiū sacerdotuz ē orare. israel). Ad summos sacerdotes ista pertinent: quoniam ipsi sūt soli qui cerimonias expiationis complebant vt patet supra. Et dicitur ꝙ hoc maneret eis in legem in sempiternum vt orarent pro filijs israel: scilicet in die expiationis vt remitterentur peccata eorum. legitimum enim dicitur quicquid ad legem pertinet. Et sic omnia ista precepta vocabantur legitima: idest leges vel cerimonie. quomodo autem verū sit ꝙ iste erant leges sempiterne supra declaratum est. (Et pro cunctis peccatis eorum). † Aliud rogare est pro israelitis: ⁊ aliud pro peccatis eorum. Rogare pro peccatis est vt dimittantur peccata. rogare pro israelitis est rogare vt deus prosperet actuz eoz ⁊ conseruet a peccato (Semel in anno). i. ꝙ ista expiatio fiebat solū semel in anno in decima die mēsis septembris. (Fecit igitur sicut preceperat do † minus moysi). Idest moyses dixit legem istam de expiatiōe coram toto populo: sicut deus ei mandauerat. ¶Alij autem dicūt † Opī. nic. ⁊ Ra. sa. sicut nicolaus ⁊ Rab. sa. ꝙ moyses fecerat ea que preceperat do minus: idest fecit istam solennitatem expiationis quando descendit de monte synai adueniente decima die mensis septembris. ¶Sed hoc non potest stare: quoniam non fuit facta ista celebratio expiationis vt isti dicunt in primo illo anno quo descendit moyses de monte: quoniam tunc nec erat aaron sacerdos: nec tabernaculum factum: nec ista lex data. immo nunq; potuit ista lex obseruari expiationis in toto deserto vt declaratum fuit in principio huius capituli. Etiam patet ꝙ non intelligatur hic de cerimonijs expiationis: quia ista littera significat ꝙ moyses fecit id quod mādauit sibi dominus. sed moyses nō debebat facere ritus expiationis sed summus sacerdos vt patet supra. id igitur quod hic dicitur factum: non est obseruatio expiationis: sed prolatio verborum legis huius ad populū. Nec valet argumentum si aliquis ex littera nitatur hoc probare: qz dicitur ꝙ fecit quecunq; precepit dominus moysi. ergo nō erat ibi locutio solum sed executio. Respondendum est ꝙ non sequitur hoc: quia facere non solum accipitur pro executione in rebus: sed etiam pro locutione: quoniam locutio executio quedaz est. ⁊ aliquando deus istam locutionem dicit esse facere. sic patet sepe in Exo. cum dicitur ꝙ moyses ⁊ aaron fecerunt sicut eis iusserat dominus: tamen non potest semper accipi pro executione: sed interdum pro enarratione verborum coram pharaone. Ad solam igitur prolationem legis huius ista verba extendenda sunt.

¶Explicit capitulum .xvj.

¶ Capitulum. xvij.

ET locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere aaron ⁊ filijs eius ⁊ cunctis filijs israel: dicēs ad eos. Iste est sermo quē mandauit dominus dicens. ¶ Domo quilibet de domo israel: si occiderit bouem aut ouem siue capram: in castris vel extra castra: ⁊ nō obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino: sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit: sic peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre debent filij israel hostias suas quas occidunt in agro vt sanctificentur domino ante ostium tabernaculi testimonij: ⁊ immolent eas hostias pacificas domino. Fundetq; sacerdos sanguinē super altare domini ad ostiū tabernaculi testimonij: ⁊ adolebit adipem in odorem suauitatis domino: ⁊ nequaq; vltra immolabunt hostias suas demonibus cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis ⁊ posteris eorum. Et ad ipsos dices. ¶ Domo de filijs israel ⁊ de aduenis qui peregrinantur apud vos: qui obtulerit holocaustuz siue victimam: ⁊ ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam vt offerat domino: interibit de populo suo.

De cōse. dist. 2. c. non opz

Diuisio

†

†

Qr deus hic dixit moysi q̄ loq̄retur ad aarō ⁊ ad oēs filios israel q̄ i alijs legibus.

Et locutus. In superioribus tractauerat legis dator de quibusdam purgationibus que fiebāt per sacrificia. hic aūt determinat sacrificiorū locus. Et diuidi tur in duo: qz primo determinat sacrificiorū locus. Scōo excluditur gentilicꝰ ritus ibi. (Domo quilibet.) Prima in duas: qz primo phibet extra locū sacrificij fieri immolationem. Secundo phibetur fieri ibidem oblationez. ibi. (Domo de domo israel.) ¶ Circa p̄mū. (Et locutꝰ ē dñs ad moysen.) Ista locutio an fuerit eadē cū superiori vel non constare non potest. hoc enim satis constat q̄ non omnia que in hoc libro dicuntur simul moysi a deo reuelata sunt vt declarauimus in principio p̄cedētis capituli. sed an simul vel in diuersis temporibus ista dicta fuerint nihil differt. (Loquere aaron ⁊ filijs eius ⁊ cunctis filijs israel.) Ista lex promulgāda erat ad omnes istos: quia ad omnes eos pertinebat. Supra enim in quibusdam legibus dicebatur q̄ moyses loqueretur aarō. ⁊ in alijs q̄ loqueretur ad omnē israel ꝑm q̄ leges ad diuersos pertinebant. nam aliqua harum ad solum sacerdotem. alie autem ad populum p̄cipaliter pertinebant. Ista autem de qua hic dicitur. s. de loco immolationis sacrificiorum pertinebat ad omnes: tam ad aaron q̄ ad filios suos q̄ ad oēs israelitas. Cuius causa est qz ad sacerdotes pertinebat interdum sacrificia facere velut totius populi ministri in cultu dei. ptinebat etiam ad eos tanq; ad personas p̄uatas: quoniam ipsi poterant offerre sacrificia pro seipsis sicut offerunt. ⁊ q̄tuz ad hec duo cōueniens erat eis ista lex de loci determinatione pro sacrificijs. Ad summum sacerdotez pertinebat ista lex ex duabus supradictis causis: et ex alia: qz cū ipse esset caput diuine ministrationis pertinebat ad eum erudire alios in cultu dei ⁊ corrigere excessus eorū. Ad populares autem ista lex pertinebat: qz ipsi sacrificia offerebāt ⁊ cōueniebāt non offerri illa extra locum debitum. omnibus ergo ista lex publicari debuit.

¶ An moyses omnem populum ad legem banc audiendam cōuocauerit. Questio prima.

Circa hoc queri potest an moyses cōuocauerit populum totum ad audiendam istam legē. ¶ Et pōt dici apud aliquos q̄ conuocauerit totuz populum: cum de us iusserit dici hoc omnibus filijs israel. Sed ad hoc satis dici posset q̄ q̄q; non conuocaret moyses omnes israelitas sed p̄cipes synagoge ⁊ eis ista proferret: ipsi possent denunciare hoc alijs. ⁊ sic promulgaret lex omnibus israelitis. Maxime qz interdum per omnes filios israel soli seniores intelligūtur vt habetur Exo. 12. c. vbi iussit deus q̄ loqueretur moyses ad omnem cetum filiorum israel: ⁊ ipse solis senioribus locutus est. ⁊ postea subiungit q̄ incuruatus est populus: quasi ipsi seniores sint ppls: q̄q; ad ꝶ nō multū differt an totū israel vocauerit: qz facile erat moysi ogregare oēs israelitas ⁊ oibꝰ eis log. sic. n. alibi feci vt p̄z Deutero. 29. c. vbi congregauit oēs illos ante mortem suam ⁊ locutus est eis omnia verba deuteronomij. (Iste ē sermo quem mādauit dñs). i. ista est lex quam dñs obseruari iussit. vel istō est preceptum a dño patū. Potest accipi alio modo sermo ꝑ ipsa re que fit. ⁊ ē sensus q̄ iste est sermo quē iussit dñs. i. ista est res quam mādauit fieri. nam multotiens accipit sermo vel verbuz pro ipsa re que fit: sicut habetur primo Reg. c. 2. et. 2. Regum ca. 1. (Domo quilibet de domo israel.) Dicponitur preceptum quod debatur de determinatiōe loci ad sacrificia. nam volebat deus esse vnicum locum ad sacrificia ne quilibet sacrificaret vbicunq; vellet. hoc autem fiebat qz populus iudaicus erat rudis: ⁊ si videret q̄ sacrificia fierent deo in pluribus locis existimaret plures esse deos: sicut apud gētiles erant plures dij ⁊ in diuersis locis colebant. hec autem volēs deus vitare fecit vt esset vnicum tabernaculum in tota terra ꝑ missionis: ⁊ ad illud concurrerent omnes iudei tribus temporibus anni vt p̄z Exo. 23. et. 34. c. ⁊ in hoc solo loco fiebant sacrificia: siquis autem alibi sacrificare voluisset reputabatur ido latra ⁊ occidi debebat: de quo magis infra dicetur. (Domo q libet de domo israel). i. omnes homines qui sunt de progenie iacob. s. q̄ q̄ sunt iudei ex origine tenebūtur ad istaz legē. ⁊ q̄q; hic dicatur de solis filijs israel: tū etiam intelligendū est de alijs qui conuertebantur de gētilitate ad iudaismum. isti namq; tenebantur obseruare omnes cerimonias legis postq̄ circūcidebantur. sic p̄z ad Gala. c. 5. cum dicitur. ego paulus testificor omni homini circuncidenti se q̄ debitor sit vniuerse legis faciende. poterant ergo isti offerre sacrificia sicut omnes alij qui erāt iudei ex genere ⁊ tenerentur ad omnes obseruātias ad quas tenebātur alij. ideo q̄uis non exprimantur. hic intelliguntur qō p̄z ex his que infra sequuntur. cum dicitur. homo de filijs israel ⁊ de aduenis qui peregrinantur apud vos: qui obtulerit holocaustum ⁊c. idez patet de precepto de non comedēdo sanguinē in quo ponuntur israelite ⁊ aduene. Item de precepto effundendi sanguinē animalium captorum in aucupio aut venatione. semper enim hoc erat taz ad israelitas q̄q; ad aduenas vt patet infra in littera. (Si occiderit bouem aut ouem.) Non itelligitur ista occisio de quacunq; occisione: sed solum de illa occisione animalium que fiebat ad sacrificandum dño. quod patet Deutero. 12. c. vbi cum diceret ne aliquis offerret holocausta sua in omni loco quē vellet: sed solū in loco quem dominus elegisset: subiungitur. Si autem comedere volueris ⁊ te esus carnium delectauerit: occide ⁊ comede iuxta benedictionez domini dei tui quam dedit tibi in vrbibus. Et postea in eodē capitulo subiungitur. Si volueris vesci carnibus quas desiderat ala tua: locꝰ aūt quē elegit dñs deus tuus vt fit nomē eius ibi procul fuerit: occides de armētis ⁊ pecoribus que habueris ⁊ comedes i oppidis tuis vt tibi placet. ¶ Itē patet q̄ solū intelligatur de immolatione in sacrificijs: qz animalia que erant ad cibos humanos non p̄sentabantur ad ostium tabernaculi cum occiderētur: qz per hoc cōsecrarentur carnes ille ⁊ nō possent accipere eas in vsus suos populares. de istis tamē animalibus de quibus habetur hic dicit q̄ p̄sentarent ad ostiū tabernaculi. ergo intelligitur de immolatiōe ad sacrificia. Item quia hic solum ponūtur tria animalia. s. bos ouis ⁊ capra que sunt animalia immolaticia sola inter quadrupedia vt patet supra. 1. et. 3. et. 4. cap. ^Item hic dicitur q̄ debebāt offerri ista i hostias cum habetur infra. ideo sacerdoti offerre debent filij israel hostias suas quas occidunt in agris. Etiam patet hoc ex multis que hūtur in littera. ¶ Et sic isti filij israel qui occidebant victimas contra legem que ponebatur hic peccabant dupliciter. Primo quia offerebant extra locum debitum: quod est contra istam legem. Secundo quia ipsi non existentes sacerdotes occidebant victimas: quod est contra statum sacerdotalem: ⁊ quicunq; talia faceret merebatur mortez. sicut patet de rege ozia qui voluit thurificare domino ⁊ percussus est in fronte lepra: ⁊ permansit sic vsq; ad mortem suam vt habetur. 3. reg. c. 15. (Bouem aut ouem siue capram.) ponitur ō

Rñsio ad q̄situm.

†

B

Preceptuz qō debaꝫ ō determinatione loci ad sacrificia

†

C

†

De q̄ occisione itelligiꝫ ista lex an de occisiōe ad comedendū vl ad īmolandum. 1. rō

2. rō

3. rō

D

Boꝫ ouis ⁊ capra aialia īmolaticia sola inter quadrupedia sunt. ^4. rō

istis tribus: qz ista solum erant immolabilia inter omnia quadrupedia fm quod pz. ō. 1. et. 3. et. 4. z infra. 22. c. Nō tñ est intelligendum q̄ solum errarent israelite quando offerent bouem aut ouem extra castra: ideo magis errarent quando offerrent aliqua alia pecora: quia tunc peccarent non obseruātes determinatum locum ad offerendum. hic autem peccarent nō obseruantes locum nec animal immolabile. ponuntur tamen ista tria animalia: qz ista sunt que licite offerri poterant domino obſuata loci determinatiōe. (In castris vel extra castra). nihil differebat an offerrentur animalia in castris vel extra: duz tñ non offerrentur intra sanctuarium cum tenerentur ad illum locum determinatum. z dicitur hoc quia contingeret aliquando offerri sacrificia in castris: z aliquando extra castra. vbiq; tñ erat suspitio de idolatria. (Et non obtulerunt ad ostium tabernaculi oblationem domino). i. si non obtulerit illud animal domino in oblationem ad ostium tabernaculi. ¶Dicitur hoc qz omnis oblatio fieri deberet ad ostiuz tabernaculi: z ibi omnes res siue animate siue inanimate presentabantur domino: z res animate immolabantur apud ostium tabernaculi circa altare in latere aquilonis vt patet supra. 1. et. 3. et. 4. c. Res aūt inanimate vt simila: z panes: oleum: z vinum: partim cremabantur super altare: z partim proueniebat sacerdotibus vt habetur. ō. 2. et. 6. et. 7. c. Isti qui offerebant animalia apud ostium tabernaculi non occidebant ea sed sacerdotes recipiētes ab illis immolabant z faciebant cerimonias sacrificiorum. Si autem aliquis vellet immolare animal extra castra vel i castris extra sanctuarium: deinde offerre carnes eius sacerdotibus ad ostiuz tabernaculi non suscipiebatur propter duo. Primo qz totum periculuz erat in immolatione. poterat namq; aliquis obseruare cerimonias idolatrarum in immolando quascunq; vellet cum solitarius immolaret. Si autem coram toto populo vel in loco publico fieret ad hec nulla erat p̄sumptio. vt ergo auferret periculum idolatrie non suscipiebatur talis immolatio. Item qz in oblatione animalium facta deo oportebat vt sanguis funderetur in altari vel ad basim eius fm determinatas cerimonias sacrificiorum vt apparet supra. 1. et. 3. et. 4 c. Maxime quia in toto sacrificio principale quod offerebatur erat sanguis vt pz. j. cum dicitur. Ego dedi illum vobis vt super altare meum expietis pro animabus vestris: z sanguis pro anime piaculo fit. ob hoc in omnibus sacrificijs qualitercunq; se haberent semp proueniebant domino sanguis z adeps: carnes autem interdum totaliter proueniebant domino: interdū pars: interdum nihil vt patet ex legibus datis supra. 1. 3. et. 4. c. et. 6. c. Luz ergo isti qui immolabant extra castra vel in castris non tamen in sanctuario nō offerrent sanguinez intra sanctuarium ad faciendū ibi cerimonias consuetas in alijs sacrificijs errabāt: nec permittebat talis oblatio. (Sanguinis reus erit). i. tenebit iste homo tanquam de sanguine effuso mori deberet ita morietur: qz extra locū debitum occidit ista animalia. z vere iste tenet reus sanguinis qz sanguinem effudit: nō tamē pro illo sanguine quē effudit: sed quia in loco indebito effudit. z sic equiparantur hic occidere hominez: z immolare animal in loco indebito. nam sicut pro vno iferebatur mors: ita z pro altero. (Quasi sanguinē fuderit sic peribit de medio populi sui.) Ista est expositio superiorum cum diceretur supra q̄ taliter offerens erat reus sanguinis: exponit. i. q̄ sic peribit iste de medio populi sui tanquā si occidisset hominez. occidens autem hominem tenebat reus mortis vt habet Numeri. 19. et. 35. c. ¶Quantū ad hoc autē quod dicitur hic considerandum est q̄ aliquando accipitur peribit de populo suo per modū denunciationis nō est sensus q̄ deberent iudices occidere istum hominem pro peccato: sed q̄ deus occidat illuz. Quando autez accipitur per modum imperij: est sensus q̄ ipsi iudices debent occidere illum peccantez. sic autem patet hic. quādo autem teneatur ista cla per modū imperij z quando per modum denunciationis: patet ex adiunctis. hic enim adiunctum probat q̄ iudex debet occidere istuz taliter offerentem: qz dz hic q̄ erit reus sanguinis q̄si sanguinem fuderit sic peribit de medio populi sui. Sz ille qui fundebat sanguinem occidebatur a iudice vt habetur numeri. 19. et. 35. c. ergo iste q̄ immolabat victimas extra sanctuariuz debebat mori condēnatus a iudice. (Ideo sacerdoti offerre debent filij israel hostias suas). i. ne incidant israelite in penam effundentiuz sanguinem debent offerre sacerdotibus victimas suas z non immolent eas ipsi in agro vel in castris. in hoc innuitur. id quod supra dicebatur. s. q̄ ista lex tradit de offerentibus z immolātibus animalia: non autem de illis qui occidunt ea ad cibos suos: qz tunc non vocantur animalia illa hostie: nec ēt debent offerri sacerdoti: sed ipsi per se iugulabunt vbicunq; voluerint nulla obseruata solennitate vt habetur Deutero. 12. c. (Quas occidunt in agro.) Non est sensus q̄ israelite offerrent domino ad ostium tabernaculi animalia que offerebant in agris: qz tunc primo offerrēt ea in agris: deinde in sanctuario. z hoc nō posset esse nisi sanguis effunderetur extra castra: z deinde carnes offerrentur in sanctuario. Sed hoc stare non potest: qm̄ repugnat eis que dicta sūt. ō. repugnat ēt eis que. j. dicunt in littera. s. fundetq; sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi. tamen non poterat sanguis fundi ad ostiū tabernaculi si animal occideretur in agro. sed est sensus. (quas occidunt in agro). i. israelite offerent domino in sanctuario victimas suas quas offerre solebant in agro: vel quas als offerrēt nisi ista lex daretur. ¶Dicit lra de oblatione que fit in agro: quoniam aliqui cōsueuerant offerre in montibus z maxime inter arbores densas: z ibi ponebant altaria. De hoc habetur in. 3. et. 4. Regum s. quomodo tempore regum israelita rum offerebatur thymiama in excelsis. i. in verticibus montiū. hoc aūt fiebat qz volebāt illi imolātes facere sacrificia z ritus suos in locis segregatis a communicatione dominuz: huiusmodi autem erant capita montium. Etiaz alij faciebant altaria z sacrificia inter arbores densas vt ibi occultaretur turpido offerentium: quia erant turpes valde cerimonie in eis fm q̄ erat in sacrificijs priapi. Nam cuz facta fuissent sacrificia: sacerdos incitabat omnes ad actum libidinis ostendens eis virilia. z tūc tam viri q̄ femine concurrebant in loca secreta: z ibi fm q̄ sors cuilibet obtulisset feminam accipiebat. Ad hoc autem cō uenientia erāt loca secreta: fm q̄ ē inter arbores densas. z propter hoc iubebat deus vt non plantaretur lucus apud altare: ne ibi inclinarentur homines ad turpitudines dei priapi vt habetur Deutero. 7. capitulo. Cum autem contingeret non esse arbores densas inter quas huiusmodi sacrificia turpia fierēt: cō ueniebant cultores in locum subterraneum z caliginosum: z ibi colebant deum priapum. z post hoc conueniebant ad turpitudines suas. sic habetur. 3. Reguz. 15. capitulo de rege asa qui abstulit matrem suaz a sacrificijs priapi cum ipsa esset princeps sacrificantium z cōuenientium ad turpitudines: z destruxit loca illa in quibus conueniebant. cum dicitur. z abstulit effeminatos de terra: purgauitq; vniuersas sordes idolorum que fecerant patres eius: insuper z maacham matrem suam amouit ne esset princeps in sacris priapi in luco eius quē dedicrauerat: subuertitq; specum eius: z confregit simulacrū turpissimū: z cōbussit in torrēte cedron. Alij aūt offerebant victimas in agro. s. in vijs vel cōpitis. z hoc propter deos infernales z manes q̄ ibi apparent. nā horribiles visiones consueuerunt in compitis magis q̄ in alijs locis apparere z illi q̄ sacrilegi sunt z nigromātici vel qualitercunq; malefici obseruant magis loca ista q̄ alia. ¶Alij aūt offerunt sacrificia in agris. i. in locis seminatis z pratis vel arbustis. z hoc propter deos qui pertinent ad ista loca. s. propter cererem z siluanum qui pertinent ad ista loca de quibus horatius. tellurem porco siluanuz lacte piabāt. de siluano etiam qualiter sit deus agrestis z de figura eius: z de deo pastorum qui pan dr̄ ait virgilius in egloga vltima. ¶Alij autez dij sunt qui ēt ad montes z valles ptinent. s. vallenia dea ad valles: z deus iugatinus ad montes. De his augustinus de ciuitate dei latissime. lib. 6. ca. 8. bis autem gentiles sacrificia offerebant: sed quidam quibusdam alij vero alteris. nam quidam iugatinum deum montium colebant. sic existimauerunt syri fui regis benadab deum israel esse iugatinum cum pugnauerunt contra achab regez israel z devicti fuerunt ab eo in mōtibus atq; dixerunt. dij montium sunt dij eorum: ideo superauerunt nos: sed melius est vt pugnemus ctra eos in cāpestribus z obtinebimus eos. Existimabant syri q̄ dea rusina que erat dea ruris vel camporum siue dea vallenia que erat dea vallium non adiuuaret regem achab contra benadab si pugnaret in campis aut vallibus: sed deus in cōtrarium vertit. z hoc qz existimabant syri solum deum iugatinum iuuare israelitas: z non vallenia nec rusinaz. de hoc. 3. Regū. capitulo. 20. ¶Alij autem offerebant in agris. s. in campis habentibus segetes z arbores. z hoc faciebant ad deam rusinam vel ad multos alios deos. s. segetiam z naturnum atq; nodotum z geniculū omnes enim isti dij erant dij spicarum: multi quoq; alij in agris erāt dij quibus fm consuetudinem antiquam gentiles offerebant z iudei quoq; ad idem redibant. ideo de omnibus his vetuit deus cerimonias: iubens fieri debere oblationes in sanctuario

ne in

† obſuata

† erat

† Si aliquis vellet imolare extra castra aial z postea offerre carnes nō suscipiebāt.

† Notādum hic.

† Qō 2 A

Qr antiquus offerebat thymiama i vticib' mōtium.

Qr sacrificabant in vijs z cōpitis. Quare i agris Siluanus agrestis deest. Dij gentilium. B

Qr offerebāt in cāpis.

ne in agris daret idolatrandi facultas. (Ut sanctificent dño ante ostium tabernaculi testimonij.) i. iste oblationes debebãt offerri dño ad ostiũ tabernaculi vt ex hoc scificarent. i. scẽ effi cerent vel deo applicarent. quod contingebat cũ immolarent in sanctuarioc. um vero alibi nõ sanctificabant. Sz magis ma ledicte erant tales oblationes. (Ante ostium tabernaculi te stimonij.) hic assignat locus in quo fieri deberent oblatiões Locus oblationum. et iste est vnicus. s. Ante ostium tabernaculi. alibi. n. nemini li cebat offerre. et dr. ante ostium tabernaculi qz tabernaculum erat locus in quo deus specialiter eẽ dicebat et erat intra atrium. ad ostiũ aũt illi⁹ tabernaculi in latere meridiano erat positũ altare holocaustorum: et in illo cremabant omnia sacificia que corã dño cremãda erant. et cũ aliqd aial offerret presentabat ad ostiũ tabernaculi. et hoc pp duo. primo qz ibi erat deus corã quo offerebant ista. Scda cã erat qz sanguis istorum aialiũ que offerebant fundendus erat ad basim altaris: et interdũ sup cornu eius fm legẽ diuersorũ sacrificiorum. Sz nõ fiebat hoc ita cõuenienter sicut si apud altare ista aialia imolarent. s. in altari i aquilonari parte inter altare et ostiũ tabernaculi. tunc sanguis fusus in crateras accipiebat ad fundendum in altari fm leges supradictas. (Et immolent eas hostias pacificas.) i. ista animalia q̃ isti offerebant in agris offerant in sanctuario et hoc faciẽdo eas hostias pacificas. Sunt enim hostie pacifice vnum de tribus generibus sacrificiorum de qbus distinximus in multis locis. cerimonie aũt pacificarum hostiarũ habentur supra ca. 3. et ibi diximus de causis earum.

¶ Quare iubet deus hic q isti qui suas hostias imolaturi erãt in agro immolent eas ad ostium tabernaculi et faciant eas pacificas. Questio. 3.

.i.ego eiſciam iſtas gentes vobis videntibus.vel ante conſpectum veſtrum.i.q̄ vobis intrantibus ipſe fugient atq̄ terga vertent non potentes ferre facies veſtras.(Et quibus polluta eſt terra).i.vitia iſtorum tam horrenda erant:vt nō ſolum ipſi polluerētur:ſed etiam terra habitationis ſue.ita vt ipſa p̄ bis ad oſim clamatura videretur.ſicut dicitur de occiſione abel:de qua dicit deus ad cain. Sanguis fratriſ tui clamat ad me de terra. Dicitur autem terra pollui per peccata cum ipſa ſcelera magna ſunt:ita q̄ terra illa iam ferre non poteſt.ſic p̄z de occiſione innocentis:per quā terra pollui dicitur:vt habetur Numeri.35.c.z Deutero.19.ca.(Cuius ego ſcelera viſitabo).i. ego puniā peccata illius:nō quidem q̄ terra iſta aliqua peccata habeat:ſed habitatores.ꝺ̄ tñ terra viſitari quando ipſi viſitātur.ſic autem factum eſt vt.j.p̄z.accipitur hic viſitatio p̄o punitione.ſic p̄z.p̄s.88.Si dereliquerint filij eius legē meam:z in iudicijs meis non ambulauerint: viſitabo in virga ſcelera eorum:z in plagis iniquitatē eorū.viſitare igitur punire eſt. dicit autem deus ſe viſitaturū ſcelera chananeoꝝ:q̄z nondum viſitabat puniēs eos quādo erant iudei in deſerto.ſed tunc incepit viſitare cum iudei acceſſerunt ad terram p̄miſſionis.cauſa autem huius erat:quia nondū cōſumata fuerant omnia mala p̄pter que chananei occidi z expelli de terra debebant. ſic habet Geñ.15.c.cum dicebat dñs ad abzaam. necdum enim cōplete ſunt iniquitates amorreoꝝ uſq̄ ad preſens tēpus.vocant autē ibi amorrei omnes ſeptem populi chananeoꝝ.(Cuſtodite legitima mea atq̄ iudicia.)ſupra vetabantur mala hic iubent bona.ſ.q̄ iſraelite cuſtodiant legem dei:z ponuntur hic duo.ſ. legitima z iudicia.dicūtur autem legitima.i.leges vel cerimonialia p̄cepta.vocantur aūt iudicia p̄cepta iudicialia que i alterutrum ordinent.nā cerimonialia ad deum pertinent. z in his duobus ponitur ſufficienter totius populi iſraelitici directio.De moralibus autem p̄ceptis qualia ſunt p̄cepta decalogi nihil hic dicitur.quod poteſt fieri ex duob⁹. Primo quia deus ſolum loquitur hic de illis p̄ceptiſ per que ſpecialiter dirigitur iſraelitici populi ſtatus.huiuſmodi aūt eſt in p̄ceptis iudicialibus atq̄ cerimonialibus:nā p̄cepta moralia ad omnes nationes pertinent cum ſint ſm̄ naturā. Alio mō reſponderi poteſt q̄ in bis duobus que hic ponantur expримuntur ſufficienter p̄cepta decalogi.nam omnia p̄cepta aut ordinant in deum aut in proximum. p̄ter hec enim nihil vlterius eſt in p̄ceptis decalogi aut quibuſcūq̄ alijs. Dic tamen p̄cepta iudicialia intelligunt omnia que in proximum ordinant. per legitima autem intelliguntur ea que ordinant in deum. ſufficienter igit in bis omnia p̄cepta quecūq̄ ſunt expримūtur.(Et non faciatis ex omnibus abominationibus iſtis).i.nihil faciatis de bis que ſupra poſita ſunt que vocantur abominationes:q̄q̄ ſpecialius quedam illorum hoc nomen habent ſicut peccatū in coitu maſculorum z pecorum.(Tam indigena q̄ colonus).i.ad hanc legem obſeruandam tenebitur indigena z colonus.Dicitur indigena ille qui eſt naturalis de aliqua terra reſpectu terre illius.colon⁹ autem a colendo dicitur.z quia colere multipliciter ſumitur colonus etiam poteſt accipi multipliciter. Uno modo dicitur colere.i.laborare z pertinet ad agros.z hoc modo vocantur coloni illi qui agros colunt:z ſic volunt aliqui q̄ accipiatur hic.ſ.q̄ tam ille qui erat iudeus q̄ illi de gentilibus q̄ veniebāt cū eo ad colēdū ſiue laborādū i agris deberēt obſeruare hāc legē.ſed hoc nō ꝺuenit:q̄z aut iſte colon⁹ de gētilibus erat ꝺuerſus ad iudaiſmū aut non.Si autem eſſet conuerſus tenebatur ad omnes cerimonias z p̄cepta legis ad que tenebā tur alij iudei ex genere.Si aūt non eſſent cōuerſi ad iudaiſmū tenebant ad nihil eorū ad que tenebantur iudei:immo nō permittebatur eis q̄ facerent ea que iudei faciebant:quia non poterāt celebrare phaſe vt habetur Exo.12.c.Si tamen accipere tur colonus p̄o quocūq̄ agricola:neceſſarium eſſet vt ipſi gentiles nō cōuerſi ad iudaiſmū habitantes tñ in terra p̄miſſionis tenerentur ad hec leges.q̄ falſum eſt.Alio modo accipitur colonus a colēdo q̄ eſt honorare.z ſic dicuntur eſſe coloni illi qui deum amant vel colunt.z colonia vocatur ille cultus vel cerimonialis obſeruatio quā deo exhibent huiuſmodi obſeruatores.de hoc habetur Exo.12.c.cum dicitur. ſiquis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam.i. voluerit tranſire ad ritum colendi deum quem vos obſeruatis.z iſto modo colonus dicitur ille qui conuertitur ex aliqua ſecta ad alteram vt ibi colat deum.ſic accipitur in eodem capitulo. eadem lex erit indigene z colono.i.ei qui naturalis eſt:z ei qui conuerſus eſt ad coloniam veſtram.Hoc modo p̄prie accipitur hic q̄ tam indigena.i.qui natus fuerat in iudaiſmo z de genere iacob:q̄q̄ colonus.i.qui cōuerſus eſt de gentilibus ad colendum deū obſeruabit iſtas leges.Alio modo poteſt accipi colonus p̄o eo qui de vno loco tranſit ad alterū vt ibi habitet.nam colere etiam habitare eſt.z hoc modo romani dicebantur facere quaſdam ciuitates colonias quādo eas bello capientes tranſſerebant habitatores earū ad alia loca z alios ad habitādū in iſtis ciuitatibus ponebāt.De coloniſs autem z p̄ouincialibus z tributariſs ciuitatibus romanorum Exo.12.c.dictū eſt.Sic autem apud iudeos:ſi aliquis de gentilibus veniret in terram iudeorū vt ibi habitaret colonus eſſe dicebatur: z huic etiam iubetur huius legis obſeruatio.non eſt autem intelligendum hoc ſimpliciter:ſed ſolum quando gentiles habitantes inter iudeos volebant tranſire in eorum coloniam i.in cerimonias cultus eorum:alioquin non obligabantur ad aliquam cerimoniam legis vt p̄z Exo.12.c.de illis peregrinis qui ad circūciſionem accedere nolebant:quoniam non permittebatur eis comedere de phaſe:nec facere alias cerimonias legis.(Qui peregrinatur apud vos).i.qui viuit inter vos peregre.ſ.non quaſi naturalis.erat autem iſta peregrinatio quantuz ad duo.ſ.quātum ad terram z quantū ad cultū viuendi.nā iſti gētiles veniebant de terra ſua ad habitandum in terra iudeorum.tranſibāt quoq̄ de ritibus ſuis colendi deum ad ritus colendi iudeorum. in nullo ergo volebat eis manere q̄ innatum erat:ſed quantū ad vtrūq̄ peregrinabātur.(Omnes enim execrationes iſtas). Dic admonet timore pene ne iudei faciant iſta mala que ſupra dicta ſunt:q̄z chananei illa fecerunt z de terris ſuis expulſi ſūt. ita autē in iudeis eueniret ſi idez facerent.vocantur autem execrationes ea que hic dicta ſunt:qñ horribilia ſunt plurima illorum.(Fecerunt accole terre).i.habitatores terre huius chanaā fecerunt omnia hec turpia que ſupra enarrata ſunt. vocantur autem accole habitatores terre.z dicuntur ab accolendo.i. habitando:z ſic ſignificat idem aliquo modo q̄ colonus:q̄q̄ accōla ꝺ̄ eſſe qui habitat in aliqua terra in qua ortus eſt.colonus vero eſt qui ad habitandum ad aliquam terram extra locum ſue originis tēdit.(Qui fuerit ante vos).i.habitatores terre qui fuerunt in terra chanaā anteq̄ vos eſſetis ibi.z loquit hic deus de hoc tāquā de re preterita cum tamē adhuc eſſet futura:q̄z nondum fuerāt chananei expulſi de terra ſua:nec iſraelite fuerant introducti in illam:ſed poſtea hec omnia completa ſunt.q̄z tamen chananei preceſſerunt indeos habitando in terra p̄miſſionis dicitur de eis per modum preteriti q̄ iam fuiſſent in terra illa.(Et polluerunt eam.)Hoc fuit per enormitatē vitiorum ſuorum in quibus terra pollui dicitur.z aliquādo clamare.ſic dicit ſupra.(Cauete ergo ne z vos ſimiliter euomat.) ꝺ̄ terra euomuiſſe chananeos eo q̄ nō tenuit eos in ſe:ſed dño faciente excluſi ſunt.de iudeis autem ſimiliter futurum erat ſi ſimilia facerent vt gentiles fecerant.ſic enim factum eſt:quoniam terra illa euomit eos cum propter facinora eorum vndeciz tribus vel decem:vt alio modo computatur portate ſunt in terram medorum nunq̄ reuerſure in terram ſuam vt habetur li. 4.Regū.17.ca.ſic quoq̄ de tribu iuda z beniamin factū eſt.nā euomuit eos terra:z captiui ducti ſunt in babylonez vbi ſeptuaginta annis detenti ſunt vt habetur.2.Paralipo.vltimo.c.Iterum autem euomuit eos terra illa cum a romanis ſuperati occiſi z venditi ſunt per omnes fere gentium nationes nunq̄ reuerſuri in terram ſuam.(Cum paria feceritis).ſi enim iudei ſimilia facerent vt gētiles ſimilem paterentur penam:immo maiorem:quia magis obligati erant deo propter ſpecialia beneficia:z quia ab eo legem ſuſceperant:q̄ ad nullam aliam gentez factū fuerat.ſic habetur.p̄s.147.cum dicitur.nō fecit taliter omni nationi:z iudicia ſua non manifeſtauit eis.(Sicut euomuit gentem que fuit ante vos).ſ.gentem chananeorum que prius habitauit in terra illa q̄ iudei.loquitur autem hic deus de preterito:z tñ quando ipſe iſta loquebatur nondum terra chanaā in ea habitantes euomuerat cum poſtea factum fit.ſed deus refert iſta ad tempus quo iudei in terra chanaā eſſent cum deberent iſtas obſeruare leges.(Omnis anima que fecerit de abominationibus bis quippiam).i.quicunq̄ homo fecerit aliquid de ſuperioribus ſceleribus:quoniaz omnia ſupra enarrata abominationes vel ſcelera dici poſſunt.q̄q̄ de quibuſdam hoc magis p̄prie dicitur q̄q̄ de alijs: ſicut ſupra declaratum eſt.(Peribit de populi ſui medio.)Iſtud poteſt accipi hic tāq̄ p̄ceptum z tāq̄ admonitio.eſt autem p̄ceptum: quia deus iubet q̄ omnis

D Terrā polluit p̄ peccata quid ſit.

E Legitima ac iudicia quid.

F Colonus multipliciter dicitur. Prio mō

Scō mō

Quos vocat hic lex colonos.

Tertio modo.

Colonia qd erat apud romanos

Ad duo eſt peregrinatio

Quot vices terra chanaā euomuit iudeos

G

q̄ omnis qui fecerit hec que habentur hic occidatur a iudicibus populi ficut p3.j.20.c. Potest autem interdum esse quedā denunciationes futurorum.s.cum ista peccata non essent cognita apud iudices punire potentes: vel ipsi punire negligerent: deus inferebat penam vt p3.j.20.c.cum dicitur.q̄ si negligens populus terre: t quasi pendēs imperium meum dimiserit hominem qui dedit de semine suo moloch:nec voluerit eum occidere:ponam faciem meam super hominem illum: t cognationem eius succidamq; ipsum de medio populi sui. (Custodite mandata mea.) Repetitio est superiorū.nam sepe hoc mandatum est.fit tamen ad magis imprimendum: potissime cum multum homines inclinentur ad faciendū ea que hic vetātur.ideo debent multotiens admoneri.hic autem accipiuntur mandata dei vniuersaliter non distinguendo in legitima t iudicia: sed omnia genera preceptorum tam moralium q̄ cerimonialiū q̄ iudicialium intelliguntur hic.(Nolite facere que fecerunt hi q̄ fuerunt ante vos).s.chananei qui primo habitauerunt in terra ista.nam ipsi omnes abominationes fecerunt que enarrate sūt vt patet supra.(Et ne polluamini in eis).i.non faciatis ista peccata vt per hoc sequatur in vobis macula. dicitur enim precipue in his peccatis homo maculari:q; ista sunt peccata fm carnem:t in hoc proprie homo maculatur.sic enim ait apostolus prima ad Corinthios.6.c.omne peccatum q̄ homo fecerit extra ipsum est:qui vero fornicatur in carnem suam peccat.i.carnem suā polluit quā nō contingit pollui in aliis peccatis.(Ego dominus deus vester).i.debetis ista facere: quia ego qui hec iubeo sum dominus de⁹ vester.iō habeo auctoritatē mādādi.

¶De quadam moralitate. 12. graduū eorum qui reuelant peccata proximorū:quod. 12. modis contingit sicut t reuelatio turpitudinis carnalis. Questio. 9.

Circa ea que dicta sunt(q̄ q̄ preter morē nostrum fit meta phoris insistere)breuē moralitatez adiungemus. Dictum enim fuit in hoc capitulo de non reuelanda turpitudine.t fuerunt hic expressi duodecim modi. Per reuelationem turpitudinis significatur detectio criminis in quo ē vera turpitudo nra:t nos proprie turpes efficimur.ª t sicut duodecim modis contingit turpitudinem reuelari vt in littera p3. ita duodecim modis aliorum inhoneste vitia reuelamus.ᵇ ¶Primus modus est in detractoribus. dicūtur autem detractores qui aliorū famam non quidez corrumpunt sed minuūt. vt cum de aliquo apud multos bona opinio est:si aliquis non negans istam opinionem dicat verum esse quod dicitur: sed non tanta esse quanta referuntur est detractor.i.diminutor: quia partem bone fame tollit.t dicitur detractor a detrahendo.i. tollendo vel separando.s.partem de aliqua re. ¶In secundo gradu detectionis criminis est malignus qui tacendo innuit vt peius suspicemur: velut si quis opinionem bonam que de aliquo habetur sciat aut credat esse veram:t cum interrogetur de illa nihil aut bonum aut malū exprimat dicens se de hoc nihil velle dicere.per hanc taciturnitatē de illo ō quo queritur aduersus presumi facit. Idem est si iste sciat alterū mala fecisse:t per hunc modum subticendi cauteloſe aliis detegere velit. ¶In tertio gradu reuelationis criminis est reprehensum qui factum mordaciter reprehēdit atq; nimis exaggerat sermonibus passionalib⁹ atq; rhetoricis vt crimen grauius credatur q̄ sit:t iste modus ad rhetoricam persuasionem pertinet. de quo Tullius in primo libro noue rhetorice. ¶In quarto gradu horum susurro ponitur qui malum alterius alteri in aure profert: vt sic veritatem expressisse atq; ex charitate moueri credatur. vnde per hoc maiorem habet nocendi promptitudinem. ¶In quinto loco ponitur bilinguis qui sic varia profert quasi duas linguas haberet. Iste enim aliter de absenti aliter de presenti loquitur:t aliud vni:alterum vero alij narrat.vnde per hoc plura veris dicere cum necesse est. ¶In sexto gradu ponitur adulator qui aliquando vitia detegit t cōmendat:vt magis eis placeat quoz laudauerit vitia. ¶In septimo gradu ponitur emulator qui coram malo alterius bonum suum ostentat: vt sic alius vilior habeatur.nam cum bona t mala mutua opponuntur fronte necessarium est bona meliora t mala peiora videri.vnde modus iste ad vituperandum cautus valde est. ¶In octauo gradu ponitur qui de aliquibus mala inter alios seminat: vt sic saltem famam adipiscatur.nam cum aliorum vitia deshonestauerit innuit se bonorum zelatorem atq; malorum insectatorem fore:que perfecte bonuz efficiunt. ¶In nono gradu maledictus ponitur qui aliorum maledicta publice narrat vt ex his scandalum generetur. sic enim vitia multum exaggerantur cum ex vno interdum plurima consequantur vitia t vitiorum cause. ¶In decimo gradu ponitur simulator qui aliorum mala exaggerat vt solus bonus videatur.horum narratu intrinsice se collaudans.nam cum ista mordaciter increpuerit innuit se horum nihil facere sed vehementer habere exola. ¶In vndecimo loco diffamator ponitur qui ex apparentibus malis bona dicta t facta obnubilat vt innocens condēnetur.sic enim arguitur ex his que apparent vt rerum veritas destruatur. ¶In duodecimo gradu ponitur mendaciosus qui falsa de alijs profert vt in hoc delectetur.hoc enim valde malum est cum ex habitu perfecto fiat siue aliquo passionis instinctu:quoniam signum est nature deprauate t conuerse sam in vitia.apparet autem manifeste aliquem mendaciosum esse cum delectabiliter eū mentiri de aliorum factis videamus.nam signum generati habitus est delectationem fieri in opere fm Aristotelem ethicorum libro.2. Si autem aliquis odio aut alia quacunq; passione permotus de alio falsa vitia referat q̄ q̄ mentiatur mendaciosus tamen non est:quoniam non agit hoc ex habitu sed fm quandam impellentem passionem. Si tamen aliquis adhuc in mentiendo delectetur:aliorum tamen vitia nulla referat mendacio sus quidem erit:sed ad detectores criminū nullatenus pertinet.

ª Duodecim modis aliorū inhoneste vitia reuelamus.
ᵇ Primus modus.
Secūs modus
Tertius modus
Quartus modus
Quintus modus
Sextus modus
Septimus modus
Octauus modus
Nonus modus
Decimus modus
Undecimus modus
Duodecimus modus

¶Capitulum.xix.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad omnez cetuz filiorum israel:t dices ad eos. Sancti estote:q; ego sanctus sum dominus de⁹ vester. Vnusquisq; patrem suum t matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego dominus deus vester. Nolite conuerti ad idola:nec deos conflatiles facietis vobis. Ego dominus deus vester. Si immolaueritis hostiam pacificorum domio vt sit placabilis:eo die quo fuerit immolata comedetis eam: t die altero. Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium: igne comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea prophanus erit: t impietatis reus:portabitq; iniquitatem suā:quia sanctū domini polluit t peribit anima illius de populo suo. Cūq; messueris segetes terre tue: non tondebis vsq; ad solum superficiem terre:nec remanentes spicas colliges:neq; in vinea tua racemos t grana decidentia congregabis:sed pauperibus t peregrinis carpenda dimittes. Ego dominus de⁹ vester. Nō facietis furtum:non mentiemini:nec decipiet vnusquisq; proximum suum. Non periurabis in nomine meo:nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo nec vi opprimes eum. Nō morabitur opus mercēnarij tui apud te vsq; mane. Non maledices surdo:nec coram ceco pones offendiculum:sed timebis dominum deum tuum:quia ego sum dominus. Non facies quod iniquū ē:nec iniuste iudicabis. Nō consideres personā pauperis: nec honores vultum potentis. Juste iudica proximo tuo. Non eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tu

supra.11.q.3. dist.c. tenere. dist.1.c. oportet. dist.2.c. posuisti. t c.plurimos 1.Pe.1.c.

23.q.4.c. vidicta i fine.ibi.n.ex.j.23.b De pietate in panes.

Mat.5.c. 22.q.4.ca. actione ibi inramētū t c.neče.2.q. j.c.hēmus.

infra.c.27.t zach.8. deute.24.c.

De pe.di.4 ca.ſi ex bono. ibi acceptio personarum.

um in corde tuo: sed publice argue eum: ne habeas super illo peccatū. Non queras vltionē: nec memor eris iniurie ciuium tuorū. Diliges amicum tuū sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite.

Connexio capituli

Locutus est. In superioribus ordinata fuit potētia cōcupiscibilis ad actū delectationis restringēdo cōditiones ⁊ psonas legitimas: hic p̄sequēter p̄ncipaliter ordinat vim rōnalē quātū ad quasdā cerimōias. Quāḡ si magis cōprehēdere volumus totius capituli sentētiā. dicēduz ē q̄ in supioribus ponebant p̄cepta ordinativa vite humane in quātū est p̄ncipiū generationis. hic aūt subdūt p̄cepta regulativa bois inquātū ipse est p̄ncipiū sue opationis. Et diuidit i quattuor ptes: qrū prio ordinat affectus rōnalis. Scōo motus vegetabilis. Tertio actus sensualis. Quarto quict⁹ vel cōicatio ciuilis. Scōa ibi. (Iuneta tua.) Tertia ibi. (Nō auguriabimini.) Quarta ibi. (Coram capite cano.) ¶ Circa p̄mū p̄sidēdū ē q̄ in nobis affect⁹ rōnalis dr esse. nō qdē volūtas regulata rōne: sed qōcūq; desideriū quo mouemur in aliqd in qō ferri nō possunt nisi ea q̄ rōnē ⁊ rōnis vsum bñt. ⁊ hoc mō dr esse affect⁹ rōnalis quedā vis fm quā ferimur in aliqua i que bestie nullo mō ferri p̄nt. sed boibus ppria sunt: sicut velle bonozari: velle multa possidere: atq; p̄sidere alijs: ⁊ iurisditionem bēre: ⁊ laudari ab oib⁹. sic. n. de multis alijs. hec. n. a nullo alio rum bruto⁹ appetunt: qrū nullū eoz ad hec intelligēda sufficit. Hec aūt vis rōnalis aliqñ ordinata est: aliqñ deordinata: qrū ptingit nos conuenīēter aut diuina: aut possessiones: aut bonores expetere. interdū vero inconuenīēter. regulat ergo hic iste affect⁹ rōnalis. tūc. n. bñ fr būe regulabimur cū ad sup̄iores habuerimus reuerētiā ⁊ ad pauperes misericordiā: ⁊ ad oēs innocētiā. ⁊ fm hoc diuidit in tres ptes. Scōa ibi. (Cū messueris.) Tertia ibi. (Nō facietis furtū.) Circa p̄mū. (Locut⁹ ē dñs ad moysen.) De ista locutione non constat qñ facta fuerit: sicut nec de alijs. sed in hoc nō differt an fuerint imediate hec dicta post ea q̄ supra dicta sunt: vel aliquo tēpore post. cōstat nāq; q̄ ista dicta fuerint in mōte synai ⁊ in tabernaculo testimonij vt patet supra. 1. c. ⁊. 25. 27. c. Nō. n. potuit ee magnū tēpus inter ōia hec q̄ nō simul dicta fuerint: quia ab eo die quo ista inceperant dici aut incipi potuerūt. s. a p̄mo die instructionis sanctuarij vsq; ad diē quo recesserūt israelite de mōte synai trāsierunt mēsis ⁊ dimidi⁹ ⁊ paulo plus. qō p̄z: qñ tabernaculū fuit erectum prima die mēsis primi anni scōi ab exitu de egypto vt p̄z Exo. 40. c. recesserūt aūt israelite de mōte synai i eodē anno scōo: mēse scōo: die. 20. mēsis vt habet Numeri. 10. c. ⁊ sic dies q̄b⁹ stetit tabernaculū in mōte synai erectū fuerunt. 49. vel qnquagin ta ad plus. In spatio aūt bor dierū necessarium est facta fuisse ōia q̄ habētur in hoc lib. ⁊ in p̄ncipio numeror vsq; ad. c. 10. cū ibi agat de recessu israelitarū de mōte synai. (Loquere ad omnem cetum filiorum israel). idest loquere ad omnem multitudinem. nomine multitudinis comprehēduntur hic sacerdotes ⁊ leuite ⁊ totus populus israelitarū. nec fit hic aliqua distinctio vel positio spāliter ad sacerdotes sicut. j. 21. c. cuz dr. loquere ad filios aaron. ⁊ cum pertineat ista lex ad omnes israelitas nō est aliqua cā spālis in eis quare magis ptineat quibusdā q̄ alijs: ideo nulla distinctio inter eos facta est: sed dictū est q̄ loqueret⁹ moyses ad oēm cetū filior israel. i. ad oēs israelitas: quasi inter eos ōia nulla sit. ¶ Queret aūt aliqs an moyses recitauerit ista que habētur in lra oibus filijs israel. s. q̄ cōgregauerit populū ad audiēdū ista. Et videt dicendū q̄ oēs israelite cōuenerūt ad hec audiēda. cū dicat hic. loquere ad oēm cetum filior israel. Ad hoc aliqs rndebit dicēs q̄ nō legtur ex hoc q̄ moyses locutus fuerit ista olbus israelitis: sed senioribus ō populo solū. qō p̄z cū dicat quasi in medio capti. vocauit aūt moyses oēs seniores filior israel. ⁊ sic q̄q; iusuz fit: vt omni israeli dicerent illa: solū tñ dicta sunt senioribus. ¶ Respōdēdū est q̄ moyses cōgregauit oēz populū ad audiēdā ista legē: ⁊ sic videt ee de oibus alijs legibus q̄ hic habent. ratio aūt huius est quia eruditio inducēda p̄ ista legem ptinebat ad oēs israelitas. ergo oēs ipsi congregari debebāt ad audiēdū hec: potissime qz nō erat hic aliqd qō impediret oēs israelitas cōgregari. Cū autem arguebatur de eo qō habetur Exo. 12. c. q̄ ibi iussit deus vocari oēm cetum israel. ⁊ tñ moyses non conuocauit nisi seniores. ¶ Rndendū est q̄ ibi alia causa est: qrū illa cōgregatio fuit facta in egypto ibi autem nō poterāt cōuenienter oēs israelite cōgregari: qñ darent occasionem suspicandi malū egyptijs de se vt declarauimus Exo. 12. c. ideo ibi non fuit conueniens vt cōgregarentur omnes israelite: sed soli seniores qui postea ista alijs declararent. nūc autē nō erat aliquod inconueniens quia erāt in deserto vbi nullus poterat aliquod malum p̄sumere: nec sequebatur aliqua occasio mali ex eoruz cōgregatione. ⁊ sic aliquando congregati leguntur omnes israelite ad audienduz legem vt habetur Deutero. 29. Satis ergo dicenduz est q̄ hic aggregati fuerit oēs israelite. (Sācti estote). i. estote mūdificati ab omni immūdicia. dicit hoc qrū in superioribus posite fuerant multe turpitudines que erant in actu carnali illegitime babito. hic autem iubetur vt israelite caueāt ab illis immundicijs ⁊ ab omnibus alijs. nā hic sanctitas vocatur separatio ab omni cōtaminatione siue corporali siue spūali. ⁊ qz qñcūq; aliquis agit contra aliquod p̄ceptū incurrit aliquā immundiciā saltē spūalem: ideo per omne peccatū agit aliquis contra sanctitatē: ⁊ sic qñ deus vult iubere vt boies caueant ab omni turpitudine ⁊ vitio iubet eis vt sint sancti. hoc autem magis significatur in nomie greco qō hic ponitur. s. agios. i. sanctus. nā agios dicitur ab a qō est fine: ⁊ ge qō est terra: qz fine omni terrene fecis aut imundicie contagione est. (Quia ego sanctus sum). i. volēs in vobis sanctitatem. s. mundiciam: qz nullo modo diligo peccatum. sic babetur p̄s quinto cum dicitur. qz deus nolens iniquitatem tu es. vel intelligitur aliter. (Quia ego sanctus sū) .i. qz ego qui sum deus vester sum spiritus ab omni labe prorsus immunis. ita volo vos quantum possibile est humane infirmitatis nullis vitijs maculatos. Similem enim comparationem ponit christus sepe ⁊ babetur Mat. 5. c. cum dicitur. estote misericordes: sicut ⁊ pater vester celestis misericors est. ⁊ iterum in eodem. c. estote perfecti: sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est. hic tamen adhuc magis declaratur ista similitudo q̄ in verbis christi: quoniam ibi ponebatur sicut: quod aliquales similitudinem ⁊ equalitatez fm se notat. hic autem ponitur: qz: qō significat causalitatem. ⁊ est sensus q̄ nō debemus nos esse sancti sicut deus est: vel tātū sancti quantū deus est. sed debemus esse sancti: quia deus est sanctus. ⁊ sic intelligetur hoc fm gradum possibilitatis nostre. s. vt quantuz potuerimus a vitijs caueamus. (Vnusquisq; patrem vel matrem suaz timeat.) In p̄ncipio huius. c. ordinatur rationalis affectus noster ad deū ⁊ ad omnes alios maiores. ⁊ primo ponitur hic ordinatio que est ad maiores qui sunt ad parentes. ⁊ dicitur q̄ omnis homo debet timere parentes. s. patrem ⁊ matrem. sunt enim parentes maiores qui se habent ad nos in quodam gradu excellēti: ⁊ dicitur q̄ debemus hos timere. s. honorare ⁊ amare. Importat enim hic timor reuerentiam quandam ⁊ amorem ⁊ nō timorem seruilem: quoniam timor seruilis ad filios non pertinet. ⁊ hoc debitum est patribus: qñ ipsi sunt maiores. Ad hos autem reuerentia maxima esse debet. vnde ponit hic legislator simul p̄cepta pertinentia ad deum ⁊ ad parentes: quia inter deum ⁊ parentes non est aliquis gradus reuerentie vel timoris aut amoris. sed primo deo deinde parentibus tenemur. sic enim declarat Aristoteles ethicozum libro. 8. dicens q̄ nobis est amor ad deos ⁊ ad parentes tanq̄ ad bonum superexcellens. bonuz enim nobis fecerunt causse essendi existentes. vnde tenemur eis ad honores maximos quos nobis alicui tribuere possibile est. qō p̄z: qz nos tenemur tribuere alicui quātū debemus. Cū aūt nō est possibile retribuere quātū debet saltē debemus retribuere quātū possum⁹. sed parētib⁹ iste modus ē ad filios: qz filij tenēt eis q̄si ad infinitū. ergo cū nō possint reddere hoc ad qō tenēt qz semp beneficia parētū maiora remanēt q̄si filior: ad parētes tenebimur retribuere q̄tū potuerim⁹. sic. n. ait Ari. ethi. lib. 8. i fine pole amicitia regrit: qō aūt fm dignitatē nec eni ē i oib⁹ quēadmodū in honozib⁹ q̄ ad parētes ⁊ ad deos. Istud aūt p̄ceptū de timēdo parētes q̄q; a deo ponat hic. tñ nō ē p̄ceptū pure veteris testamēti ptinēs ad iudicialia vel cerimonialia. s. ē p̄ceptū pure ptinēs ad ius nāe: qñ hoc inatū ē in p̄ncipijs rōnis practice. et iter p̄cepta decalogi ponit: ⁊ est q̄rtū eoz. s. honora p̄z tuū ⁊ mr̄z. nā timere vt hic accipit ē reuereri. reuerentia autem cum amore est. sed non est timor seruilis. ideo dicendum est q̄ hic recapitulant aut explicant aliqua p̄cepta ptinētia ad ius nature sicut. j. magis apparet. (Sabbata mea custodite). Dic ponitur aliud preceptuz ordinatiuz ratio nis practice ⁊ pertinet ad affectum rationalem: quoniam seruare vel non obseruare sabbata non pertinet ad actum alicuius potentie sensitiue vel vegetatiue: cum bestie de hoc nihil iudicent: ⁊ in hoc sunt in nobis proprie precepta directiua affectus

Diuisio eiusdem.

Qō. 1. A Quō in nobis sūt q̄dā ōsideria fr vires rōnales: ⁊ quō cognoscemus q̄ sint a viribꝰ rationalibus

Locus huius locutionis dei ad moysen.

Qō. 2. A Nunquid moyses populū cōgregauerit ad audiēdum ista.

Rīsio ad quesitum

Improbatio

Docto. rīsio ad q̄sitū

Obiectio

Rīsio

Dupler lre expō.

Ordinatio rōnalis affectus nri ad deuz ⁊ ad oēs maiores

Secūdū p̄ceptum rōnalis affectus.

Qō. 3 A Qr repetant hic aliq̄ p̄cepti decalogi ⁊ nō omnia.

e nus rōnalis in quo non cōmunicamus cū bestijs. ¶Istud preceptum qō hic ponitur est vnum de preceptis mozalibus de calogi pertinentibus ad deum. ⁊ q̄q̄ de hoc iam dictum esset in Exod. tamen hic repetit ista: quoniam ipsi magis inclinabantur ad faciendū ōtra ista q̄ alia ⁊ erant ista que minus iudicabant ab eis esse mala. nam alia precepta erant ōtra que ipsi agere inclinabantur. tamen illa reputabant esse grauioza sicut occidere vel furari: aut accipere vxozem alterius. De his igitur magis repetit. de timoze. n. parentū p3. quoniam ipsi iudei erāt duri contra parentes suos non timentes nec reuerētes eis: nec in necessarijs subministrantes. qō apparet Matth. c. 7. vbi Xpristus arguebat cōtra phariseos: qz ipsi dicebant non esse necessariū vt filij parentibus subuenirent in necessarijs: sed soluz in verbis honozarent eos. vnde Xpristus dicit. bene irrituz facitis preceptum dei vt traditionē vestrā seruetis: Moyses enim dixit honoza patrem tuum ⁊ matrem tuā: vos autem dicitis si dixerit homo patri aut matri cozbaz qō est donū qōcūq; ex me tibi proderit ⁊ vltra non dimittitis eum quicq̄ facere patri suo aut matri rescindentes verbum dei per traditionem vestraz. decuit igitur vt in hoc deus eos sepe admoneret in quo duri erant.

Iudei diuersimode custodiebant sabbatum ⁊ honozabant parētes.

¶De precepto autē qō est ad custodiā sabbati rationabile fuit vt hic poneretur. quoniam iudei male custodiebant sabbatum ꝓpter auariciam suā: aut irreuerentiam dei preuaricantes sabbatum. sic p3 Exo. 16. ca. vbi deus iussit q; nemo colligeret māna in sabbato: ipsi tamē iudei colligerūt illud. eodē modo faciebant alia opera repugnātia cultui dei in sabbato. s. colligere ligna ⁊ alia opera seruilia facere sicut habetur Nume. 15. cap. de illo homine qui colligebat ligna in sabbato ⁊ lapidatus est. De custodia autem sabbati. s. a quibus abstinere debebant iudei in sabbato ⁊ quid agere poterant ⁊ quomodo xpristiani festa sua colere debeant: ⁊ de maiozi strictione obseruandozum festorum in veteri testamento q̄ in nouo dictum fuit Exod. 12. capitu. ⁊ 20. capit. Cum autem dicitur hic q; debent custodiri sabbata dei non solū intelligitur de festiuitatibus sabbatozum: sed etiā de alijs festis: quoniā alia festa iudei habebant preter sabbatum vt patet supza de expiatione. 16. capi. ⁊ habetur de festo azimozum Exod. 12. alia autem festa sunt de quibus habet. j. 23. cap. ⁊ in his aliqua erant tante obseruationis sicut sabbatum. s. dies propitiationis: quoniam ita mandat abstinendum esse simpliciter ab omni opere in illo die sicut in die sabbati vt habetur. j. 23. cap. ⁊ ideo infringentibus festum propitiationis ita infligeretur moze sicut nō obseruantibus sabbatum. de alijs aūt solēnitatibus quāquā non sint tam stricte obseruationis tamen ita videtur esse de illis sentiendum q; qui infringeret eas moreret. Nam sicut in sabbato facere qōcūq; opus siue seruile siue non seruile erat dignum morte. ita in alijs festiuitatibus facere opus aliqō seruile erat morte plectendum: ideo preceptū istud conuenienter intelligitur tam de sabbato q̄ de omnibus alijs festiuitatib⁹: precipue qz dicitur in plurali. sabbata mea custodite. (Ego dominus de⁹ vester.) Hoc potest referri ad istō preceptum de sabbato. vel ad ambo precepta simul sumpta. s. debetis obseruare sabbata mea ⁊ timere patrem ⁊ matrem: ga ego qui hec mando sum deus vester ⁊ obedire tenemini legib⁹ meis. (Nolite cōuerti ad idola.) Dic ponitur alterum preceptū mozale. s. non conuerti ad idola. ⁊ hoc est primum preceptū prime tabule. s. non habebis deos alienos coram me. ⁊ sicut illud preceptum habet duas partes. s. non habere deos alienos ⁊ nō facere sculptile nec omnem similitudinem vt habetur Exo. 20. capitu. ita hic in duas partes diuiditur. Prima est cum dicitur. (Nolite conuerti ad idola.) Quoniam hoc est habere deos alienos in conspectu veri dei. Scōa pars tangitur inquātum dicit immediate. (Nec deos conflatiles faciatis vobis.) Ista enim precepta penitus mozalia sunt pertinentia ad decalogum. ⁊ hic non ponuntur tanquam aliqua precepta iudicialia aut cerimonialia specialiter data a deo: sicut cetera que supza dantur ⁊. j. ponuntur tanq̄ recapitulatio vel repetitio aliquozum preceptorum decalogi. ⁊ causa huius repetitionis est: qz q̄q̄ ista p̄cepta obligarent naturaliter: tamē iudei multum erant inclinati ad faciendum ōtrarium ⁊ multotiens faciebant. Uñ interdum respōdebant publice se magis velle colere idola q̄ deum celi. vt habetur Iere. 44. cap. vbi cum Ieremias predicaret iudeis trāsductis in egyptum vt cessarent ab immolationibus quas faciebant dijs alienis respōderunt manifeste q; non facerent hoc: sz magis volebāt immolare regine celi. sic enim dicitur in littera. responderunt Ieremie omnes viri sciētes q; sacrificarēt ꝓres eozū dijs alienis ⁊ vniuerse mulieres quarum stabat multitudo grandis ⁊ omnis popul⁹ habitantium in terra egypti. sermonem quē locutus es ad nos in nomine domini non audiem⁹ ex te: sed facientes faciemus omne verbū qō egredietur de ore nostro vt sacrificemus regine celi: ⁊ libemus ei libamina sicut fecimus nos ⁊ patres nostri ⁊ p̄rincipes nostri ⁊ reges nostri in vrbibus iuda ⁊ plateis hierusalem ⁊ saturati sumus panibus ⁊ bene nobis erat malumq; non vidimus. ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare regine celi ⁊ libare ei libamina indigemus omnibus: ⁊ gladio ⁊ fame consumpti sumus. Aliquādo autem ipsi iudei tantum colebāt deos alienos q; persequebant cultores veri dei ad mortem sicut patet Judicū 6. c. de illis q; voluerunt occidere gedeonē quia destruxit altare baal idoli illius loci. ista tamē cultus impensio erat directissime contra deū. nam alia peccata que erant ōtra alia precepta non ita militabāt directe contra deum sicut ista. nam in alijs solum infert deo offensio a non obseruantibus inquātum ipse est legislator. ⁊ q; contēnit legem: contēnit legis datorem. tamen non faciebant ei aliquam offensionem inquātum erat quasi specialis persona. nam nihil videtur deo derogari q; aliquis fornicetur vel furetur. sed magis ista pertinent ad offensionem proximozū. ad deum autē directe pertinet si aliquis colat deum vel subtrahat ei debitum cultum: quoniam ꝓter hoc qō est legislator agit ad eius offensionem specialiter transgressio istius precepti inquātum ipse est tā quā singularis persona. ⁊ quoniaz hoc erat directissime contra deum magis cauebat q̄ omnia alia ⁊ maiores infligebat penas transgressozibus. (Nec deos conflatiles faciatis vobis.) Istud etiā ad primum preceptuz decalogi pertinet. sed sicut pronuntur ibi due particule ita hic. ⁊ vetuit deus fieri deos conflatiles: non q; licitū esset facere aliquos deos non conflatiles: qm̄ omnes illiciti erant vt patet Exod. 20. capi. cum dicitur. nec omnem similitudinem que est in celo desuper ⁊ que in terra deorsum. nec eoruz que sunt in aquis sub terra. nec adorabis nec coles illa. sic habetur Deutero. 4. cap. cum dicitur. non vidistis aliquā similitudinē in die qua locutus est dominus vobis in oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel femine: similitudines oiuz iumentozum que sunt super terram vel auium sub celo volantium: aut reptilium que mouentur in terra: siue piscium qui morantur sub terra in aquis. non solum igitur vetuit ōs fieri deos conflatiles facti per conflationez ignis. s. quando aliqō metallū in forma fusoria liquefit ⁊ ibi recipit figuram sicut fit in campanis. ⁊ hoc pertinet ad deos metallinos: quia metalla cōflantur.

D Dij sculptiles qd.

Dij sculptiles vocantur illi qui per sculpturam. i. polituram vel cauaturam fiunt. sicut dij facti ex lapidibus vel ex lignis. ⁊ non solū adhuc dij sculptiles prohibentur: sed etiam deoruz imagines picte ⁊ superficiales. hic tamen dicitur de dijs conflatilibus: ga iudei specialiter mouerentur ad fabricandum tales deos sibi. nā in illos mouebant⁹: quia habebant aliquid maiozis pulchritudinis vt possent demonstrare se esse deos. sic enim erat in dijs conflatilibus factis ex auro ⁊ argento: quoniā pulchriozes erāt ⁊ magis mouerentur iudei visis illis. ⁊ ob hoc quāquā fabricare quomodocūq; aliquē deum fit peccatum. tamen deus vetuit fabricandos deos aureos ⁊ argenteos vt habetur Exod. 20. capitu. cum dicitur. non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. sic autem intendebat hic deus vetare fieri idola de auro vel argento cum dixit non esse faciendos cōflatiles deos. per hoc tamen iudei intelligebant omnez modum fabricandi idolum esse sibi vetitum. (Ego dominus deus vester). i. non licet q; colatis alium deū vel fabricetis eum vobis: quia ego sum deus vester. quem colere debetis. vel aliter non facietis vobis deos conflatiles: qz ego qui iubeo illos non fieri sum dñs deus vester. (Si immolaueritis hostiam pacificozum.) Dic ponitur incidentaliter vnum preceptum de modo immolationis. non erat enim hic intentio legislatoris dei tradere regulam de sacrificijs cum de eis determinatum esset sufficienter a principio libri vsq; ad octauum capitulum. Sed hic ponitur quoddam documentum quantum ad sacrificia cōmunia ex parte ipsorum popularium offerentium. ⁊ non agitur hic de holocausto vel sacrificio pro peccato: sed solū de hostia pacifica.

Lā repetitiō is q rūdā preceptoz decalogi.

¶Aliqui enim dicunt q; hoc factum est quia istud sacrificium est communius. ideo deus voluit dare magis regulam de illo q̄ de alijs. ¶Sed hoc non conuenit: quoniam si propter hoc deus fecisset dedisset regulam de toto ipso sacrificio pacifico. sed non dedit nisi quantum ad ritum come-

L Aliq iudei publice dicebāt se potius velle colere sidera celi q̄ deū.

† Preceptuz de mō immolatiōis.

Qō. 4. A Qr ōs magis dixit h de sacrificio pacifico q̄ de alijs.

b Improbatio.

doc. opin.

dendarum carnium scilicet quando licitum foret comedi carnes sacrificij pacifici ⁊ quando non. ¶Sed dicendum est q̄ deus dedit istud documentum circa sacrificia pacifica: quia intendebat hic erudire populares. ⁊ quoniam de nullo sacrificio poterat prouenire error popularibus sicut de pacificis hostijs locutus fuit ꝺ̄ de hostia pacifica. patet hoc: quia error popularium in sacrificio esse poterat quātuz ad id qō proueniebat popularibus de sacrificio: ſz in nullo sacrificio proueniebat aliquid nisi in sacrificijs pacificis. nam de holocaustis nihil habebant offerentes: sed totum cremabatur domino preter pellem que proueniebat sacerdoti immolanti vt habetur supra. 6. c. In sacrificio etiā pro peccato nihil proueniebat offerentibus: sed sacerdotes illud habebant preter adipez qui cōburebatur coraz domino nisi esset sacrificium qō deberet cremari extra castra vt patet supra. 6. c. In hostia autem pacifica multum proueniebat offerentibus. ſ. omnes carnes ipsius hostie preter adipem q̄ dabatur domino ⁊ pectusculuz ⁊ armū dextrum qui proueniebant sacerdotibus si offerrent vt habetur supra. 7. cap. In hoc ergo poterant errare populares. moduz autem errozum esset: qz non obseruarent tempus debitum ad esum carnium oblataruz forte seruantes eas ad tertium vel quartum diez comedendas.

Magiz poterāt ppłares errare i sacrificio pacifico q̄z in alijs.

† B Hostia pacifica duplex. Prio mō.

hic autem iubetur q̄ nūq̄z excedant scōm diē. (Si immolaueritis hostiam pacificozum domino.) Non erat necessitatis offerre: sed cū aliquiz obtulisset cogebatur obseruare istas cerimonias que ĩ. habent. (Ut sit placabilis). ideſt si offertis deo victimam pacificam vt placabilis vobis sit. ſ. faciendo qō vos petitis. ¶Pro quo sciendum est q̄ hostia pacifica offertur pro pace ſm significationē nominis sui. ⁊ hoc erat dupliciter. ſ. pro pace habita vel habenda. pro pace habita erat in gratiarum actiones. ſ. q̄ aliquis offerret deo hostiam pacificam: quia deus placatus est sibi faciendo qō ipse voluit. ⁊ ista non dicitur esse vt deus placabilis sit: sed qz deus placatus est. ⁊ in hac non tenebātur obseruationes que iubentur hic. nā offerens tenebatur eadē die qua obtulisset comedere carnes hostie vt patet supra. 7. ca. cum dicitur. si pro gratiarū actione fuerit oblatio. ⁊ postea segtur. cuius carnes eadem comedentur die nec remanebit ex eis quicq̄ vsq̄ mane.

Scōo mō.

¶Aliquādo autem fiebat oblatio pacifica pro pace habenda. ſ. q̄ aliquis volebat petere aliquid a deo ad qō volebat eum sibi habere pacificum. offerebat igitur ad hoc hostias pacificas. Iste autem dicuntur offerri vt placabilis fit deus. i. vt placetur ad faciendum id pro quo rogatur: ⁊ in isto casu tenetur obseruantia laxioz. ſ. q̄ offerens posset comedere carnes illius hostie in scōo die post oblationem sicut hic dicitur. ⁊ idem habetur supra. 7. cap. cum dicitur. si voto vel sponte q̄ſq̄ obtulerit hostiam eadem similiter edetur die. sed siquid in crastinū remanserit vesci licitū est. quicquid autē tertius inuenerit dies ignis assumet. (Eo die quo fuerit immolata comedetis eaz.) Hoc refertur ad populares qui comedebant partes hostie prouenientis sibi in die quo immolabant. De sacerdotibus ēt idez dicendum est quātū ad partem que sibi proueniebat. ſ. q̄ comederent eam in eadem die vel possent in sequenti comedere sicut offerentes. fit tamen hic mentio solum de offerentibus: quia ad instruendum eos data fuerit ista lex. Sacerdotes autē satis fuerant instructi in sacrificijs quantum ad ritus suos: ideo nihil repetitur hic de pertinentibus ad illos. (Et die altero). i. licitum erat comedi carnes huius hostie pacifice in die qua immolabat: ⁊ in die sequēti. ⁊ quantū ad hoc erat laxioz obseruantia in hac victima pacifica que erat ad gratiarum actiones iam deo placato. Causa autem diuersitatis posita fuit supra. 7. c. (Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium igne comburetis.) Offerentes sacrificia pacifica comedebant partes illozum sibi prouenientes: sed non ipsi soli: quoniam poterat comedere cum eis tota familia sua. ſ. filij vxores: serui ⁊ ancille. sic patet Deutero. 12. et. 16. capi. Si autem isti comedere poterant partes hostiarum pacificarum prouenientes eis in die primo ⁊ scōo addentes secum si vellent leuitas ⁊ pauperes ⁊ aduenas vt patet. ō. in duobus capitulis allegatis. comedebant. Si autem nec sic omnes carnes pacifice hostie comeste fuissent in scōa die: vtpote quia multa sacrificia facta fuerant: vel quia familia comedens erat pauca cremabantur in die tertio nec quisquā de eis comedebat. ¶Pro quo sciendum est q̄ cuz quis offerret hostias pacificas non poterat ptes sibi prouenientes dare cuicūq̄ vellet. ſ. vendendo sicut venderentur alie carnes. qz iam iste sacre erāt ⁊ vendi non poterant. Nam si vendi possent non obligaretur offerens cremare remanentes carnes in die tertio: qz ante hoc venderet eas. Itē nō poterat eas dare cuicūq̄ vellet: ita q̄ ipse nihil comederet de illis. sed ipse accipiebat partem illarū comedens. ⁊ poterat conuocare secum ad comedendū quoscūq̄ vellet dum tamen essent mundi: qz immundis non licebat tangere carnes sacras. Item non licebat offerenti tradere carnes istas que proueniebant sibi deuozandas bestijs: quoniam hoc esset in vituperium diuini sacrificij. Item qz si hoc liceret nunq̄z daretur casus in quo deberent comburi carnes victimarum pacificarum. nam ante diē tertium in quo cremāde erant ipsi darent illas canibus vel alijs bestijs ita vt nunq̄z contingeret illas comburi. aliquādo tū tenebantur comburere eas. ergo nunquā poterant tradi canibus deuozande. Item non poterant relinq̄ vt putrefierent lapsu aliquotum dierū. qz hoc eodē modo erat in vituperium sacrificij dei: ēt quia in die tertio comburi debebant. ergo nō relinqui ad putrefactionem. (Sed comburetis eas igni.) Hoc conueniens erat: quia iste carnes erant sacre. ⁊ debebant applicari sacris vsibus. erat autem sacrum q̄ ipsi offerentes comederent eas: q̄ si ipsi comedere non expleniſſent nihil cōuenientius videbat q̄z comburi eas igne: qz tunc reduci videbantur in primū statum sacrificij. sic enim sup altare alie hostie cremantur. omnis alius vsus barū carnium quicūq̄ foret illicitus esset. ¶Considerandum autē q̄ cū dicit istas carnes esse cremandas: non est intelligendum q̄ cremarent super altare holocaustozū: quia hoc solum pertinet ad sacrificia. sed iste carnes quas non potuerunt comedere offerentes non pertinent ad aliqō genus sacrificij: cum non sint holocaustum nec hostia pro peccato nec pacifica: quoniam in omnibus his aial viuens ⁊ integrum offertur: atq̄ obseruantur cerimonie que iam obseruari non poterant in carnibus istis. Item intelligendum est q̄ non cremabantur carnes iste in aliquo igne sacro sumpto de altari holocaustozum: sed in aliquo igne prophano: quoniā ignis sacer qui erat in altari solum pertinebat ad ministratōes sacras ⁊ factas ad deum. ergo non erat ibi accipiendus talis ignis. sed cremabantur hec in quocūq̄ igne prophano. (Sige post biduum comederit ex ea). i. si aliquis comederit de carnibus istius hostie pacifice post duos dies incurreret penā q̄. ĩ. segtur. hoc verū est cum comederit sciens. Si autem nesciens fecisset non incurrebat hanc penā. si tamen postea cognouisset peccatum suū offerebat sacrificium. sic habetur. ō. ꝯ. ca. cum dicitur anima si prevaricans cerimonias per errozem fecerit vnuz ex his que dñi lege prohibentur ⁊ peccati rea intellexerit inigtatē suā: offeret arietem ĩmaculatū. (Prophanus erit.) Qui comederit istas carnes erit tanq̄ excōmunicatus. i. separatus ab omni sanctitate. ſ. nullo modo pertinens ad res sacras. naz prophana res distinguitur contra rem sacram. ⁊ dicitur res prophana que nullo modo pertinet ad sacrum ministeriū. ⁊ sic iste bō q̄ comedisset carnes sanctificatas post scōam diē erat ꝓphanus ideſt sequestratus ab oi mundicia ⁊ sanctitate cerimoniaruz sacrarum tanq̄z nihil de lege obseruaret. (Et impietatis reus). i. iste erit reus tanq̄ſ si egisset impietatē. ſ. aliqō peccatū magnū. ⁊ ꝓprie accipitur hic impietas: quoniaz pietas dicitur esse latria vel cultus diuinus vt habetur in. 3. sentētiarum distinctione. 9. impietas autem econtrario dicitur id qō est cōtra cultum dei. ⁊ sic est hic: quoniam ille qui infringit cerimonias cultus diuini ꝫ diuinū cultuz agit. (Portabit iniquitatem suā). iste habebit penam pro iniquitate quā fecit comedēdo de his carnibus in tertia die vel postea. ⁊ dicitur portare iniquitatē suam: quia nō abluitur per aliquas cerimonias vel sacrificia ita vt peccatū suuz in alterum transumat: sicut cum offert sacrificium pro peccato alicuius. nam tunc iniquitates offerentis dñr trāsferri super caput victime immolate. hic autem qz non fit aliqō sacrificiū nec expiatio manet iniquitas in ipso peccante. ⁊ dicit eam portare super se. (Quia sanctum dñi polluit). i. iste cōmaculauit res sanctas. dicuntur hic res sancte ipse carnes hostie pacifice. cōmaculari autem dicuntur: qz comeduntur contra legem datas a deo de illis. nā cum in comedendo illas obseruatur ritus a deo datus tenetur eis honoz suus. cum vero contra dei ordinationem comeduntur iam non sunt in aliqua reuerentia. ⁊ dicuntur esse pollute. (Et peribit anima illa de medio populi sui). i. qui tale fecerit occidetur. Non est autem intelligendum q̄ iudices istam penam infligerent inferendo mortem sic facienti. sed deus inferebat eam cum volebat inducendo hominem in mortem quācunq̄: ⁊ per hunc modum peribat homo de medio populi sui: ideſt non manebat inter alios homines cum deus subtraheret eum de medio aliozum per mortem. De eo qui preuaricatur cerimoniam istam habetur supra. 3. capitu. q̄ ista oblatio quam faciebat nullius valoris erat. ſ. q̄ deus non

† D Notā. ō carnib⁹ cremandis.

† E Sacrū ⁊ ꝓphanū distinguitur.

† Notāū ō offerēs hostias pacificas.

† Notāō.

habebat

babebat eam gratam: nec proficiebat ipsi offerenti. sed ꝛ super hoc ipse erat iniquitatis reus cum dicit. siquis de carnibus victime pacificoꝝ in die tertio comederit irrita fiet oblatio nec ꝓderit offerenti: quin potius quecūq; anima tali se edulio contaminauerit preuaricationis rea erit. (Cum messueris segetes.) Dic ponitur ordinatio rationalis affectus ad minores per misericordiam. ꝛ hoc est quātum ad fructus terre relinquendo eis aliquid ex misericordia de fructibus agrorum nostrorum. (Cū messueris segetes terre tue.) Dic ponitur tam de segetibus colligendis ꝙ de vuis ꝙ in quolibet eorū esset relinquendum aliquid pauperibus ex misericordia. ꝛ hoc est ne aliquis cum diligentia exactissima colligat segetes vel vuas: quoniā tūc nihil maneret pro pauperibus colligendum. (Non tondebis vsq; ad solum superficiem terre). i. non secabis spicas vsq; ad radicem nihil relinquendo de granis aut stipulis. tondere enim frangere aut secare est. sic enim in spicis fit. quia secantur cum colliguntur. ꝛ in his non debent colligentes secare vsq; ad terram: ad hoc vt maneat aliquid colligendum saltem ipse stipule. quoniam ꝛ si non relinquatur pauperibus aliquid de spicis saltem stipule eis prosunt ad multos vsus: ideo relinquēde sunt in magna quātitate: ita vt possent illas colligere pauperes. in hebreo autem aliter habetur. s. (Non finies vel complebis angulum terre tue ad metendum). i. ꝙ cum messueris terram tuam non secabis omnes fruges: sed relinques aliquid in extremitate vel in angulo agri tui: vt pauperes colligere possint de illis sicut habetur Deutero. 24. capitu. ꝙ etiam si aliquis metens obliuisceretur manipulum vel aliq̄ partem segetis in agro nō debebat redire vt tolleret pro se: sed redditurus erat pauperibus. Idem de omnibus fructibus terre cum dicitur. quando messueris segetem in agro tuo: ꝛ oblitus manipulum relinqueris: non reuerteris vt tollas eum: sed aduenam: ꝛ pupillum ꝛ viduam auferre patieris: vt benedicat tibi dominus deus tuus in oi ope manuum tuarum. si fruges colligis oliuarum quicqd remanserit in arboribus non reuerteris vt colligas: sed relinques aduene pupillo ꝛ vidue. Si vendemiaueris vineam tuam non colliges remanentes racemos: sed cedent in vsus aduene pupilli ꝛ vidue. Sic autem apud iudeos qui erant boni animi fiebat: vt cum scirent aliquos pauperes ituros ad colligendum spicas in agris eorum iuberent messoribus vt ex industria relinquerent aliquos manipulos: quos pauperes colligerent. sic faciebat booz colligēte spicas ruth in agro suo. vt habet Ruth. capitu. 2. cum dicitur. precepit autem booz pueris suis dicens. etiam si vobiscum metere voluerit ne prohibeatis eam: ꝛ de vestris manipulis proijcite de industria: ꝛ remanere permittite: vt absq; rubore colligat ꝛ colligentem nemo corripiat. (Nec remanentes spicas colliges.) Hoc intelligitur de spicis stantibus. s. quas non secuerant messores: vel de illis que euaserant metētium manus cadentes in terram. ꝛ non solum de spicis: sed etiā si aliquos manipulos obliuiscerentur messores non debebant redire vt colligerent illos. sed relinquebant pauperibus colligendos. (Nec in vinea tua racemos ꝛ grana decidētia congregabis.) Idem enim in vinea erat qđ in segetibus. ꝛ idem in oliuis atq; ceteris fructibus colligendis: quoniam semper aliquid relinquendum erat quo pauperes alerentur. ꝛ cum dicitur ꝙ racemi cadentes vel grana vuaruꝫ colligi non debebant est sensus ꝙ non redirent ad colligendum ea que obliti fuerant: vel ceciderant de manibus eorum racemi. non tenebantur relinquere eos: quoniam aliquando accideret vt maiorem partem vendemie relinquere tenerentur in agro: vt cum essent vue valde mature: ꝛ sponte de vitibus racemi cadunt nemine discutiente. sed referendum est ad ea que per obliuionez relicta sunt aut ceciderunt: ꝛ etiam si aliquid caderet ipsis colligentibus si tamen paucum erat non erat colligendum: sed pauperibus relinquebatur. (Sed pauperibus ꝛ peregrinis capienda dimittes.) Omnibus pauperibus miserendū erat vniuersaliter: sed ō peregrinis specialiter semper fit mentio. ꝛ ponuntur tanquā pauperes eo ꝙ peregrini recesserūt de terra sua: ꝛ cognatione sua venientes vt habitarent in terra iudeorum: ideo possessiones suas ꝛ omnia sua ibi reliquerunt qua in re cōmuniter pauperes erant: presertim cum in terra illa non haberent aliquos amicos aut cognatos adiutores. ¶ Preceptum autem istud dabatur: quia iudei habebant dura viscera non habentes misericordiam in alterutrum. nam cum parentibus suis non misererentur quanto minus alijs poterant misereri. ideo inducebat eos deus ad misericordiam per huiusmodi precepta. ꝛ eodem modo inducebat ad pietatem q̄dam in animalibus brutis. s. vt nō coqueretur hedus in lacte matris sue vt patet Exod. 23. cap. ꝛ Deutero. 24. capi. Item inducebat ad misericordiam in volatilibus. s. si aliquis inuenerit matrem cum pullis in nido non acciperet matrem ꝛ pullos: sed pullos solum: vt habetur Deutero. 22. capi. cum dicitur. si ambulans per viam: in arborem vel in terra nidum auis inueneris: ꝛ matrē pullis vel ouis desuper incubantem non tenebis eam cum filijs: sed abire patieris captos tenens filios: vt bene sit tibi: ꝛ longo viuas tēpore. ¶ Sic etiā iubebat deus adhuc relinqui pauperibus ꝛ bestijs terre fructꝰ anni septimi. s. ꝙ in anno septimo qui erat annus remissionis non serebant iudei nec putabant vineas nec alios labores faciebant. etiam non colligebant fructus illius anni sicut als colligere soliciti erant. sed pauperes ꝛ aduene ꝛ serui ancille: ꝛ bestie terre comedebant vt habetur. j. 25. capitu. (Ego dominus deus vester). i. ista debetis facere ꝓpter me: quia ſuꝫ dominus deus vester: ꝛ iubeo hec fieri. (Non facies furtum). Dic ponitur ordinatio affectus rationalis quantum ad omnes per innocentiam. dicitur autem aliquis habere se innocenter ad alios quando eis iura sua nullatenus tollit: nec aliquam offensionem infert. vnde dicuntur innocentes quasi non nocentes: quoniam nemini nocumentum inferunt.

¶ An precepta hic posita de vinēdo innocenter fint cerimonialia vel naturalia: ꝛ que ꝛ quot sint precepta nālia. Qō. 6.

Pro quo considerandus est ꝙ ista precepta que hic ponuntur de habendo se innocenter nō sunt aliqua cerimonialia precepta aut iudicialia instituta per voluntatem legislatoris: sed sunt precepta naturalia: quoniam naturaliter insunt in principijs rationis practice: ꝛ quilibet homo habēs granum intellectus iudicaret de quolibet istorum ꝙ fieri debeat, ꝛ ꝙ homo obligetur ad illud: etiam nulla existente lege posita que hoc iubeat. ¶ Nec valet si aliquis arguat contra hoc ꝙ ista non sint precepta naturalia: quia illa sunt que habentur in decalogo. Dic autem multa ponuntur que non habentur ibi. quoniam non est putandum ꝙ omnia iura naturalia sufficienter expressa sint in decem preceptis decalogi: nam preter ꝫ multotiens ponūtur alia in sacra scriptura. sicut de eo qđ dixit Christus. quecūq; vultis vt faciebant vobis homines hec eadem facite illis. ꝛ alibi ꝙ diligamus proximos nostros sicut nosipsos. multa quoq; in hunc modum. ¶ Ideo dicendū est ꝙ precepta naturalia valde multa sunt nec possunt cōprehēdi aliqua lege. ſz tot sunt quot rō nr̄a indicat eē obsones inditas sibi fine aliquo legis positore. vñ qñcūq; aliqđ ꝓponit ꝛ oēs indicant illud debere fieri etiam nulla lege existente, illud est de preceptis naturalibus quoniā natura illud indidit intellectui nr̄o. Potest aūt generaliter dici ꝙ omnia illa sunt de iure naturali quecūq; conscientia nostra nobis faciēda esse dictat nulla lege posita. ꝛ quoniam conscientia generalis est in omnibus hominibus: iura quoq; naturalia apud omnes erunt cōmunia. sic enim videtur sentire Apostolus ad romanos capi. 2. dicens. conscientiam dictare ea que sunt fm naturam inquiens. cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: etiamsi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum: ꝛ inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium. huiusmodi autem sunt omnia ista que hic dicta sunt: quoniam si alicui proponantur conscientia sua dictabit ei ista facienda esse. qđ est de ratione precepti naturalis. ¶ Et sic dicendum est non posse dari aliquā legem sufficiēter comprehensiuam oium preceptorum naturalium: quoniā quotcūq; dentur adhuc plura reperientur. quia quādiucūq; proponatur aliquid conscientie nostre: ꝛ illa iudicet sic debere fieri: ꝛ aliter non, est ius naturale. sic declarat aristoteles Ethico. lib. 5. ca. de iusto politico dicens. iustum naturale est qđ anteq̄ ponatur differt sic vel aliter se habere: quia non dependet ex voluntate nostra. sed huiusmodi sunt omnia ad que cōscientia nostra iudicat nos esse subiectos in quocūq; negocio aliquid ꝓponatur. ergo illa sunt de iure nature. sed ista talia negocia ꝛ iudicia sunt infinita. quia quātūcūq; proponantur adhuc plura poterunt oriri. ideo nō est possibile omnia iura naturalia comprehendi aliqua lege. ¶ De preceptis autem decalogi dicēdum est ꝙ in ipsis non continet omne ius naturale: sed sunt quasi decē conclusiones manifestissime in iure naturali illate immediate ex primis principijs iuris naturalis: ex ipsis autem adhuc inquantum sunt conclusiones vniuersales possunt sequi mul-

† Ordinatio rōnalis affect⁹ ad minores ꝓ miam.

† Lfa hebraica.

† Oibus paupib⁹ vſr misserendum erat.

Qō. 5 A Quare deus se

pe ꝓuocat iudeos ad miam etiā volatiliū.

† Ordinatio rōnalis affect⁹ ad oēs ꝓ inocētiā.

A

Obiectio.

Riſſio. Precepta nālia nō solū sūt precepta decalogi sed tot ꝙt obsones cōscia nobis sine aliqua lege dictat inesse.

B Quotcūq; pcepta nālia dent ad huc plura dari pñt ꝛ sic i infinitū.

Precepta decalogi nō sūt totū ius nāle sed sē solum. 10. obsones in iure nāli.

te alie conclusiones iuris naturalis magis particulares. De habitudine autem horum late fuit dictum Exod. 20. et. 21. capit.

L

Oēs determinationes iuris nālis nō ptinent̄ ĩplicite vel explicite in decalogo.

non oportet igitur q̄ omnia precepta iuris naturalis sint in decalogo: vel reducantur ad decalogum tāquam conclusiones elicite ex decalogo: quia decalogus non continet in se omnia iura naturalia explicite: nec etiam est tanquā primum principium ⁊ sufficiens horum conclusionum iuris naturalis: quoniam ante precepta decalogi sunt alia precepta priora ex quibus inferuntur multa alia que non sunt in decalogo ⁊ etiam ipse decalogus: ꝑm q̄ est istud principium. quecūq; vultis vt faciant vobis homines hec eadem facite illis. nam hoc ex secūda tabula decalogi elicitur: ⁊ multa alia que non sunt in eadem que pertinent ad directionem proximi ad proximum. sic igitur stat ista precepta que hic ponuntur esse de iure naturali: ⁊ tamen non esse in decalogo nec reduci ad decalogum: q̄q̄ in hoc facile nobis esset reducere omnia ista ad decalogum: sed non expedit. ¶ Cōsiderandum autem q̄ ista precepta que hic ponuntur dirigunt hominem in comparatione ad proximum: vt se habeat innocenter. Est autem innocentia in non faciendo malum: ⁊ est quasi priuatio. priuatio autem ꝑm naturam reducitur in suum habitum cum ꝑm se non fit cognoscibilis: habitus autem suus est facere malum quātum ad illud positiuum q̄ presupponit. Et ideo quot modis dicitur facere malum, tot predicari necesse erit aliquem esse innocentem, malum autem tripliciter fit. s. in execution: ⁊ in voce, ⁊ in corde, ideo de his tribus malis hic dicitur. Primo de eo q̄ est in re. Scdo de eo q̄ est in voce ibi. (Non mentiemini.) Tertio de eo quod est in corde ibi. (Nec oderis fratrem.) q̄q̄ iste partes non sunt precise: quia aliqua alia interponuntur que aliquando ad vnum modum: ⁊ aliquādo ad alterum pertinent. Circa primum dicitur. (Non facies furtum.) Hic tollitur malum quod est in executione quoniam facere furtum est alteri res suas clam subtrabere per q̄ damnum ei irrogatur. ad hoc autem oportuit iudeos admoneri quoniam ipsi erant valde auari: ⁊ ideo inclinabantur ad accipiendum res aliorum. q̄ patet ex dicto cuiusdam glose. s. nullam gentem legimus iudeis ⁊ romanis auariorem. debuit ergo deus de hoc replicare precepta: vt sic iudeis fieret impressio vt cauerent ab his. omnia enim precepta decalogi quasi repetuntur hic q̄q̄ non eo ordine quo in decalogo describuntur. ⁊ nō ponitur hic de adulterio. cuius causa est: quia de hoc tetigerat precedenti capitu. per totum ⁊. j. sequenti capitu. tangit legislator imponens penas pro his. De furto autem dicit hic prohibēs illud: nec tamen solū furtus intelligatur esse vetitum quod est in clandestina subtractione rerum inuito domino. Sed etiam intelligendum est de rapina que est violentia oblatio rerum presente domino defendere non potente: ⁊ hoc directe prohibetur in hoc precepto. ex quadam autem consequentia prohibentur omnia que pertinent ad modus inconuenientem acquirendi: vt omnis fraus ⁊ dolus ⁊ contractus illiciti: vt vsurarij ⁊ simonia ei: ⁊ generaliter in omni illo dicitur esse furtum in quo aliquis acquirit contra nature vel legis precepta. Quomodo autem intelligendum sit istud preceptum de non furando latius est dictum Exod. 20. capi. ⁊ Deute. 5. capi. (Non mentiemini.) Hic ponitur de scdo. s. de malo q̄ est in voce. mentiri namq; vt plurumq; in voce est. quoniam mentiri est contra mentem dicere. ⁊ istud causatur quandocunq; aliquis verba aliqua exprimit que sic non se habent vt loquens esse credit: ⁊ hoc vt auditorem fallat. Sic enim diffinitur communiter mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Et causa huius est quia voces nostre sunt naturaliter ad significandum ea que sunt in mente nostra iuxta illud q̄ habetur ab aristo. in. 1. Periher. cum dicitur sunt ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note. i. ipse voces sunt signa passionum siue conceptuum que sunt in animo. ¶ Aliq̄n autem mendacium in rebus est sicut cum quis in habitu demōstrat ea que in seipso nullo modo sunt. Nam quēadmodum vox naturaliter est ad significandum ea que sunt in anima: ⁊ quando vox non concordat eis que intra sunt: dicitur esse mendaciū, ita cum habitus aliquando ex quodam modo nature vt cōmuniter autem ex conditione: ⁊ humana consuetudine significat modum affectionum: ⁊ operationum humanarum. si igitur aliqui demonstrant in habitu exteriori ea ꝑm que ipsi videntur esse boni: ⁊ tamen ꝑm rem mali sint erit mendacium ibi: quia aliter significatur q̄ est. De hac autem specie mendacij ponit aristoteles Ethicorum lib. 4. circa finem cum ait. de veridicis autem ⁊ falsidicis dicemus similiter in sermonibus: ⁊ operationibus: ⁊ fictione. Ecce enim qualiter posuit in operationibus esse aliquem veridicum ⁊ falsidicum: ⁊ in fictionibus etiam sine ipsa falsitate vocum. Dic enim de mendacio quod in voce est dicitur q̄q̄ etiam satis prohibitum intelligitur mendacium q̄ est in re. s. in habitu. ab hoc autem mendacio q̄ est in habitu dicit Christus esse cauendum vt habetur Matth. 7. ca. s. attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces a fructibus eorū cognoscetis eos. (Nec decipiat vnusquisq; proximum suum.) † idest nullus decipiat proximum suum per equipollentiam negationis preposite signo vniuersali. prohibetur autez hoc post mēdacium. nam per mendacium aliquis decipit proximum suum cum ei in voce significat id q̄ in re non est: nec ipse sone intelligit. sunt tamen preter hoc alie deceptiones que sunt in rebus. s. cum aliquis imaginatur aliquam fraudem per quā subtrahat proximo suo que possidet: vel ei alterum incutiat malum. siue hoc fit in contractibus que per verba fiunt siue sine verbis per quēcūq; modum aliquis ab intentione alteri det errandi occasionem ⁊ alicuius damni vel offensionis. ⁊ cum prohibetur deceptio proximi omnes homines proximorumq; nomine intelligūtur sicut probatum est precedenti. capi. Ideo nulli homini nocēdum est aut ei quecūq; offensio offerenda. multi autem casus sunt in quibus aliquis alteri iure nocere potest. sed tunc nec ꝓprie vocatur nocumentum nec offensio aut deceptio: sed solum materialiter. quoniam nemini iniuriā facit qui vtitur iure suo. (Non periurabis in nomine meo.) Hic ponitur qualiter aliqs se habeat innocenter ad deum. habet se enim aliquis ad deum innocenter cuz ei non nocet. ¶ Deo enim ꝑm veritatem nemo nocere potest: quoniam ipse est summum bonum: ⁊ summe potens. in quo nec malum aliq̄ esse potest: nec quisquam inferre valeret ⁊ hoc exprimit Mala. capit. 3. cum ait. si affigit hō deus suum: quia vos configitis me ⁊ dicitis: in quo configimus te: ⁊ sic videtur ibi signare q̄ homo non ꝓprie potest configere vl affigere deum. cum posuit conditionaliter. si affigit homo deū: dicitur tamen aliquis nocere deo inquātum eius leges contemnit: quoniam leges habent vim ex legislatore. ⁊ si aliquis contemnat leges contemnit quoq; legislatorem. ⁊ hunc modum loquendi habet Malachias in capitu. 1. Cum ait. dicit dominus exercituum ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum. ⁊ dixistis. in quo despeximus nomen tuum: offertis super altare meum panem pollutum. ⁊ dicitis. in quo polluimus te: in eo q̄ dicitis mensa domini polluta est. simile patet Mala. capitu. 3. cum dicitur. laborare fecistis deum in sermonibus vestris. hoc igitur modo inquātum aliquis precepta dei quocūq; modo negligit deo nocet. Est autem alius modus adhuc nocēdi deo specialior: inquātum aliquis agit quicquā mali contra deum. q̄ non solum militat in illum: vt in legislatorem: sed vt in personam priuatam. Et istis duobus modis qui periurat in nomine domini dicitur inferre ei nocumentum: quoniam deus vetuit periurium: ⁊ assumptionem nominis sui in vanum vt habetur Exod. capitu. 20. qui igitur assumuit vane vel deierat in nomine domini: contemnit legem illam. ⁊ in hoc nocet deo. ¶ Alio modo accipitur istud preceptum: vt militat in deū. non inquantum est legislator: sed inquantum est quedam alia persona. s. inquantum est deus. est enim nomen domini valde gloriosum cum ipse deus sit infinite bonus. qui igitur nomen illud recipit in locutione sua deberet illud accipere ex nature inclinatione: ⁊ obligatione in maxima reuerentia qua haberi potest. qui autem illud vane assumit vel proposito eo in voce falsum protulerit vilipendit nomē illud. magnā ergo in deum contumeliam facit: nam si mentiri quocūq; modo malum est quāto magis malum erit assumpto nomine domini. De expositione autem huius precepti: latius dictum est Exod. 20. capitu. ⁊ Deute. 5. ca. (Nec pollues nomen dei tui.) Istud nō est aliud preceptum distinctum a superiori. s. de non periurando. sed est illius cā. ⁊ intelligitur non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. i. non periures in nomine meo. quoniam si periuraueris pollues nomē dei tui. nomen. n. dei ꝓprie pollui non potest: qm̄ in se maculam nullā aut vilitatē suscipe pōt. sed dr esse pollutum nomen dñi quātū ad opinionem nostram inquantum coz̄ nobis indecenter accipit. sic enim habet Mala. 1. cap. cū dicit dominus. offertis sup altare meum panē pollutū: ⁊ dicitis in quo polluimus te: in eo q̄ dicitis mensa domini despecta est. modus autem per quem nomen domini coram

nobis

† Malus in executiōe.

D

Romani ⁊ iudei pari passu currt ad auariciā

Rapina qd sit.

† Malus in voce.

Mēdaciū aliq̄n est in reb⁹ aliq̄n in vocib⁹.

† Malus in corde.

E

† Quō aliqs ad dr innocenter se habeat.

† Nō est aliud preceptum distinctum a superiori.

nobis despicitur est si illud in vanum assumatur: vel si illo ad aliquid assumpto in testificationem falsa proferamus. hoc autem est periurare. (Ego dominus). i. ego sum deus qui iubeo ista fieri. (Nō facies calumniā proximo tuo.) Istud preceptuz sicut precedentia ad ius nature pertinet. nulla enim humana lex est que hoc statuerit. z etiam si hoc statuat primo tamen de iure nature est: qm̄ in rōne nostra innatum est: vt nulli calumniaz inferamus. prouenit autez hoc ex supioribus. qz supza dicebatur q̄ non decipiat vnusquisq̄ proximum suum. qō ad omnem modum fraudis pertinet. Calumnia autem aliqualiter ad fraudem: z aliqualiter ad violentiam pertinet. est enim calumnia extorsio rei proximi per quādam simulatam: sed non verāz rationē. cum eniz aliquis quippiam alteri tollere vult ad qō varios inquirit modos ne hoc per violentiam facere videatur: sz aliquid rationis habeat est calumnia. z hoc quoq̄ sicut ipsa violentia prohibitum est. habet enim se aliquis valde nocenter ad alios cum eis calumnias irrogat. z hoc ad nullum hominem fieri potest: qm̄ prohibetur hoc fieri ad proximum. omnes autem proximi sunt: quoscūq̄ natura humana nobis fecit esse participes: vt ex superioribus patet. (Nec vi opprimes eum.) Istud est alterum preceptum qō pertinet ad ius naturale: nam nō est per legem humanam q̄ homo nulli inferre debeat aliquaz vim: sed nobis natura ipsa indidit. z pertinet hoc ad precedens preceptum. nam calumnia z violentia de qua hic agitur in aliquo cōmunicant. nā calumnia est cū alicui subtrahitur bonum qō habet per quādam coloratam rationē: sed non existentem veram. violentia autem est cum bona sua alicui detrahuntur: nulla vera aut colorata ratione pretenta: sed solis viribus oppugnando. z sic ambo ad subtractionem rerum pertinent. opprimere autem qō hic accipitur idem est qō premere: vel humiliare. s. cum quis viribus prevalens alium sibi subiicit. (Non morabitur opus mercēnarij apud te vsq̄ mane.) Istud est alterum preceptum de iure nature qō immediate pendet a superiori. s. a violentia. nam mercēnarij pauperes sunt z impotentes. si igitur aliquis mercedem eorum per aliquot dies detineat eis violentiā infert. nam sicut tollere eis mercedem suam totaliter est opprimere eos. ita q̄ merces eorum quātum ad aliqō tempus tollatur violentia quedam vel oppressio est. Cum enim mercēnarius perfecerit opus suum merces ei promissa naturaliter debita est. ideo si quis eam vlterius detinuerit iam tollit ei vsum illius mercedis pro hoc tempore in quo violentiā infert. potissime cum ipse mercennarius pauper fit z deus iusserit nullam calumniam aut violentiam inferendam pauperibus vel aduenis z viduis z peregrinis vt habetur Exod. 22. capitu. cum dicitur. aduenam non contristabis nec affliges: aduene enim ipsi fuistis in terra egypti: vidue z pupillo non nocebitis. si leseritis eos vociferabuntur ad me: z ego audiam clamorem eorum: z indignabitur furor meus percutiamq̄ vos gladio z erunt vxores vestre vidue z filij vestri pupilli. (Nō morabitur opus mercēnarij.) Non accipitur opus proprie. qm̄ opus est ipsum qō fit: vt domus vel liber vel aliquid quod per laborem construitur. opera autem est ipsa rei actio. i. labor agentis. mercēnario autem non est dandum opus: quia illud manet apud dominum cuius est. sed aliquid dandum est pro labore operis. s. precium. z illud vocatur hic opus. (Usq̄ mane). i. in eadem die in qua mercennarius operatus fuerit reddetur sibi preciuz laboris sui. cuius causa est. quia mercēnarij pauperes sunt: z non habent aliquid alterum vnde sustententur nisi labores manuum suarum. qō si ges eis ad tempus subtraxerit: pro eo tempore victum eis tollit. qō faciendum nunquā est. sicut patet de eo qui recepit in pignus vestem alicuius in qua dormiebat si nullam aliam haberet ad dormendum. nam etiam si non soluisset debitum quotidie reddebatur ei vestimentum suum ante solis occasum: quia ipsum solum est in quo dormiebat. sic patet Exod. 22. capitu. cum dicitur. si pignus acceperis a proximo tuo vestimentum ante solis occasum redde ei: ipsum est enim solum quo operitur indumentum carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me exaudiam eum: quia misericors sum. nulla igitur violentia aut calūnia mercēnarijs aut pauperibus faciēda est. ¶ Unde non potest mercēnarij precium vsq̄ ad alteram diem detineri sine peccato nisi ex consuetudine aut mercennarij voluntate vel alia quacūq̄ rationabili causa solutio impediatur. (Non maledices surdo.) Hic ponitur aliud preceptum de pertinentibus ad ius nature. s. q̄ nemo surdis maledicat. hoc enim est ab ipsa rerum natura inductum: z valde rationabile hoc omnes homines indicabunt etiam si hoc nulla lex statuerit. Et cuz hic iubetur non maledices surdo. non solum prohibetur maledictio facta ad surdos: sed etiam ad quoscunq̄ homines. nam cui cūq̄ maledicere peccatum est. Iussit tamen deus id qō magis ratio inducebat. Nam deterius est maledicere eis qui se defendere non possunt q̄z eis qui hoc efficere possint. Huiusmodi autē surdi sunt: qz cum nihil audiant ad maledicta nihil respondere valebunt. videtur namq̄ esse quedam crudelitas z miseri animi conditio: vt eis molestias inferamus qui nobis easdem inferre non possunt. etiam hoc fit ad tollendaz occasionem maioris mali. nam cum aliquis audientibus maledicturus est: timet sibi similia aut deteriora referri. z interdum ob hoc a maledicendo se cohibet. Cum vero aliquis surdo maledicere velit scit illum sibi respondere non posse: z ob hoc in maledictis amplius efferatur. ¶ Item non solum est intelligendum directe surdos non debere maledici. s. eos qui auditiua potentia carent. sed etiam illos qui pro tunc audire non possunt: vt ꝓpter absentiam: z locorum distantiā. vnde ob hoc de absentibus detrahere peccatum magnum z turpitudo est. z hoc tam ex parte maledicentis. q̄z ex parte eius cui maledicitur. Ex parte maledicentis patet: quoniam maiori malicia ad hoc incitari videtur cum in presentia alterius posset hec verba in correctionem aliquā proferre. in absentia autem sola voluntas nocendi causa esse videtur. Ex parte autem eius qui maledicitur etiam hoc patet: quoniam si presens esset posset maledictis respondere z maledicentem a maledicendo cohibere. apparet autem preter hoc quedam miseria animi z timiditas: cum quis ei offensionez infert a quo suscipere non possunt. sicut si vir contra feminam bellum gerat. (Nec coram ceco ponas offendiculum.) idest non pones coram ceco aliquid in quo cadat. vel non dirigens eum per viam saxosam z precipitem vt cadat. Hoc enim fm naturam est: vt nemo bis personis miserabilibus vlteriorem inferat afflictionem. Et non solum sunt ista precepta fm naturam: sed etiam sunt aliquid valde speciale inter omnia precepta nature. In omnibus namq̄ preceptis nature apparet ratio debiti. sed adhuc magis in quibusdam q̄z in alijs: z illa magis specialiter videntur pertinere ad ius nature. sic autem est in hoc: quia nullus homo est qui non iudicet malum esse coram ceco ponere offendiculum. causa huius est quia ipse illud vitare non potest cum nullo modo videat. ¶ Considerandum autem q̄ non solum coram ceco non est ponendum offendiculum: sed etiam coram nullo homine: quia ista fm se mala sunt. ideo ad nullum hominem fieri debent. dicitur tamen magis de ceco q̄z de videntibus: quoniam cecus offendiculum vitare non potest. videntes autem possunt. Etiam vt supra dictum est ad eui tandum maius malum. nam si aliquis velit ponere offendiculum coram vidente ipse considerans hoc maiora offendicula ponet coram illo qui hoc fecit. ideo quilibet timebit coram vidente offendicula ponere. Coram ceco temen nullus hoc timebit. quia etiam si offendicula cecus suscipiat z in illa incidat: tamen facienti similia parare non potest. quoniam nec offendicula videt: nec eum cui parare debeat nouit. faciliter ergo quilibet malus moueretur ad offendicula ponenda. ¶ Sciendū autem q̄ non solum vocatur hic cecus ille qui potentia visiua caret. sed etiam ille qui potentiam visiuam habens: hec que ponuntur videre non potest. vt si quis ponat insidias aut offendicula multum latentia in que quilibet satis videns incideret: dicitur ponere offendicula coram ceco. nam velut ceco impossibile est offendicula que ponuntur intueri: ita z videntibus impossibile est si offendicula multum latentia sint. ¶ Dicunt etiaz tam doctores nostri q̄z hebrei in hoc prohiberi ne quis simplici viro male consulat. nam cum tota actio hominis ex consilio dirigatur: qui male consuluerit offendicula in actiōe parat. hoc autem malum est in omnibus hominibus. s. q̄ cuicūq̄ prave consuluerimus inique egimus. hoc tamen magis est ad eos qui simplices sunt: quoniam intelligentes q̄z q̄z a nobis prava consilia recipiant interdum illa prudentia sua deuitare poterunt. Illi tamen qui simplices sunt hoc facere nequeunt: sed penitus ex nobis pendent. ideo in his peccatum maius est. (Sed timebis deum tuum.) Hic ponitur retractiuum a malo qō aliquis faceret ponendo offendicula coram ceco vel maledicendo surdo. s. q̄ timeat deum. quasi dicat Iz non timeas q̄ aliquis possit tibi malum inferre. p hoc malo quod egeris ponendo offendiculū coram ceco z maledicēdo surdo: qm̄ ipsi qui suscipiūt pro ne impotentes ad reddēdū vicez sunt: tū debes timere deū q̄ re-

† † Falūnia qd sit.

† B Falūnia z violentia differūt.

† D Opus z opa differunt.

† Nota. a. Petrī mortale ē detinē vsq̄ ad alterā diē cet p̄ciuz mercēnarij nisi ex volūtate

3 Preceptū de attinētib⁹ ad nāe ius.

Nō solum vetat maledici surdo sz absti

Maledicē absentem maximum pctū est. †

K De iure nāli est nō ponere offendiculūcoram ceco nec coram alio homine.

L Nfoz doctoz opi.

Prohibemur male alteri ꝛsulere.

†

trſbuet vicem pro bis.ſic pz Exo.22.c.cum dicitur.aduenaz nō cōtriſtabis nec affliges:aduene enim ꝛ ipſi fuiſtis in terra egypti:vidue ꝛ pupillo nō nocebitis:ſi leſeritis eos vociferabunt ad me: ꝛ ego audiam clamozem eozum: ꝛ indignabitur furoz meus percutiamq; vos gladio ꝛ erunt vxozes veſtre vidue: ꝛ filij veſtri pupilli.(Quia ego ſum dominus). Quaſi dicat iſta immediate refertur.ſ.q; debetis timere deum:quia ego ſum dominus ꝛ.ſ.potens vobis retribuere ſufficienter penas pro peccatis veſtris.(Non facies qō iniquum eſt.) Hic ponitur directio dominis iudicis.nam quāuis quilibet homo ad alios ſe habere debeat innocenter. ad iudicem tamen magis hoc pertinet:ipſe enim eſt qui plura mala agere poteſt:ex eo q; id qō ab eo prolatum fuerit tanquam ius eſt.ꝛ dicitur.(Non facies qō iniquum eſt).i.non inferes alicui aliquā penā ꝺtra legem vel alias ꝺtra rationem aggrauando.ꝛ hoc eſt cum ad vnum ſolū iudex ſe bz iponēdo ei pēas ꝑ aliquo malo.cū aūt iter duos aut multos iudicat imediate dr.(Nec iniuſte iudicabis).i.non ꝓferes ſententiam iniquā contra legem vel rationē in qua id qō vnius eſt alteri tribuatur:q; tunc iniuſta diſtributio eſt.vel poteſt accipi q; per iſta duo precepta prohibeantur duo que pertinent ad eaſdem perſonas.ſ. nunq; proferre ſentētiam ꝛ prolatam executioni mādare.Primū prohibet cum dicit.nec iniuſte iudicabis.nā cum iudicare ſit ius dicere in ſolo verbo eſt: ꝛ nō pertinet ad ſententie executionē.Scōm prohibet cum dicit.nō facies qō iniquū eſt.i.non trades iniquā ſententiam executioni.nam hoc eſt facere iniquū.male autem ſententiare non eſt facere iniquū:ſed dicere iniquum.ſed hoc eſt inquātū diſtinguit facere ꝛ dicere.facere tamē aliq3 ipſum dicere eſt. ſed reſpectu eiuſdem rei diſtinguuntur.(Nō conſideres perſonam pauperis).Hic ponunt quedam impedimēta que rectū iudiciū excludunt.ſic enim eſt receptio munerum:quoniam iſta excecant iuſtos atq; prudentes vt pz Exod.23.capi.ꝛ Deutero.16.c.

¶Aliud autē eſt fauoz qui dicit adiutozium factum alicui perſone ſine meritis in alterius preiudicium.hoc autē in iudicio eſt: nam in actibus nō iudicialibus fauoz eſſe poteſt ſine peccato: cum ſit liberum adiutozium:ꝛ videtur pertinere ad liberalitatē. Iſte autem fauoz vocatur hic acceptio perſonarū. ꝛ vocatur acceptio perſonarū quādocūq; aliquis ꝓpter perſonā quippiam agit meritis perſone non ſuffragantibus: ꝛ hoc in iudicio:vt ſi aliquis iudex ſententiat pro aliquo:qz diues eſt: vel potens aut cognatus ſuus vel alis:quia iſta nō dignificāt merita cauſe. Si autem eſſent conditiones que cauſarū merita potiora facerent non eſſet acceptio perſonarū:ſed vnicuiq; tribuere ius ſuuz. De perſonarum acceptione quādo ꝓprie ſit:ꝛ de regulis ad cognoſcendum eam: ꝛ cui virtuti repugnet magis dictum eſt Deute. 1.capi. ¶Hic autem dicitur q; iudex non conſideret perſonaz pauperis.qō poteſt dupliciter intelligi. ¶Uno modo q; nō cōſideret perſonaz pauperis.i.ꝓpter hoc q; eſt pauper ſolū nō ſentētiet ꝑ eo niſi forte merita cauſe ſue potiora ſint.qō dicit ꝺtra aliquos iudices qui valde miſerentur pauperibus. ꝛ tamē aliquādo irrōnabiliter. Ideo interdum ſententiant pro eis: q̄q̄ hoc merita cauſe non expoſcant. ꝛ hoc vetuit dominus vt habetur Exo.23.capi.ſ.pauperis quoq; nō miſereberis in negocio.i.non miſereberis pauperi:quia pauper eſt.in negocio.i. in iudicio ſententiando pro eo ꝓpter paupertatem. Sz iſte ſenſus non poteſt hic ſtare:quia repugnat littera que ſequitur.ſ. nec honozes vultum potentis.ꝛ iſta duo ponunt hic tanq; contraria.ergo ſi vultus potentis honozabatur neceſſariū erat vt pauper deſpiceretur. ¶Alius ſenſus eſt.non conſideres perſonaz pauperis.i.non conſideres de aliquo q; pauper ſit quādo in iudicio fuerit:quia ſiue pauper ſiue diues ſit vnicuiq; equa menſura diſtribuenda eſt.(Nec honozes vultum potentis).i. in iudicio non honozes potentem qz potens eſt.ſ.dando ei plus de iuſto q; dare debes ꝓpter hoc q; eſt potens:ſicut nō debes deprimere pauperem in iudicio qz pauper eſt auferendo ei qō iuſtum eſt.ſic habet Exod.23.c.cum dicitur.non declinabis in iudicio pauperis.i.quādo dederis iudiciū de paupere non declines a rectitudine tollendo ei aliquid qz pauper eſt. Uel intelligitur alio modo q; non eſt deſpicienda perſona pauperis in iudicio nec honoranda perſona diuitis.ſ.q; non faciat iudex diuitem in iudicio apud ſe ſedere qō eſt honozare eū: ꝛ pauperez ſtare qō eſt proſpicere perſonam eius.ſ.ad dandum minus de honore.nam cum ſic fiat perſonarū acceptio eſt:ꝛ principiuz vt pauper formidet de bonitate conſcientie iudicis.credet enim iudicem eſſe affectum ad diuitem cum eū faciat apud ſe ſedere: ꝛ ſic intelliget ſe non poſſe conſequi ius cum diuite.ideo vt tollatur iſte ſcrupulus non debet iudex in iudicio honozare magis diuitem q̄ pauperem:ideo iubet Deuterono.25.cap. q; quādo aliqui habuerint inter ſe cauſam:ſtent ambo cozā iudice.i. ambo ſtent pedibus ꝛ nullus eoz ſedeat ne ſic alius preſumere poſſit pro eo quē iudex ſedere iuſſerit. hoc nāq; conueniens valde eſt:quia non ſolum a malo ſed etiam ab omni ſpecie mali ſm apoſtolum fugiendum eſt.(Juſte iudica proximo tuo.) Hoc poteſt referri ad iudices quibus competit ex officio iudicare.ꝛ qz dicebatur ſupra de illis que impediebant iudicium.ſ. de perſonaruz acceptione concludit hic q; iudex debeat iudicare cauendo ab omnibus iſtis ne ex aliqua cauſa vt fauoze vel odio iudicium deprauetur. ¶Alio modo poteſt intelligi quātum ad omnes homines:quoniam omnes iudicant aliqd de proximis ſuis.ſ.apud ſeipſos iudicantes q; alij boni vel mali ſint: vel q; actus ſui ob aliquam cauſam bonam vel finiſtram fiant.ꝛ quātum ad hoc homines valde errant.qui de alijs praue iudicāt.ſ. interpretantes actus eozum in malum. Apoſtolus.n. ſepe hoc vetuit ꝛ Chriſtus potiſſime:cū inquit nolite iudicare ꝛ non iudicabimini. Matthei. 6.c.ꝛ Apoſtolus.1.Corin. 10.c. nolite iudicare : quoadusq; veniat dominus qui iudicabit abſcondita cordium:ꝛ reuelabit occulta tenebrarum.ꝛ quātuz ad hoc ſi aliquis iudicet de primo quicquaz debet iudicare potius in bonum q̄ in malum: niſi fortaſſis ipſe actus qui fit talis ſit vt nullatenus in bonum interpretabilis ſit.ſicut furtum ꝛ adulterium ꝛ periurium.de hoc habetur extra de regu. iuris.3. caeſtote miſericordes.ſic autem iubetur hic:vt vnuſquiſq; iudicet proximo ſuo iuſte.ſ.non interpretando res eius in aduerſaz partem:quia hoc iniuſtuz eſt:niſi tales ſint de quibus repugnet dari bonam interpretationem.ꝛ forte iſta ſententia eſt magis conueniens q̄ ſuperior:quia dicitur iuſte iudica proximo tuo. proximus nomen equalitatis eſt.iudex vero nomen dignitatis ꝛ excellentie cum gerat perſonam totius populi ius diſtribuentis.ꝛ hoc modo non vocaretur ipſe proximus aliozum: quia in hoc diceretur equalis eis. ſed videtur pertinere ad perſonas priuatas.ſ.q; quilibet homo iuſte iudicet proximo ſuo actus eius bene interpretando.ꝛ iſti proprie vocantur proximi. quia perſone priuate ſm ſe: non ſm aliquem maiozem vel minozem excellentiam adinuicem:ſed equales ꝛ proximi magis vocant. (Non eris criminator). Hic ponitur de eis que pertinēt ad omnes homines:vt bene ſe habeant ꝛ innocenter ad alios:ꝛ ſupra dicebat de eis que erant in intentione:quale eſt iudiciuz qō eſt in actu interiozi.hic ponitur de eis que ſunt in voce. ꝛ dicit q; non ſit aliquis criminator.i.accuſans omnes de criminibus. ſ.diffamans eos: vel accuſans in iudicio.eſt enim magnum inconueniens:quia cum aliquis accuſator aliozum eſt alij oderūt eum:nec poſſunt ei pacifice cōmunicare ꝛ ſequuntur alia damna ꝛ ſcandala. ¶Sed in hoc diſtinguendum eſt quomō aliquis ſit criminator.quoniam duo ſignificat criminator.ſ.crimen impoſitozem.aut de crimīnibus accuſatozem: vel eozum narratozem.Primo modo eſt ſimpliciter prohibitum.ſ. q; nemo alijs crimina imponat.hoc enim ſemper valde illicitum eſt: ꝛ hoc gradualiter.nam iudicare malum de proximo qō erat in ſolis interiozibus malum erat ꝛ vetabatur.imponere autez crimina qō eſt in voce deterius eſt. ¶Alio mō intelligitur q; aliquis ſit criminator.i.de criminibus accuſator vel enarrator.ꝛ tunc aut accuſat cozam eo qui cozrigere iſta debeat: aut cozam aliquo alio.ſi enim cozam alijs perſonis hoc agat non videtur agere zelo cozrigendozum criminum: ſed infamandozum proximozum.ꝛ ſic enarratio criminis alicuius cozam alijs ſemper illicita eſt:niſi fiat ſm modum euangelice cozrectionis de qua habetur Matth.18.cap. ¶Si autem aliquis iſta crimina enarret cozam eo qui hec cozrigere debet.ſ.cozam iudice aut illa cozrigendozum criminum cauſa:aut liuoze motus vel ira aut alis enunciat.Si enim ſecundo modo ſemper illicituz eſt. ¶Si autem primo modo aut vera aut falſa enūciat.ſi falſa ſemper male agit.ſi vera aut ſunt talia que niſi cozrigerentur redūdarent in damnum reipublice ſm q; ſunt quedam crimina que faciūt ad magnum ſcandalum patrie vel perditionis eius.ꝛ in iſto caſu.quilibet tenetur enarrare crimina ei qui cozrigere illa pōt. alioquin peccat in rempublicam. Si autem ſint aliqua crimina que non redundant directe in damnum reipublice nec aliqō damnum iam ex eis ſequi poteſt cū ſemel tranſierint:non dz aliqs de talib⁹ cribus accuſare niſi fortaſſis ſit ille ad quē dānū vel iniuria ex hoc crie ꝓueniebat:qn̄ tunc accuſare poterit. vo

catur

Ⅿ

† Directio hois iudicis.

†

†

†

Ⅱ Impedimēta rectū iudiciū excludētia.

Qō. 7.

Ⅱ Qūo fauoz in iudicio aliqn̄ licz ſz n̄ acceptio ꝓſonarū.

Dupler lre expoſitio. Qūo intelligit q; iudex nō conſideret ꝓſonā pauꝑis.

†

† Preceꝑta ad oēs attinētia. Qui vocāt criatozes. Criatoz duo ſignificat.

† Qñ inconueniēs ē accuſare de crib⁹ ꝛ qñ homines ſcoganꝯ ad hoc.

catur autem hic criminator qui alicui crimina imponit siue vera siue falsa sint.s.q̄ quando cum aliquo loquitur obijcit ei crimina ad diffamandū eum.talis namq̄ homo dicitur esse omnibus odiosus.vel dicitur criminator qui publice crimina de aliquo narrat etiā si non sit presens ille de quo narrat. Utrunq̄ enim malum est.(Nec susurro in populis.) Dicit enim susurro ille qui occulte cr̄ia de alijs enunciat.ꝛ iste multū nocet: qñ eos quibus iste narrat ꝓuocat contra illum de quo ea refert: sed adhuc iste p̄sumit magis falsum dicere ꝛ ex peiori intentione moueri q̄ ille qui in publico profert.ꝛ hoc etiam facit hominem valde odiosum aliis.cauendum ergo est hoc. nam ꝛ criminatorem esse in aliquo casu cōueniens est. vt ostensum fuit nūc.esse tñ susurronē nunquā licet.(Non stabis contra sanguinem ꝓximi tui).i.nō voles occidere ꝓximū tuū: vel nō iūgeris illis aut fauebis qui ꝓximū occidere querunt.hoc enim est stare cōtra sanguinē,i.stare ad occidendū siue effundendū sanguinem. Ista oīa de iure nature sunt.cū ratio dictet ea sic fieri debere etiā si nulla lex de his posita sit.(Ego dominus).i.ego deus vester iubeo vobis hoc ꝛ possū iubere:qz oēs sūz.(Nec oderis fratrez tuū in corde tuo.) Hic ꝓhibet sola ira vel rancor qui est in animo ꝓter exteriorem penarum inflictionem.

D Maluz i corde.

Qō.8 A

Ira vel rancor quo ꝓhibeant in vete.tes.

¶Hoc est contra illos qui dicunt in veteri testamento nō fuisse ꝓhibitam intentionē:sed solum operationē.rancor tñ est aliquid in corde solū ꝓter vocem ꝛ exteriorē penarū inflictionez. Jō dicendū q̄ in lege veteri erat ꝓhibita intentio sicut ꝛ man⁹. qō apparet ex eo qō habet Exo.20.c.cuz prohibemur ꝛcupiscere vxorē alterius:cōcupiscentia tñ in solo actu interiori est.nam si accipiat ꝓ actu coeundi aliud ꝓceptū speciale ponit ibidē s.nō mechaberis.reducendū igit̄ est ꝓceptū illud ad solū actū mentis nostre. Jō dom q̄ in lege veteri ita ꝓhibebat actus interior sicut in lege noua:qz ille peccatū est in multis. imo nunq̄ est peccatū in opere exteriori nisi primo sit in actu interiori. tamē in lege noua magis exprimit de pctō qō est interiori actu q̄ in lege veteri.Lā est qz lex noua ē lex ꝓceptor ꝓfectionis.

Nota ꝫ multos dicentes solū ꝓhiberi exterior operatio.

A

¶Qñ aliquis tenetur declarare alteri in vultu odiū qō ꝫ ipsuz cōcepit:ꝛ qñ agit illicite declarando. Qō.9.

Sciendum aūt q̄ habere rancorē nō ꝓhibet hic simpliciter sed bēre in corde.nā si aliquis demonstret alteri in verbis vel in vultu non videt cōtra hanc legem agere:qz in hoc videt arguere eū de quo odium concepit. Et ꝓpter hoc aliqui iudei dicūt q̄ fratres ioseph iuste agebāt: qz non velabant tediū in corde sed manifeste demōstrabant ipsi ioseph non potentes ei pacifice loqui vt habet Gen.37.c.Sed hoc falsum est.nā cum aliquis cōcepit odiū de altero iuste non oz illud tenere in corde: sed magis reuelare ei de quo est vt sic satisfiat vel odiū tollat.ꝛ hoc intelligit hic.Si autē aliquis de altero concepit odiū irrōnabiliter non oz illud declarare: ſz magis intra se extinguere oz.magis enim peccat qui cōceptū odiū irrationabiliter in vultu vel in verbis monstrat q̄ qui in solo pectore tenet.cuz iam ex eo q̄ alteri vultum turbidū monstrat viā paret offensionis.Si autē intra se illud teneret sibi soli offē sus esset nulli alteri nocens.hoc autē est cū aliquis cōcepit odiū de altero:ꝛ scit non bēre se aliquā legitimā causaz cōcepti odij. tunc enim reuelare nō debet:qz tunc ꝓ nihilo alios offenderet. si tamē aliquis odium rōnabile cōceperit putans se iuste in alterū cōmoueri cōueniens est vt ei odiū suū monstret:aut saltē extinguat in corde:qz cuz monstratū fuerit patebit nullū esse ꝛ tūc tollet.Si autē subticeret ille q̄ conceperat tale odiū maneret in eo odiū illud cū semp se existimaret iustā odij fouere cām.ꝛ hoc incōueniens est.reuelandū ergo erit.¶De fribus aūt ioseph nō erat sic qñ ipsi sciebant se iniquā odij fouere cām cum ex sola inuidia mouerentur:qz ipse somniauerat de se aliq̄ magna futura.quibus auditis fratres cōcitabantur ꝫ euz in liuorē vt habetur Gen.37.ca.Lū ergo ipsi demonstrarent ioseph odiū suum qō iniuste conceperant deterius agebāt q̄ si illud occultassent.

An hic ꝓhibeatur ira vl odiū.

B

De trib⁹ ſpēb⁹ homīnū ira cūdoꝝ.

¶Sciendū autem q̄ cū hic dr nō oderis ꝓximū tuū:nō ꝓhibetur ira:sed odiū.nam ira dr esse quidā motus subitus factus in nā nra ex sanguinis ardore ꝛ iste nō ꝑmanet.odium vero dicit esse quedā ira inueterata manens in aīo que sine aliquo motu facto in natura iam ibi manet ꝛ istud nō ꝓprie vocat ira nisi large irā accepimus distinguentes sm aristotilē Ethi.li.4.in.c. de mansuetudine vbi ponit tres species.Primi dr esse acoroli.i.acuti.s.qui cito iascunt ꝛ de multis rebus etiam fine cā:ſz imediate cessant.isti aūt manifesti sunt ꝓpter velocitatē ꝛ motum factū in eis ꝛ ista est ꝓpria ira.Alij vocant amari ꝛ difficulter soluunt ab ira que in eis multo tēpore manet: tunc autez isti quiescunt cum punierint eos quibus irascuntur.quoniā punitio generaliter quietat impetum ire.isti enim in se magnam tristitiā habent:quoniā nullus poterit eam tollere:qz immanifesta est.ꝛ necessariū est magno tēpore manere ad hoc q̄ digeratur. Alij sunt qui vocant difficiles ꝛ isti iascuntur magis q̄ oportet ꝛ maiori tēpore:nec vnquā cessabunt ab ira donec puniant eos quibus irascuntur. Iste due species vltime.s. amarorum ꝛ difficiliū odiū continent quoniā sunt immanentes.accoroli autē non habēt odium sed irā velociter transeuntem ꝛ isti manifesti sunt:ideo non retinent in corde.patet qz de eis aristoteles dicit vbi.ꝰ.accidit autē ipsis hoc quoniā retinent iraz. sed redeunt vel manifesti sunt ꝓpter velocitatē:deinde requiescūt. de ira quātū que illius sunt dicemus Matth.5.c.(Sed publice argue).i.non teneas istam irā intra cor tuū:sed reuela illi de quo eā concepisti.s.petendo q̄ satisfaciat tibi ꝓ offensa vel dāno dato ꝓ quo odiū concepisti.ꝛ tunc si iniuria fuit ꝓpter quā iuste odiū cōciperet vel fiet satisfactio vel bēbit manifestā causam ꝓsequēdi iniuriā ille qui odiū ꝛceperat.etiā proficit vt ipe qui cōcepit odiū non torqueat magno tēpore.nā amari q̄ sunt in scōa specie iracūdoꝝ quādo intra se conceptā irā tenent graue aliquid tolerant ꝛ toto illo tēpore torquentur.Si autem aliquis reuelaret istud odiū ei de quo illud conceperat iaz nō maneret odium.etiā qz amici istius iracundi lenirent odium eius si illud cognoscerent.cum vero incognitū est hoc fieri nequit:Itez iste qui intra se concipit odium sibiipsi grauis est ꝛ amicis suis amarus atq̄ infestus donec odiū istud digestū fit. vt igitur nō maneat istud inconueniens bonū est reuelari odium.hoc tangit aristo.4.Ethico.c.de mansuetudine cū loquit de amaris dicēs graue habēt:ꝓpter nō manifestum.n.esse nec suadebit ipsis aliquis:in ipso autem digeri irā tēpore indiget.sunt autē tales sibi ipsis molestissimi ꝛ maxime amicis .alie ēt cause huius esse possunt que imediate tangunt cum dicit.(Ne habeas super illo peccatū).i.argue ꝓximū tuū publice vt nō pecces i eo.tollit.n. occasio peccandi in ꝓximū quādo publice arguit: qz ille q̄ ante non cognoscebat se odio bēri non obseruabat se ab eo q̄ illū odio bēbat ꝛ sic poterat ab eo incaute occidi:nunc autez obseruabit se ab eo.vel ex eo q̄ aliquis arguit aliquez publice recipit satisfactionē ꝓ iniuria.nā quēadmodū per realē punitionē ira cūdia aboletur:ita ꝛ per verba dura cōiecta in aliquē: qz tunc in verbis tot⁹ impetus ire exhalat.dicit autē. nec peccatū bēas sup illuz.i.si publicaueris odiū nō peccabis in eū quē odio bēs. accipit istud peccatū cor:qz in eo q̄ aliquis retinet irā fi iniuste cōcepta est peccat. cum vero illam exclauserit p redargutiones iaz nō peccat:qz nō tenet irā.Uel alio modo pōt intelligi ō peccato qō est i executione ꝓ inflictionē penarū.s.q̄ si aliquis semp tenēt odiū contra ꝓximū suū:aliqñ cōmotus illo odio euz occideret ꝛ esset hoc peccatū graue.si aūt arguerit eū publico iam cessabit ex hoc odiū ꝛ non insurget iste ad occidendū alterum: vñ ñ peccabit.(Et nō ḡras vltionē.) ᵇDic ponit alterū ꝓceptuz qō aliquo modo est de iure nature ꝛ aliquo mō de iure diuino.sed magis de iure diuino.naz sm iura humana pōt aliqs petere vindictam ꝛ permittit ei ista expetitio vltiōis q̄ ex odio procedit.qui igitur vltionez expetit charitatem non habet ꝛ in morte manet vt patet.1.Joannis.c.4.qui igitur prohibuit vetuit quoq̄ vltionis expetitionez.vnde dependet istud ꝓceptū ex superiori:qz supra prohibebat odium.hic autem vltionis expetitio interdicitur qñ illa ex odio procedit. ¶In quo cōsiderandū est q̄ vltio nō se extendit ad omnia mala inflicta sed solum ad iniurias:nā ꝓ damno dato vltio directe non expetitur sed satisfactio perditarū rex:nisi forte iniurie cum ipsis damnis illate sint.sed hic agitur de ipsis iniurijs ꝓprie sumptis ꝓ quibus vltio expetit:ꝛ banc dicit littera nō esse expetendā. Qō potest intelligi dupliciter.vno modo q̄ non querat aliquis vltionē.i.non appetat eam manibus suis qñ hoc esset cōtra iudicialem ordinē.ꝛ semp illicitum est. iudicialiter tamē satis poterat quilibet agere cōtra ꝓximū suum actione iniuriarum:immo iubebat deus q̄ si aliquis volūtarie alteruz occidisset nullo modo viueret:sed iudices tollerent eum de terra vt ꝫ Nume.35.ca.et Deutero.19.ca. Alio modo potest intelligi hoc.s.q̄ nō petat aliquis vltionē etiā cōā iudice:sed remittat ei qui iniuriam fecit.Et tunc cōsiderādū est q̄ accipiendo large iniuriā ꝓ omni malo quod infligitur siue sit damnū siue vera iniuria: dicēdū est q̄ qñcūq̄ dānum inflictum est:solū licet fieri expetitionem illius damni.s.q̄ plene satisfaciat.ꝛ hoc nō vetatur hic cum agatur de vltione:que est ad penarū inflictionem.Si aūt infera tur iniuria; tūc aut aliqs ꝓsequitur eā criminaliter aut ciuiliter

L Bonū ē ei q̄ hz odiuz publice reuelare arguēdo euz quē odit.

D ᵇ ꝓceptū parti ō iur nature p̄ti diuino. Scōz iura būana ꝛcedit petitio vltionis ſz nō ſz iura diuina q̄ fūdāt in cba ritate.

Qō.10 A

Qñ qs pōt licite ꝓsequi iniurias ꝛ qñ non.

B

Duplex lr̄a expō. Prima.

L

Scōa.

D

erat tantundem ꝛ quinta insup pars. ¶ Item ꝑz hoc: qz Nu. 5. c. dr. vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solēt hominibus accidere ꝛ per negligentiam trāsgressi fuerint mandatum dñi atq; deliquerint: ꝺfitebuntur peccatum suum ꝛ reddent ipsum ꝛ quintam partem insup ei in quem peccauerunt: ꝛ tñ peccatum fuit cōmissum hic ꝺtra illum cuius res sacra vsurpata fuit. ſ. ꝺtra sacerdotem. ergo illi soluetur quinta pars ꝛ tantundem. ¶ Item hoc apparet: qz sicut fuit aliq̄ peccatum commissum ꝺtra deum vel offensio ita fit satisfactio: qz datur aries pro peccato Leui. 5. c. ergo tantundem ꝛ quinta pars non respōdet ibi deo sed sacerdoti. ¶ Et ꝺfirmatur hoc: qz Leui. 5. c. distinguuntur ista. ſ. peccatum ꝛ dānum: ꝛ pro peccato redditur sacrificium: ꝛ pro dāno solutio estimationis cum quinta. sed peccatum semp committitur in deum: ideo in satisfactionem illius datur sacrificium pro peccato. restat ergo q̄ id q̄ nomine dāni datur alteri detur. i. sacerdoti cui illatum est. ¶ Dici potest dupliciter. vno modo q̄ daretur hoc totum. i. tantundem ꝛ quinta ꝛ etiam aries pro peccato deo. sed sacrificium proprie dabatur deo: qz erat ad bonorem ꝛ erat in satisfactionem offense. tantūdem autem ꝛ quinta pars: qz erant precium q̄dam dabantur sanctuario ꝛ cedebant in eius vtilitatem. ¶ Et hoc modo dicendum ad auctoritatem. 5. c. que videtur esse precipua q̄ dabunt sacerdoti quintam ꝛ tantundem. vt intelligatur non pro se sed pro sanctuario: qz illa lex intelligetur per istam: cum fit ista posterior ꝛ addat ad illaz. ꝛ hic dr q̄ dabit sacerdoti in sanctuario. i. pro sanctuario. Scō modo potest dici q̄ istud tantūdem ꝛ quinta pars dabant sacerdoti cui dānum illatum erat: ꝛ aries solus dabatur deo. Et q̄ñ dr hic q̄ dabit sacerdoti in sanctuario potest intelligi vno modo q̄ dabit in sanctuario. i. q̄ñ sacerdos fuerit in sanctuario: vt intelligatur q̄ qui se reus innuebat huius delicti satisfactione debebat: ꝛ ad hoc offerre dēbat arietem pro peccato ad ostium tabernaculi: qz ibi offerebantur omnia sacrificia. ꝛ tunc q̄ñ offerret arietem portabat secum estimationem ꝛ quintam partem insup dāni: ꝛ dabat simul sacerdoti cui offerebat arietez ꝛ ita omnia dabantur in sanctuario. Scō modo quantum ad hoc adhuc potest intelligi q̄ dabātur sacerdoti in sanctuario. i. pro sanctuario. ſ. q̄ dāni estimatio ꝛ quinta insup pars fit ad vsus sanctarij ꝛ non sacerdotis. ꝛ hoc q̄ñ dānum datum erat in rebus sanctificatis que ptinebant ad deum.

Duplicia erant sacrificia.

¶ Circa q̄ ꝺsiderandum q̄ sanctificata erant duplicia vt pz ō. sepe dictum. ſ. quedam que ad sacerdotes ptinebant de partibus sacrificiorz ꝛ oblationum: ꝛ alia que ptinebant ad deum. ſ. sanguis qui fundebatur ꝛ adeps qui cremabatur: ꝛ carnes quedam aliquorz sacrificiorum. q̄ñ autem delinquebant populares circa carnes sacerdotibus debitas que erant sanctificate: qz deo erat facta offensa offerebatur ei aries pro peccato. ꝛ q̄ñ sacerdotibus erat dānum datum soluebatur eis estimatio dāni ꝛ insup quinta pars. q̄ñ autem vsurpabantur a popularibus ea que erāt ꝺsecrata dño ꝛ cedebant ei: totum debebatur ei. ſ. aries pro peccato: qz ō eum fuit cōmissa offensa: ꝛ estimatio dāni cum quinta parte: quia ei datum est dānum eo modo quo dici potest dānum datum esse deo: sed qz deus non potest recipere precia rerum qz nec̄ illis indiget. ꝑs. 15. bonorz meorz non eges. iubebat dari sanctuario q̄ loco dei erat: sicut q̄ñ factum est fedus inter israelitas ꝛ deum fusus est sanguis aspergendo sup populum ꝛ debebat aspergi quoq; sup deum. sed qz deus incorporeus est ꝛ sanguine aspergi non potest: loco eius asperſus est liber legis ꝛ altare vt dr Exod. 24. c. ꝛ magis ad Hebr. 9. c. ꝛ lz istud esset difficile q̄ peccaret q̄s per ignorantiam circa carnes sanctificatas deo vt dictum est supra. tñ non erat impossibile: ꝛ ita q̄ñ accideret fieret sicut hic dicit. ¶ Dicendum inter istas duas opiniones q̄ aut erat delictū circa carnes sanctificatas deo que in eius partem ꝓueniebant: aut circa sanctificata que ꝓueniebant in partem sacerdotum. Si primo modo non erat dubium quin totum. i. estimatio ꝛ quinta pars debebant dari pro sanctuario ꝛ non sacerdoti. si autem delictum fuit circa sanctificata que cedebant in ius sacerdotis. est dubium an sacerdoti debeant dari estimatio ꝛ q̄nta pars vel sanctuario. ꝛ de hoc sunt iste due opiniones. vtraq; aūt satis potest sustineri. sed rationi magis ꝺsonat scḍa. ſ. q̄ sacerdoti deb̄ estimatio ꝛ q̄nta pars. ꝛ huic adhuc ꝺsonat q̄ dr Nu. 5. ca. vir siue mulier cum fecerint ex peccatis omnibus que solent hoibus accidere ꝛ per negligentiam transgressi fuerint mandatum dñi atq; deliquerint: ꝺfitebuntur peccatum suum: reddent ipsum caput ꝛ quintam partem insuper ei in quem peccauerunt: sin autem non fuerit qui recipiat dabunt dño ꝛ erūt sacerdoti: excepto ariete qui offertur pro expiatione vt fit placabilis hostia. ¶ Et sic apparet q̄ q̄ñcunq; ꝺstat de eo cui dānum datum est semper dr ei fieri restitutio estimationis ꝛ quinte partis: ꝛ deo dr dari aries pro peccato. Si autem non ꝺstaret cui erat res debita dabatur deo estimatio ꝛ quinta pars: non q̄dem vt cederet in vsus sanctuarij: sed vt esset sacerdotum. sed in presenti q̄ñ deliquerat quis circa sanctificata que ptinebant ad sacerdotem: ꝺstabat cui erat dānum illatum: ideo ei debebat dari estimatio ꝛ non sanctuario. nisi forte diceret q̄ alig̃ esset sibi scius q̄ comedisset de sctificatis: ꝛ nesciret cuius sacerdotis illa fuerāt debebat offerre arietem pro peccato ꝛ dabat dño estimationem ꝛ quintam partem: qz non erat qui reciperet. ꝛ sic dicebatur dari in sanctuarium: ꝛ postea cum semel ptineret ad sanctuarium volebat deus q̄ cederet sacerdotibus. ꝛ ita ꝺcordabit littera ista cum illa que dr Nu. 5. ca. ¶ Tenendo autem positionem aliam diximus q̄ qui delinquebat in sanctificatis pertinentibus ad aliquem sacerdotem specialiter non dicebatur dānum illi dedisse. ſ. sanctuario vel deo in cuius dede cus vsurpabantur sanctificata a psonis illegitimis. ꝛ ideo etiam si ꝺstaret de sacerdote ad quem sanctificata ptinuerant nō erat illi reddenda estimatio: sed sanctuario siue deo. ꝛ tunc faciebat deus q̄ illa ptinerēt ad sacerdotes: qz non relinquebant in vsuz sanctuarij. ꝛ hoc etiam modo ꝺcordabit littera ista que dicit q̄ dabitur sacerdoti in sanctuario. cum illa littera que dr ō. 5. ca. ſ. q̄ dabitur sacerdoti. non. ſ. illi cuius erant sanctificata: sed ei cuius manibus ꝺtingit ista offerri vt dr ō. 5. c. Nu. vel forte diuidebatur inter oēs sacerdotes. de quo ibi declarabitur. (Nec ꝺtaminabunt sanctificata filiorz israel.) Hoc potest legi dupliciter. vno modo per modum precepti. alio modo indicatiue. Primo modo est sensus nec ꝺtaminabūt sanctificata filiorz israel. i. caueant ne ꝺtaminent. Fiet aūt ista ꝺtaminatio q̄ñ illicite comeduntur. Alio modo potest intelligi indicatiue. ſ. nec ꝺtaminabunt sanctificata filiorz israel. i. si aliqs q̄ñ comederit de sanctificatis que non licet per ignorantiam dederit tantundem ꝛ quintam partem: non contaminabuntur sanctificata filiorz israel. Si autem non fuerit ista pena soluta cum comptum fuerit q̄ aliqs per ignorantiam comedit: iam ꝺtaminabunt sanctificata filiorz israel. Dicuntur autem ꝺtaminari sanctificata non q̄dem q̄ ipsa in se ꝺtaminationem recipere possint cuz sint res inanimate: nisi q̄s forte poneret ea in loco immundo: qz ibi esset realis ꝺtaminatio. sed dicuntur ꝺtaminari. i. ꝺtemni q̄ñ a nobis tanq̄ vilia ꝛ ꝺtemptibilia reputantur. sic pz Malach. ca. 1. cum dr. magnum est nomen meum in gentibus dicit dñs exercituum: ꝛ vos polluistis illud in eo q̄ dicitis: mensa dñi contaminata est: ꝛ id q̄ supponitur ꝺtemptibile cum igne qui illud denorat. Dicunt autem sanctificata non ꝺtaminari sed honorari q̄ñ tenentur in ea reuerentia qua teneri iussa sunt: ꝛ comeduntur ab eis dumtxat q̄bus hoc ꝓmissum est. Si vō sctificata irreuerēter tractant ꝛ comeduntur ab alijs q̄z q̄bus iussum fit iam pollata sunt: qz a nobis nihil reputantur. Sic autem est si aliqs per ignorantiam comederet de sanctificatis ꝛ ꝺdum ꝺstaret an comedisset de sanctificatis ꝛ ꝓpter hoc non subiret aliquam penam non erāt adhuc ꝺtaminata sanctificata: q̄ñ ignorabatur aliquid ō ea fuisse illicite ꝓpetratum. Si tñ aliquis per ignorantiam comedisset q̄q̄z ibi non essent sanctificata ꝺtaminata: si tñ postea cognosceret q̄ erāt sanctificata nisi pena ꝺpposita solueret ꝺtaminabant: qz hoc erat ac si volūtarie ab eo cui nō licebat comederēt. ꝛ hoc deus vetat hic. ſ. ne ꝺtaminent sanctificata filiorz israel. i. postq̄ cognitum fuerit de aliquo q̄ comederit sanctificata illicite ꝺdēnabitur ad hanc penam vt non ꝺtaminentur filiorz israel sanctificata. vel si legatur indicatiue. dr q̄ ꝺtaminabunt sanctificata filiorz israel. ſ. si q̄ñ cognouerint aliquez comedisse illicite de eis eum ad penam diffinitiuam ꝺdemnauerint. Si autem ꝺdemnare ꝺtempserint iam sacrificia pollata iudicantur. ¶ Sciendum q̄ ista littera potest referri ad populares vel potest referri ad sacerdotes. Referendo ad populares est sensus. non ꝺtaminabunt sanctificata filiorz israel. i. caueant populares ne comedant de sanctificatis: cum eis non liceat. vel non ꝺtaminabunt sanctificata. i. si ipsi populares comederint de sanctificatis per ignorantiam: ꝛ postea cognoscentes penam impositam soluerint nō contaminabunt sanctificata: quia isto modo tenentur in reuerentia que iussa est. Si autem cum cognouerint penam soluere neglexerint iam ꝺtaminabunt sanctificata: cum non existiment ea alicuius reuerentie. ¶ Alio modo pōt referri ad sacerdotes ſ. q̄ non contaminabunt sanctificata filiorum israel. i. caueant ne contaminent permittendo popularibus q̄ comedant de illis: quoniam tunc magis ipsi sacerdotes commaculant sanctificata

Duplex lre expō.

Quid sit ꝺtaminari sāctificata.

Notandum litterale.

cata q̄ populares: cum in eorum potestate sit q̄ seculares abutant̄ sanctificatis vel non abutātur. Uel alio modo non contaminabunt sanctificata. s. sacerdotes: si quando ipsi cognouerint q̄ aliquis comedit de sanctificatis per ignorantiam compellūt eum ad soluendum penam a lege diffinitam. Si tamen istam penam contempserint imponere: iam contaminant sanctificata non arbitrantes ea aliquid esse. ⁊ q̄d̄ista littera possit exponi tam de sacerdotibus q̄ de popularibus. conuenientius tamen exponitur de sacerdotibus: q⁊ dicitur. ⁊ non contaminabūt sanctificata filiorum israel: q⁊ filij israel vocantur populares prout distinguūtur contra sacerdotes. ¶ Si autez ista littera accipiēda foret de popularibus diceretur. ⁊ non contaminabunt sanctificata. sed non adderetur ibi filiorum israel: quoniam isti qui contaminant sanctificata necessario sunt distincti ex littera a filijs israel. s. a popularibus. significando ergo solos populares diceretur precise ⁊ non contaminabunt sanctificata: vel diceretur. ⁊ non contaminabunt sanctificata sua. s. ea que sanctificauerunt ipsi ⁊ obtulerunt domino. sed referendum est ad sacerdotes: ⁊ ipsi contaminant sanctificata filiorum israel inquantum permittunt populares comedere de illis: vel post̄q̄ comederūt non puniunt. ⁊ sic id quod filij israel sanctificant domino offerentes: sacerdotes commaculant illud comedi inhoneste permittentes: vel eos qui comederint post̄q̄ cognouerint comedisse non punientes. (Sanctificata filiorum israel que offerunt domino.) Dicuntur sanctificata filiorum israel que ipsi sanctificāt i. domino applicant: quoniam sanctum idem est quod domino applicitum. Et declaratur quomodo fit hoc: cum dicitur. que offeruntur domino. s. q̄ per oblationem ista sanctificatio fit. Alij autem modi sunt sanctificationis. s. per votum ⁊ per donationem vt. s. dictum est. nam q̄d̄q̄ non fit facta oblatio domino: tamen per donationem ⁊ votum erit facta renunciatio proprietatis ⁊ applicatio rei ad deum. ⁊ hoc est sanctificare. (Ne forte sustineant iniquitatem delicti sui cum sanctificata comederint.) Sensus littere huius pendet ex superiori: ⁊ sicut superior exponebatur indicatiue vel preceptiue: ita ista pōt intelligi. Si enim littera superior intelligatur preceptiue: tunc est sensus q̄ caueāt filij israel ne contaminent sanctificata. ⁊ hoc ne forte moriantur sustinentes penam pro peccato suo post̄q̄ comederint sanctificata. Si legatur littera superior indicatiue: est sensus ne contaminent sanctificata filiorum israel. i. facientes sic sicut. s. dictum est non contaminabunt sanctificata filiorum israel: q⁊ si forte contaminauissent nolentes imponere penam eis qui comederunt morerentur. Accipitur hic delictum dupliciter. vno modo pro omni peccato generaliter: siue fit in committendo siue in omittendo. ⁊ tunc potest referri ad vtrunq̄ sensum. s. positum. s. si israelite comedant scienter de sanctificatis. tunc enim sustinebunt penam peccati sui: q⁊ morientur. ⁊ ista commissio vocatur hic delictum. Uel potest accipi delictum pro omissione: q̄d̄ est proprium significatum. ⁊ tunc est sensus q⁊ israelite si comederint ignorantes de sanctificatis ⁊ postea cognoscentes se peccasse non curant soluere penam diffinitam delinquunt: q⁊ omittunt agere id ad quod obligantur. Idem autem si sacerdotes omittant punire israelitas peccantes in comestione sanctificatorum: vel si ignorantes fuerint ⁊ postea cognouerint. eodem modo si postea penam non imponant. pro quolibet enim horum mox infligi posset: ideo cauere debent israelite. (Ne sustineāt forte iniquitatem.) Ponitur sub dubio: q⁊ deus non semper puniebat ista peccata inflictione mortis q̄d̄q̄ mortem mererentur: sed aliquando puniret cum ei visum foret. (Iniquitatem delicti sui.) Dicitur iniquitas delicti. i. pena debita pro delicto. proprie autem iniquitas ipsa culpa est ⁊ significat factum ex malicia: ⁊ in hoc habet specialem rationem peccati. (Cum sanctificata comederint). i. cum israelite comederint de sanctificatis volentes morientur. vel si sacerdotes permiserint q̄ israelite comedant de sanctificatis ipsi morient cum israelitis post̄q̄ israelite comederint. vel si israelite ignorantes comederint ⁊ postea cognoscentes se comedisse non satisfecerint morientur cum comederint. i. post̄q̄ comederint ⁊ non satisfecerint. vel si sacerdotes sciuerint israelitas comedisse ignoranter de sanctificatis: postea vo cognouisse: ⁊ eos sine pena reliquerint etiam ipsi morientur cum sanctificata comederint. i. cum non correxerint israelitas comedentes sanctificata. (Ego dominus qui sanctifico eos). i. faciant israelite ista que dixi: q⁊ ego qui iubeo hec fieri sum deus qui iubeo eos esse sanctos vel mundos. sanctificare enim non accipitur hic pro facere sanctum vel mundum. sed pro iubere esse sanctum: sicut in superioribus declaratum est.

¶ Locutus est dominus ad Moysen dicens. Loquere ad Aaron ⁊ filios eius ⁊ ad omnes filios israel: dicesq̄ ad eos. Homo de domo israel: ⁊ de aduenis qui habitāt apud ✝ vos: qui obtulerit oblationem suam: vel vota soluens: vel sponte offerens: quicquid illud obtulerit in holocaustum domini vt offerat̄ per vos: masculus immaculatus erit ex bobus ⁊ ouibus ⁊ ex capris. Si maculaz habuerit nō offeretis: neq̄ erit acceptabile. Homo q ob/tulerit victimam pacifico⁊ domino: vel vota soluens: vel spōte offerens tam de bobus q̄z de ouibus immaculatum offeret vt acceptabile sit. Omnis macula nō erit in eo. Si cecum fuerit: si fractum: si cicatricem habēs: si papulas: aut scabiem: aut impetiginē: non offeretis ea domino: nec adolebitis ex eis super altare domini. Bouē ⁊ ouem aure ⁊ cauda amputatis volūtarie offerre ✝ potest: votum autez ex his solui non potest. Omne animal q̄d̄ vel contritis: vel tonsis: vel sectis ablatisq̄ testiculis est: nō offeretis domino: ⁊ in terra vestra hoc omnino ✝ ne faciatis. De manu alienigene non offeretis panes deo vestro: ⁊ qcquid aliud dare voluerit: q⁊ corrupta ⁊ maculata sunt omnia non suscipietis ea. Locutusq̄ est dominus ad Moysen dicens. Bos ouis ⁊ capra cuz genita fuerint: septem diebus erūt sub vbere matris sue. Die autez octauo ⁊ deinceps offerri poterūt dño. Siue illa bos siue ouis: non immolabuntur vna die cum fetibus suis. Si immolaueritis hostiaz pro gratiarum actione domino: vt possit esse placabilis: ✝ eodem die comedetis eam. Non remanebit qcquam in mane alterius diei. Ego dominus. Custodite mādata mea ⁊ facite ea. Ego dominus. Ne polluatis nomen meum sanctum: vt sanctificer in medio filiorū israel. Ego dñs qui sanctifico vos: ⁊ eduxi de terra egypti vt essem vobis in deum. Ego dñs.

Als ✝ eos Aial oblatū oz eē de masculis ⁊ mūdis.

Als ✝ potes Aial castratū nō pt offerri.

Als ✝ non.

Als ✝ eadē

Locutus est dominus ad Moysen. Dic ponit̄ secundaz principale huius. c. s. de administratione circa ea que sanctificata sunt. i. qualiter habere se debeāt israelite circa ea que sanctificāda sunt. s. circa ea que debent offerre: an sint licita vel illicita. (Loquere ad Aaron ⁊ filios eius ⁊ ad omnes filios israel.) Dic ponuntur persone ad quas dirigitur ista lex. s. ad sacerdotes ⁊ ad populuz. sed principalius pertinet ad sacerdotes. est enim ista lex communis sacerdotibus ⁊ popularibus: q⁊ tam sacerdotes q̄d̄ populares offerunt domino oblationes de facultatibus suis. ⁊ q⁊ ad offerentes partinet inquirere de mundicia vel immundicia animalium immolandorum: ad vtrosq̄ debet dirigi ista lex que de hac mundicia agit. principalius tn̄ ad sacerdotes q̄d̄ ad filios israel ptinent: quoniam ad israelitas solum pertinent ex vna parte. s. inquantum sunt offerentes. ad sacerdotes autem dupliciter pertinent. Primo in eo q̄ ipsi volunt offerre sicut populares. Scōo q⁊ sacerdotes debent ab alijs recipere animalia immolanda ⁊ iudicare de eis an mūda vel imūda sint: ⁊ sic ea recipe vel excludere. (Dō de domo israel). Dic ponit̄ lex q̄ cōis est tā eis q̄ nati sunt i iudaismo q̄d̄ illis q̄ ex gētibus aduenerūt. ⁊ primo oz obligari p istā legē dō de domo israel. i. dō natus de pgenie Jacob, ⁊ hoc siue de sa

M Delictuz dupliciter accipit.

N Iniqtas delicti qd sit.

O Quid obseruādū sit penes ea que sunt offerēda.

cerdotibus:siue de popularibus:aut de leuitis. nulla enim differentia in his est. (Et de aduenis qui habitant apud vos) .i. etiam obligantur ad hanc legem aduene.non vocantur hic aduene ipsi qui veniebant de gentilibus ad mozandum inter iudeos causa negationis exercende:aut propter alterius rei gratiam.s.terre vbertatem. propter has enim homines solent mutare sedes.nam nulli tales aduene inter iudeos permittebātur: sed omnes quotquot venirent ad habitandum inter iudeos cō pellebant accipere ritum iudaicum.ꝛ istos vocat scriptura aduenas:qz relicta terra sua ꝛ cultu deozum suozum venerunt ad colendum deum iudeozum. Isti autem circuncidebantur sicut ceteri iudei:ꝛ tunc licebāt eis ea que licebāt alijs iudeis.s.comedere pascha vt pz Exoð. 12.c. ¶Item obligabantur ad faciendum omnia que faciebant alij iudei vt pz ad Gala.ca.5.cum dicitur. si circuncidimini Ihesus vobis nihil prodest.ꝛ iterum. ego Paulus testificoz omni homini circuncidenti se q̄ vniuerse legis faciende debitoz sit. ad hos ergo sicut ad israelitas lex proferri debet de obseruatione cerimoniarum in offerendo. (Qui habitant apud vos).s.q̄ isti aduene habitant apud israelitas.i.in terra eozum:quoniam veniebant de terra sua vt habitarent inter israelitas ꝛ colerent deum eozum. (Qui obtulerit oblationem suam.) Hic ponit determinatio oblationum quantum ad serum.ꝛ hoc in quibusdam oblationibus.s.in holocaustis:quoniam iubentur offerre pecora masculina. Ponitur autem hic oblatio generaliter pro oblatione que est holocaustuz: ꝛ que est hostia pacifica: ꝛ que est pro peccato:ꝛ tamen solum agitur immediate de holocausto:deinde vō de hostia pacifica. (Uel vota soluens vel sponte offerens).s.si israelita vouit domino dare vnum animal ad holocaustum compellebatur dare masculinum. idem si offerret sponte holocaustum. Istis enim duobus modis potest holocaustum offerri. ꝛ sequitur.j.q̄ erit masculus immaculatus.

¶An obligetur semper soluere masculum in holocaustum qui vota soluit vel sponte offert.Et de diuersitate votoruz quomodo aliqua sunt determinata alia indeterminata. Qō. 18.

Circa hoc est querendum quomodo dicatur q̄ si aliquis soluerit vota dz offerre masculum in holocaustum: quoniam primo videtur q̄ non obligetur aliqs offerre masculum:qz tunc daretur q̄ nunq̄ offerretur femella. sed falsum est:qz aliquando offerebant femelle vt pz.ē.3.et.4.ca. ¶Item non videtur conuenienter dictum s.q̄ qui vouerit quando vota soluerit debet offerre holocaustum. nam videt q̄ posset aliqs offerre hostias pacificas:vel p peccato. ¶Respondendum est ad primuz quando dicitur q̄ qui offert soluēdo vota debet offerre masculum.non enim est intelligendū q̄ ista vota sint indeterminata:vtpote si aliquis dicat: ego voueo deo vnum animal:aut voueo deo aliquid offerre. sed intelligit determinatio modi oblationis.s.an dicatur. ego voueo deo offerre holocaustum:vel hostias pacificas:vel sacrificium pro peccato. sed intelligendum q̄ fuerit factum votum cum determinatione certi sacrificij:vtpote q̄ dicat.ego voueo hostiam pacificam vel pro peccato vel in holocaustum.Si enim primo modo indeterminate voueretur aliquid:erat soluendum iuxta voluntatem offerentis vt si diceret.voueo domino vnuz animal: poterat offerre vnū q̄cūq; voluisset dumtamen esset de immolaticijs.Sed secundo modo cum dicitur, offero domino vnum animal in holocaustum determinatur ad certum serum:qz q̄q̄ non dicat animal masculinum vel femininum:tamen intelligitur q̄ erit masculinum ꝛ non poterit offerre nisi masculinum: qz inducitur hoc ex lege holocausti.s.q̄ semper offerantur masculi de quacunq; specie animalium offerantur vt pz.ē.1.capi. ¶Queretur quid si aliquis offerat vouens seminam in holocaustum dicēs.ego voueo istam ouem:vel istam capzam in holocaustum. ¶Respondetur q̄ istud votum stare non poterat qz erat contra legem. determinabat enim lex semper in holocaustis esse masculos offerendos:ideo cum in voto isto constet vouentem voluisse facere holocaustum qō non repugnat legi:ꝛ se ad hoc astrinxisse per votum: modus explendi holocaustum tam non dependet ex voluntate vouentis:sed ex determinatione legis.ꝛ quia lex iubet masculum offerri in holocaustum q̄q̄ iste vouerit seminam:qz tamen holocaustum vouit cogetur offerre masculum quem lex iubet. ¶Ad alterum autem argumentum quando dicebatur q̄ qui simpliciter vouit non obligatur magis ad holocaustum q̄ ad victimas pacificas q̄ ad sacrificium pro peccato. sed hic ponitur q̄ soluens vota debebat offerre masculum in holocaustum. ¶Respondeudum est sicut.ē. dicebatur q̄ qui offerebat sicut hic dicitur primo determinans se quantum ad genus sacrificij .s. q̄ ad holocaustum: sed non quantum ad serum animalis: vt diceretur voueo offerre vnum animal in holocaustum.tunc enim qz lex determinabat animalia immolanda in holocausto q̄q̄ vouens non exprimat serum intelligitur,lex tamen determinat nos magis ad vnuz modum obligationis q̄ ad alterum:ideo si aliquis voueat absolute dicens.ego voueo offerre deo vnum animal:non magis tenetur ad masculum q̄ ad feminam:nec magis ad holocaustum q̄ ad victimas pacificas q̄ ad hostias pro peccato:sed erat liberum offerre quod voluisset vouens. Idem si vouerit aliquis dicens.ego voueo vnum animal masculuz nihil vltra adderet:nō intelligebatur magis de holocausto q̄ de alijs generibus sacrificiozum.Si autem voueatur holocaustum etiam si non voueatur aliquod animal intelligitur esse promissum animal masculinum:vtpote si aliquis dicat,voueo holocaustuz nihil vltra dicens.tunc enim erat obligatus ad offerendum masculum: quia omne holocaustum de animalibus fit.ꝛ tunc aut fit de auibus: aut de quadrupedibus.si autez fiat de auibus fiet eo modo quo dicitur.ē. 1.ca.s.de turturibus:aut pulliz columbe.Si autem de quadrupedibus offerref necessario masculus de bobus vel auibus aut capzis:qz in his tribus fiebat solum holocaustum.si tamen aliquis voueret facere holocaustum nihil vltra exprimēs non obligabatnr determinate offerre de arietibus : vel capzis: aut bobus. Si autem esset determinatio illud erat ad qō obligabatur.sed in determinatis erat electio in ipso vouente. (Uel sponte offerens.) Dicitur hic q̄ sponte offerens debebat in holocaustum offerre masculum immaculatum. Hic enim posset fieri argumēta que.ē. fiebant,sed iam ad ea respōsum est. ¶Sed adhuc aliqs dicet q̄ inconuenienter dz debere offerri semp masculum imaculatum in holocaustum in spōtaneis sacrificijs.nā preter holocaustum est victima pacifica ꝛ sacrificium pro peccato. ¶Si aūt hoc staret daretur q̄ nunq̄ haberet locuz sacrificium pro peccato ꝛ victima pacifica:qz omne sacrificiuz aut est voluntariuz qō vocatur spōtaneum.aut est necessariuz qō vocatur votiuum. sed dicitur q̄ si aliquis offert sacrificium vota soluens vel sponte offerens dz offerre holocaustum. ꝛ si aliquis offerat sacrificium sponte offerens debet offerre holocaustum. ergo nō manebat locus pro sacrificio pacifico vel pro peccato. ¶Respondendum est q̄ sacrificia erant tria:ꝛ cuilibet erat licitum offerre qō maluisset de eis.cum autem dicitur hic q̄ sponte offerens vel vouens offert holocaustum dans animal masculinum.dicenduz est q̄ non est iste sensus nec ordo littere:sed intelligitur q̄ omnis homo offerens holocaustum siue illud offerat ex voto.s.q̄ vouerat holocaustum:siue ex volūtaria operatione dz offerre masculum.Si tamen accipiatur offerens per se ita vt dicatur,qui offert aliquid sponte vel ex voto debet offerre holocaustuz ꝛ animal masculinum.falsum est:ꝛ hoc significat littera cum dicitur,qui obtulerit oblationez suam vel vota soluenz vel sponte offerens:quicqd illud obtulerit in holocaustum masculus erit.i. quicquid offerre voluerit ad holocaustum erit masculus:ꝛ non dicitur, quicquid obtulerit erit holocaustum ꝛ masculus.(Quicquid illud obtulerit in holocaustum domini.) Hic declaratur quomodo istud votum non erat indeterminatum sed limitatum ad speciem sacrificij:qz dicitur quicquid:qz siue masculum siue feminam aliquis vouisset tenebatur semp masculuz dare. ꝛ sic exigit lex holocausti.ꝛ sic pz questio que ante proponebatur si aliquis vouisset feminam in holocaustum.ꝛ dicitur q̄ quicquid obtulerit.i.siue sit masculinum siue femininum qō offerens vouerit ꝛ offerre voluerit:semper dabit masculuz. Alio modo etiam accipitur quicquid illud obtulerit.i.de quacunq; specie:quoniaz fiebat holocaustum de tribus speciebus.s.de bobus:ouibus:ꝛ capzis vt pz.ē.1.ca.ꝛ hic. ¶Si ergo aliquis diceret voueo offerre holocaustum de capzis:vel arietibus:aut bobus:semper masculus esse debebat. (In holocaustum dñi.) Hic determinat genus sacrificij q̄tum ad ipsum offerētē.s.holocaustū:ita q̄ ipse offerēs vouerit aligd in holocaustū.qō pz:qz dz.gcgd illud obtulerit in holocaustū dñi.i.ad holocaustum. (Ut offeratur per vos.) Loquitur Moyses ad sacerdotes.s.q̄ ipsi offerebant sacrificia israelitar. ¶Sed dicet aliquis quomodo hic dicitur q̄ sacerdotes offerunt: cum dicatur ē.immediate q̄ israelite offerant,ꝛ referē ad eandem rem oblatam.s.quicquid offerre voluerit israelita.ꝛ hoc vt per vos offeratur:ꝛ sic circa eandem rem vtriq; attribuitur oblatio. ¶Dicendum est q̄ quelibet res oblata bis offeratur. Primo enim offerebat eam vulgaris sacerdoti presentans eam in sanctuario:deinde

Determinatio oblationū q̄tū ad serum.

Responsio ad quesitū.

Dubium.

Responsio.

Obiectō

Que fūt hostie spontanee regrētes masculum.

Rñsio

Quō votū ad sacrificij spēz erat limitatū

Dubiuz litterale.

Rñsio.

rio:deinde offerebat eam sacerdos coram domino in ostio tabernaculi ⁊ faciebat cerimonias eius:immolando ⁊ cremando qō super altare cremandum erat. De prima oblatione dicitur ē.s.quicquid obtulerit in holocaustum s.popularis.De secunda dr̄ immediate vt per vos offeratur .s. q ipsi sacerdotes postea offerebant domino cum accepissent ab israelitis. (Masculus immaculatus erit.) Hic ponitur determinatio sexus animalis in holocausto .s. q semper erit masculus: femina autem offerri nunq̄ poterat in holocaustum. ¶Aliqui enim arguunt contra hoc q in hostijs spontaneis non semper offeratur masculus:qz hostie pacifice sunt spontanee vt habetur .ē.c.7.⁊ tamen in eis licet offerri masculum vel feminam indifferenter. ¶Respondendum q non dicitur fm eos sponte offerre qui pro aliqua causa speciali offert:sed gratis. hostie autem pacifice sunt:vel pro beneficijs specialiter suscepti⁹ a deo vel pro petitis vt suscipiantur ad hoc q aliqua naturalis obligatio inducatur que non causatur in non suscipiente talia. ideo pacifica oblatio proprie spontanea non dicitur nisi largo modo prout omnes oblationes preter votiuam spontanee dicuntur ⁊ preter illam que pro peccato est. illa vō oblatio que ad solum dei honorem dirigitur ⁊ non ex aliqua alia causa spontanea dicitur. Unde holocaustus qō ad solam dei laudem offertur in hoc soli masculi offerebantur vt p3.ē.1.ca. ⁊ sic est intentio istorum q solum dr̄ hostia spontanea holocaustum. ¶Sed hoc nō stat.nam si ideo dicant hostiam pacificam non spontaneam:qz pro aliqua causa est. eodez modo dicēt hostiam holocausti esse non spontaneam:qz est ad remissionem peccatoꝝ proficiens vt p3.ē.1.cap. Sed ipsi vocant eam spontaneam. ergo non potest stare. ¶Item littera distinguit hic oia sacrificia per duo membra opposita.s.an sint votiua qō est esse necessaria : an spontanea qō est esse totaliter voluntarium.ergo op3 q non solus per ista duo membra intelligatur holocaustum:sed etiam intelligātur omnia alia sacrificia. Isti tamen obligant se ad hoc propter non intelligere litteram.existimant enim q omnis oblatio votiua ⁊ spontanea debeat habere masculum.s.q quandocunq̄ aliquis vouerit animal etiam si nihil exp3imat vltra o3 dare masculum.⁊ quandocunq̄ fecerit sacrificium spōtaneum cogatur offerre masculum. sed hoc est qz non intelligunt litteram. nam si ideo dicunt semper offerendum esse masculum quandocūq̄ est sacrificium votiuum vel spontaneum:ita dicent q omne sacrificium erit holocaustum:quoniam dicitur q quicquid vouerit vel sponte obtulerit in holocaustum domini ⁊c̄. Sed falsum est:qz preter holocaustum sunt alia sacrificia. ¶Dicendum ergo q hic non intelligitur de omni sacrificio votiuo : quoniam tunc daretur q nullus posset vouere nisi masculum quod erat tollere libertatem in vouendo : ⁊ nimis distrahere homines a cultu dei. Item valde irrationabile est : quoniam quando aliquis offert sacrificium pacificum potest offerre femellam vt p3 ē.3.ca.ergo si vouerit offerre sacrificium poterit offerre femellam.⁊ sic non erit omne sacrificium votiuum de masculis:alioquin dabitur q nemo possit vouere sacrificium pacificum.qō est absurdum:quoniam si posset vouere illud posset vouere femellam.vel dabitur q si aliquis vouerit pacificum sacrificium non possit reddere pacificu⁹ sed holocaustum:quod adhuc absurdius est.p3 consequentia:vt si aliquis vouit sacrificium pacificum fm cerimonias eius dando femellam satisfacit : ⁊ tamen si vouendo obligatur dare masculum dabitur q non permaneant iam cerimonie libere sacrificij pacifici : sed cogatur vouens ad alias cerimonias que non sunt sacrificij pacifici. ¶Jō dicendum q non accipitur sacrificium votiuum pro omni votiuo.potest enim quis vouere holocaustum vel pacificas victimas vel pro peccato. sed accipitur sacrificium votiuum cum determinatione.s.q aliquis vouerit facere holocaustum.⁊ tunc dato q non determinauerit animal necessarium est vt offerat masculum : non ex natura voti sed ex lege holocaustorum:ipsa enim semper requirunt masculum vt p3.ē. 1.capi. ¶Similiter autem de sacrificijs spontaneis dicendum est q in omni genere sacrificioꝝ potest esse aliquid spontaneum:vt q sit aliquod holocaustum spōtaneum ⁊ aliqua hostia pacifica spontanea similiter ⁊ aliqua victima pro peccato:q̄q̄ sacrificia pro peccato sunt determinata fm certa genera peccatoꝝ vt p3.ē.4.et.5.cap. ⁊ quantum ad hoc sunt coacta.potest tamen aliquis spontanee offerre sacrificium pro peccato:vt si quis non existens sibi conscius alicuius specialis peccati pro quo teneatur offerre offert pro peccatis suis in generali. erit ergo hoc spontaneum.Et magis adhuc p3: quoniam votiuum ⁊ spontaneum opponuntur, quot modis ergo dicitur vnum tot modis dicitur alterum fm regulam Aristo.2.thopi.Sed votiuum dicitur de omnibus sacrificijs.ergo modo eodem dicitur spontaneum.antecedens p3: qz aliquis vouebit holocaustum vel pacificam hostiam vel pro peccato. ergo omnia ista spōtanee offerre poterit. Sed in istis aliquando offeruntur femelle.ergo spontaneum sacrificium nō est semper de masculis. ¶Item patet hoc quoniam tunc nunq̄ daretur q aliquis offerret nisi masculum:cum omnia sacrificia aut spontanea aut votiua sint. ¶Sed dicēdum est q accipitur spontaneum pro eo solum quod cum determinatione offertur. nam potest aliquis offerre spontaneas hostias dando femellam: sed si offerre velit hostias spontaneas in holocaustum non potest dare nisi masculu:qz sic determinatur ex lege holocaustoꝝ: ⁊ isto modo intelligitur hic littera cum dicitur. quicquid illud obtulerit in holocaustum domini.i.q ista offerrentur pro holocausto. ¶Q̄ autem in holocaustis offeratur solum masculus: causa est quoniam inter sacrificia nullum est quod ita directe tendat in deum sicut holocaustum. nam sacrificium pro peccato est directe ad peccatorum remissionem. Sacrificium autem pacificum est ad aliquid obtinendum:vel pro aliquo iam obtēto.sacrificium tamen holocausti est ad laudem dei directe.deus tamen in rebus suis vult perfectionez.sexus autem masculinus est magis perfectus:cum femina appetat esse viruz:⁊ sit femina fm Aristoꝯ.vir occasionatus.debent ergo dari animalia masculini sexus. in alijs aūt sacrificijs que nō pertinent ad deum ita directe non differt an masculus vel femella offeratur. (Immaculatus erit).i.talis masculus oblatus carebit oi macula.q̄q̄ in hoc differentia est:qz in quibusdam sacrificijs requiritur magis mundicia q̄ in alijs. que autem sint macule repellentes ab omnibus sacrificijs:⁊ que sunt macule repellētes a quibusdam ⁊ nō ab alijs immediate.j.babetur in littera. (Ex bobus:ex ouibus ⁊ ex capris.) Ponuntur ista tria genera vel modi animalium: qz de his tribus poterat fieri quodlibet genus sacrificij:⁊ preci pue ponitur in holocausto vt p3.ē.1.ca.vbi declaratur de quolibet istorum animaliuz quomodo deberent in eo fieri cerimonie.Quando autem aliquis vellet vouere holocaustuz: liberum erat sibi vouere de quo voluisset.Si autem voueret indeterminate dicens.ego voueo vnum animal in holocaustum:q̄q̄ necessarium esset q offerretur masculus fm regulam que data est hic:tamen in electione offerentis erat an vellet dare de bobus: vel ouibus:aut caprijs.(Si maculam habuit nō offeretis.) Que autem macula sit non potest sic distingui vniuersaliter. sed fm genus sacrificioꝝ ita distinguebantur diuersi modi maculaꝝ excludentium vt p3.j. Cum autem reperiretur macula in animali non poterat offerri:ideo ipsi qui offerebant diligenter cauebant ne essent alique macule in animali offerendo.⁊ cum ipsi inquisiuissent sacerdotes quoq̄ respicientes identidem inquirebant ne esset aliquod animal maculatū.⁊ si otingeret q postq̄ animal immolaretur reperiretur q erat maculatum non offerebatur sanguis eius nec cremabatur aliquid de eo super altare. ⁊ si forte sanguis esset effusus ad expiandum non cremabantur carnes:quoniam postq̄ constaret animal esse immundum quicquid superesset de sacrificio non deberet compleri: quoniam si compleretur videretur voluntarie offerri id quod maculatum erat.⁊ hoc est incōueniens.(Nec erit acceptabile.) i.animal maculatum non debet offerri:⁊ si contingat q offeratur deus non acceptat illud.⁊ non solum non acceptat:immo si aliquis obtulerit non meretur aliquid pro oblatione:⁊ propter hoc ipse qui offert peccat : ita q melius esset sibi non obtulisse q̄ offerre.de hoc habetur.ē.7.ca.cum dicitur. siquis de carnibus victime pacificoꝝ die tertio comederit irrita fiet oblatio nec proderit offerenti: quin potius quecunq̄ anima tali se edulio contaminauerit preuaricationis rea erit. hoc autem erat qz transgrediebatur cerimonias sacrificiozum pacificozum:⁊ ita est in omnibus alijs q quandocunq̄ aliquis obtulerit aliquod alterum sacrificium ⁊ scienter in omnibus cerimonijs peccauerit oblatio est irrita : ⁊ preter hoc ipse offerens valde peccat. (Domo qui obtulerit victimaz pacificozum domino.) Supra ponebatur quedam regula circa oblationez bolocaustorum.hic ponuntur alie circa oblationem hostie pacificorum . ⁊ ponitur hic qualis debet esse hostia p:cifica. Dicitur autem fm genus sacrificiozum hostia pacifica a pace pro qua fit : aut fit ad aliqd acquirendum:aut fit pro re acquisita.Si fit ad aliquid acquirendum vocatur a pace habenda. nam quando aliquis vult habere aliquid considerat q non potest habere nisi deo propitio : quoniam totus gerendarum rerum ordo deo agente di-

Qō. 19. A An sacrificiū spōtaneū p:tineat ad vnū genus.s.bolocaustorū vl oia sacrificia possit eē spontanea vl votiua. ¶Riſſio. aImpro batio.

Doct.responsio.

Nullum sacrificiuz in deum directiuz tendit bolocausto

sponiē; quez si aliqs habeat sibi aduersum non ꝺsequet qō intē dit. ideo vt habeat finem intentum opz vt deum sibi pacificum habeat. ⁊ tunc ꝺicitur offerri pro hostia pacifica. ſ. vt deus placatus sit ⁊ tribuat quod petitur. ¶ Aliquando autem aliquis acquisiuit bonum quod intendit: ⁊ tunc quia hoc fieri non poterat nisi deo dirigente pro tali bono accepto hostia pacifica offertur. ⁊ ista ꝺicitur ad gratiarum actiones. ista autem hostia pacifica ꝺistinguitur in duas. ſ. in votiuam ⁊ in spōtaneam. ⁊ hoc pz cum ꝺicitur. (Uel vota soluens vel sponte offerens.)

Ex hoc pz qō ō. ꝺicebatur. ſ. qꝺ hostia votiua ⁊ spontanea non semper limitantur ad holocaustum: sed aliquando ad alias oblationes. ¶ Aliqui tamen ꝺixerunt hostiam votiuam ⁊ spontaneam semper esse holocaustum vt pz ex supra ꝺictis. ⁊ hoc vt poneret in omni oblatione spontanea ⁊ votiua offerri masculum sicut offertur in holocausto. Sed falsum est qm̄ hic eodem mō ꝺistinguit circa hostiā pacificā. nā sicut. ō. ꝺicebat holocaustū aliqn̄ esse spontaneū ⁊ aliqn̄ votiuum: ita ꝺe hostia pacifica ꝺz qꝺ aliqn̄ sit spontanea ⁊ aliqn̄ votiua. ⁊ sic non est aliq̄ ꝺifferentia in holocausto ⁊ victima pacifica quātuz ad hoc qꝺ est esse spontaneum vel votiuum. ¶ Ꝺz autez ꝺistinguat hostia pacifica per votiuum ⁊ spōraneum tanq̄ per duas partes suas apparet: qz ꝺz hic. qui obtulerit victimam pacificoꝝ vota soluēs vel sponte offerens. ergo victima pacifica aliqn̄ offert soluendo vota ⁊ aliqn̄ offerendo sponte. Et si aliqs adhuc velit ꝓteruire ꝺicens qꝺ non ꝺiuidit hic hostia pacifica per votiuam ⁊ spontaneam: sed sunt ista tanq̄ tres partes inter se ꝺistincte: ita qꝺ ꝺistinguit hostia pacifica a votiua ⁊ a spontanea. Ꝺōm est qꝺ nō pōt stare. qz. ō. 7. c. vbi agit ꝺumtaxat de hostia pacifica ꝺistinguit per spontaneam ⁊ votiuam. qō pz qz ꝺz. hec est lex hostie pacificoꝝ que offert ꝺño: si pro gratiaꝝ actione fuerit oblatio offerent panes ⁊c. ⁊ postea ꝺz. si voto vel sponte q̄q̄ obtulerit hostiam eadem similiter ꝺie comedet: sed ſigd in crastinum remanserit vesci licitum est. Ecce qualiter ꝺistinxit hostiam pacificam in votiuam ⁊ spontaneam. ¶ Et si aliquis ꝺicat qꝺ ista ꝺistinctio non ponitur ibi de hostia pacifica sed de aliqua alia hostia incidentaliter. non pōt stare qz littera immediate ꝺeclarat. In littera nāq̄ preallegata ꝺicebat qꝺ comederet hostia spōtanea vel votiua in primo vel scō ꝺie ⁊ qꝺ non comederet in tertio. immediate aūt segtur eadem sīla ⁊ ꝺz. figa de carnibus victime pacificoꝝ ꝺie tertio comederit irrita fiet oblatio. ⁊ sic pz qꝺ ad hostiam pacificam referebat esse votiuam vel spontaneam. ¶ Item pz hoc qz ꝺz in eadem littera. si voto vel sponte q̄q̄ obtulerit hostiam eadem comedet ꝺie. tunc querit ꝺe ista hostia spontanea vel votiua: an esset holocaustum vel hostia pacifica. Si autem ꝺz qꝺ est hostia pacifica bz intentum ſ. qꝺ hostia pacifica ꝺistinguit per votiuam ⁊ spontaneam: qō illi negabāt. Si autem ꝺicatur qꝺ ista hostia spontanea vel votiua sit holocaustum. non potest stare qm̄ holocaustum non comedit ab aliquo: sed totum cremat in altari. ſ. carnes: ⁊ intestina: ⁊ pedes ⁊ caput vt pz. ō. 1. ca. ꝺe hostia que pacifica ⁊ spontanea ꝺz qꝺ eadem comedet ꝺie vt pz. ō. 7. c. ergo est impossibile itelligi ibi de holocausto sed de hostia pacifica. illi tñ ꝺicebant qꝺ spontanea vel votiua solum est holocaustum. apparet ergo qō intendebat ſ. hostiam pacificam ꝺiuidi per votiuam ⁊ spōraneam sicut holocaustum. ⁊ hoc intendit hic littera. ¶ Sed adhuc aliqs queret quare ꝺistinguitur hic hostia pacifica solum per spontaneam ⁊ votiuam: qz. ō. 7. c. vbi agit ꝺe lege pacificaꝝ hostiaꝝ ꝺistinguitur in tres partes. ſ. in hostiam pro gratiaꝝ actione ⁊ hostiam votiuam ⁊ spontaneam vt pz ibi in littera. ¤ ¶ Respōdendum est qꝺ ꝺiuidi in votiuum vel spontaneum est prima ꝺiuisio hostie pacifice: ⁊ non solum huius sed etiam oium aliaꝝ. qm̄ autem ō. 7. c. ꝺistinguit hostia pacifica per votiuam ⁊ spōtaneam ⁊ pro gratiaꝝ actione non est ꝺecens ꝺiuisio. non enim fit per opposita fm regulam bonaꝝ ꝺiuisionuz: qm̄ hostia pro gratiaꝝ actione aut est spontanea aut votiua. impossibile est enim fugere ista duo membra. ⁊ ipsa hostia ꝓ gratiaꝝ actione sub vtroq̄ cadere potest q̄q̄ magis ꝓprie sub parte hostiaꝝ spontaneaꝝ Ideo si aliqs vellet recte ꝺiuidere hostiam pacificam ꝺeberet sic ꝺiuidere. Hostiaꝝ pacificaꝝ quedam sunt pro pace ꝺebenda. alie sunt pro gratiaꝝ actione. Si autem sint pro pace ꝺebenda. quedam sunt spontanee ⁊ quedam votiue. Si autem ꝓ gratiaꝝ actione eodem modo quedam sunt spontanee quedam votiue. Ꝺz exemplum haꝝ: vt si aliqs ꝺicat ego voueo offerre ꝺomino hostiam pacificam vt ꝺet mihi qō opto. ista est hostia pacifica pro pace ꝺebenda ⁊ votiua. Si autem aliqs ꝺicat ego offero ꝺño istam ouem vt ꝺet mihi qō opto: est hostia pacifica ꝓ pace ꝺebenda ⁊ spontanea. Si autem qs ꝺicat ego offero ꝺño istam hostiam pacificam qz ꝺedit mihi qō ꝺesiderani: est hostia pacifica pro gratiaꝝ actione ⁊ est spontanea. Si autem ꝺixerit ego voueo offerre ꝺño arietem qz ꝺedit mihi qō ꝺesiderabam: est hostia pacifica pro gratiarum actione ⁊ votiua. Ista enim est ꝺecens ꝺiuisio fm modum ꝺiuidendi logicoꝝ. Sacra tñ scriptura interdum non curat ꝺe modis ꝺiuisionum: ꝺumtñ ꝺequaꝫ intentum rez. sic autem erat. ō. 7. c. qm̄ hostia pacifica que est pro gratiaꝝ actione ꝺicet magis applicari ad hostiam pacificam spontaneam: qz est pro re iam facta. Hostia autem pro pace ꝺebenda non magis applicaꝫ ad victimas pacificas que sunt votiue q̄q̄ spontanee: ideo qm̄ ꝺixit ꝺe hostia pro gratiaꝝ actione non exꝓessit an esset votiua vel spontanea: qz magis applicatur ad spontaneam. cum vō ꝺixit ꝺe hostia pro pace ꝺebenda ꝺixit si esset spontanea vel votiua: quia indifferenter applicatur ad alterutram.

¶ Cum hic ꝺetur regula ꝺe hostijs pacificis: quare non ꝺatur regula ꝺe hostia pro peccato. Qō. 21.

Sed adhuc aliqs queret cum hic ꝺetur regula ꝺe hostijs pacificis spontaneis siue non coactis: quare non ꝺatur regula ꝺe hostia pro peccato. ¶ Respondent qꝺam qꝺ intentio legislatoris est ꝺare hic regulaz ꝺe hostijs pacificis spontaneis: siue nō coactis. hostia autem pro peccato erat magis coacta q̄q̄ omnes alie. ergo ꝺe ea mentio facta non est. pz hoc qm̄ holocaustum magis voluntarium est: cum ex sola voluntate offeraꝫ ⁊ sacrificium pro peccato offert in necessitate mandati. Et hostia pacifica est magis voluntaria q̄q̄ sit victima ꝓ peccato. nam lz ea que est pro gratiaꝝ actione fit ex quadam naturali obligatione pro suscepto beneficio: tñ nemo ad illam compellit: qz obligatio illa naturalis inter benefactorem ⁊ benefactum vigorem ex lege naturali bz solum ⁊ non expositiua. sed sacrificium pro peccato ex lege positiua obligationem habet. Itez sacrificium qō per votum fit adhuc magis spontaneum est q̄q̄ sacrificium pro peccato: qm̄ sacrificium pro voto q̄q̄ necessarium sit postq̄ votum emissum est: tñ anteq̄ emittaꝫ totaliter est voluntarium. Sacrificium autem pro peccato semp est necessarium siue anteq̄ fiat siue qm̄ fit. ¶ Sed aliqs obiiciet qꝺ tante necessitatis sit oblatio votiua sicut ꝓ peccato: qz sicut anteq̄ aliqs voueat ad reddendum obligatus non est: cum vō votum emiserit obligatur. ita cum aliqs nondum peccauit non est obligatus ad offerendum pro peccato. qm̄ vō iam peccauerit obligatus est vt reddat sacrificium fm exigētiam illius peccati. ¶ Respondetur qꝺ non est similis obligatio in vouēte offerre ⁊ in peccante: qz obligatio voventis ad offerre est ꝺirecte causata a voluntate: cum hoc intendat vouens. ſ. se obligare ad id qō vouit. sed in sacrificio pro peccato non fit sic: qz ad peccatum quod est actio voluntaria sequitur necessario obligatio ad offerenduz: ⁊ nunq̄ est voluntas offerendi vel voluntas obligandi se ad offerenduz in peccante: ideo minus volūtaria est obligatio in peccātibus q̄q̄ in vouentibus: qz peccans non vellet se obligare ad offerendum. pz qz peccans scit se peccando ad mortem eternam obligari: sed nollet ad illaz obligari. obligaꝫ tñ qz ista duo sunt ꝺiūcta. ſ. peccare ⁊ obligari ad mortem eternam. sic autem peccantes in lege veteri sciebant ex peccato sequi necessitatem obligationis: ⁊ ipsi volebant peccare nolebāt offerre. Ista que ꝺicta sunt vera sunt non tñ ꝺecenter reddūtur pro causa eius qō querebaꝫ. nam nihil magis intendit scriptura ꝺe hostijs spontaneis q̄q̄ de non spontaneis. qō pz qz hic agitur ꝺe hostia tam votiua q̄q̄ spontanea. votiuum tñ ⁊ spontaneum ꝺistinguūtur tanq̄ opposita vt pz ex modo loquendi littere ⁊ ex ꝓꝺictis. ¶ Sed ꝺicēdum est aliam esse causam. ſ. qꝺ sacra scriptura intendit ꝺicere ꝺe sacrificijs ꝺe q̄bus. ō. perfecte ꝺeclaratum non est. ⁊ qm̄ ꝺe sacrificio holocaustoꝝ ⁊ victime pacifice nō fuit tātū expositum sicut ꝺe sacrificio pro peccato nihil repetitur ꝺe sacrificio pro peccato. pz hoc qm̄. ō. plene ꝺictum est ꝺe psonis offerentibus. ſ. quando fit sacrificium pro peccato pncipis: ⁊ qm̄ pro peccato summi sacerdotis: ⁊ qm̄ pro peccato totius populi: vel pro peccato singularium personaꝝ. ⁊ quid in qualibet oblatione istaꝝ ꝺebeat obseruari vt pz. ō. 4. c. ¶ ꝺistinguuntur etiam sacrificia pro ꝺiuersis generibus peccatoꝝ: ⁊ aliqn̄ ꝓtecia ipsoꝝ animalium offerendoꝝ vt pz. ō. 5. c. ꝺe alijs autem non tātum fuit ꝺeclaratum vt pz in ꝓcedentibus: ideo ꝺecuit hic fieri repetitionem ꝺe ipsis duobus ⁊ non ꝺe sacrificio pro peccato. (Uel vota soluens). i. aliquando istud sacrificium fit soluendo vota: vt si aliqs ꝺicat ego voueo offerre ꝺeo hostiam pacificam vt ꝺet mihi

quod

De diuersitate hostiarum spōtaneārum.

Hostie pacifice ꝺistinctio.

Qō.20 A Quare ꝺistinguit hic hostia pacifica solum p spōtaneam ⁊ votiuaz. ¤ Respōsio ad quesitū.

Ꝺ

Ꝺ

Ꝺ

A Rōsio ad quesitum.

Obiectō

Rōsio.

Ꝺ

quod intendo: vel qz dedit mihi quod desiderabaz. z sic pertinebit hostia pacifica votiua tam ad hostiam pacificaz que est pro gratiaz actione q̃ ad eam que est pro pace habenda. (Uel spõte offerens.) In hoc pz q̃ etiam hostia pacifica ptinet ad oblationes spontaneas. z hoc extendit tam ad eam que est pro pace habenda q̃ ad illam que est pro gratiaz actione: vt figs dicat ego offero dño istam hostiam pacificam vt det mihi qõ desidero z tũc est spõtanea p pace habenda. Si aũt dicat offero dño istam hostiam pacificam: qz mihi dedit qõ intendebam est spõtanea pro pace habita siue pro gratiaz actione. (Tam de bobus q̃ de ouibus.) Istud ponit hic ad significãdum qne sint animalia de q̃bus offertur hostia pacifica. s. de ouibus: bobus: z capris. z q̃ q̃ dicat hic solum de ouibus z bobus: tñ est et intelligẽdum de capris: qz de his tribus fieri poterat hostia pacifica vt pz ẽ. 3. c. (Immaculatũ offeret). i. animal qõ offert i hostias pacificaz nõ bẽbit aliquam maculam. An vo sint eedem macule impedientes ab holocausto z ab hostia pacifica: vel an fm hoc non reperiat aliqua differẽtia: sed magis fm spõtaneum z votiuum. s. offert. (Ut acceptabilis sit). i. si offerat aliqõ animal: z volumus q̃ sit acceptabile coram dño deo opz q̃ illud sit imaculatum. nam als oblatio a deo nõ acceptaret: z qõ amplius est ille qui scienter offerret talem oblationem peccaret. sic enim dz. ẽ. 7. c. z. 19. circa cerimonias hostiaz pacificaz: q̃ si aliqs in tertio die comederit de hostia pacifica oblatio eius irrita fiet nec pderit offerẽti. z qõ amplius est aia que se edulio tali cõmaculauerit peribit de populis suis. (Dis macula nõ erit in eo). i. nulla macula pegpollẽtiam negationis postposite vniuersali signo. z dz q̃ nulla macula erit in eo de eis. s. que. s. vetant esse in hostia pacifica spõtanea vel votiua. (Si cecum.) Ista est prima ditio que regrebat in exclusione maculaz. s. q̃ animal nõ esset cecum. z dz animal cecuz si nihil videret: vel si hẽt vnuz oculũ erutũ vel vtrũq; tũc nõ poterat offerri. z q̃ q̃ ista nihil facerẽt ad hoc q̃ carnes animalis essent imũde vel mũde: aut sapide z dueniẽtes cibo vel nõ: tñ faciebãt ad honestatẽ: qm̃ videbat esse inhonestũ z otẽptibile q̃ animal cecum offerret dño. Deo nãq; dicta pfecta offerri debent: qz dei pfecta sunt opera. Decitas autem magna impfectio est: non debebat ergo animal cecuz offerri. ¶ Cã principalis huius est ipse otẽptus oblationis: qm̃ duces terreni recusarẽt recipere talem oblationem sibi factam: z si aliqs faceret non acceptarẽt faciem illius. sic enim pz Malachi. c. 1. deus ergo volebat eadez accipere in oblatione que ipsi dño tempozales tanq̃ honozabilia acceptarent: cum dicitur ibidem. dicit dñs exercituum ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum: z dixistis in quo despeximus nomen tuum offertis sup altare meum panem pollutum: z dicitis in quo polluimus te: in eo q̃ dicitis mẽsa domini polluta est. si offeratis cecum ad immolãdum nõne malum est: z si offeratis claudum z languidum nõne malum est: offer duci tuo: z si placuerit ei: aut si susceperit faciez tuam dicit dñs exercituũ: z nũc deprecamini vultuz dñi vt misereat vestri: de manu enim vestra factum est hoc: si quo mõ suscipiet facies vestras. (Si fractum.) Dz esse aial fractum qõ bz aliq̃ partem corpozis fractã: vt pedes anteriozes vel posteriozes: vel cquassatum caput: aut in aliqua alia corpozis parte bẽat aliquã fracturam: vt in oculo vel similibus. (Si cicatricem habens.) Dz aũt cicatrix vulneris clausi signuz: vt si aliqõ animal fuisset pcussum z postea sanato vulnere: manẽte tñ cecatrice offerret. si enim esset obducta cicatrix licitum erat offerri ac si nunq̃ habuisset maculam vel cicatricez. aut si habeat cicatricem nõ obductam: illa tñ non multum appareat nõ impedief q̃n offerat: qz in his solum attendit rõ deformitatis: nunq̃ tñ deformitaz est nisi cicatrix sit notabiliter apparens. põt et vocari hic cicatrix qõlibet alter signum a natura inexistẽs vel per egritudinem causatum in corpore animalis: iõ q̃ q̃ ibi nõ esset aliqõ vulnus impediret illud signum. (Si impetiginem habeat.) Dz impetigo quedaz macula carnis deiccate in superficie carnis deformantis ipsum animal: z est cõis morbus bobus z brutis. z sic facit deformitatez iste morbus in brutis sicut in animalibus bobus. (Si papulas.) Dicunt papule in animalibus quedam tumores carnis per se ceteram carnem excellẽtes z per hoc multum deformãtes. sunt aũt isti tumores causati ex decursu humorum ad aliquam partem spãlem corpozis z ibi caro tumescit super reliquam. vel fm quosdã dicunt papule quedam genus scabiei pessime q̃n scabies non est minuta: sed magnas bz maculas extẽsas. q cd enim boz sit impedit animal ne offerat. Primuz tñ magis vez est ex lra hebraica: qz vbi nos dicimus papulas hebrei dicũt verrucas qõ dicit quãdam elevationez duram z siccam in carne. Aliud vo qõ dicebat nõ erãt papule: sed pustulle. (Aut scabiem.) Accipit enim scabies in animalibus brutis sicut in bobus s. cum ipsa cutis animalis inficit ex aliquo putrido humore veniente a parte interiori z interduz fit vt tota superficies carnis respergat illa scabie. z tũc dicunt animalia infecta z sunt nociua ad esum. ex eisdẽ enim fere causis scabies nascit in bobus z in pecoribus. sicut ergo boues infecti sunt per scabiem ita z pecora. sicut igit bõ imũdus est scabiem bñs z infectus est ita z pecus: potissime cum ptineat ad cibum. animalia nãq; suscepta in sacrificium ad cibum ptinẽt. ideo mũdicie que obseruari debẽt in animali iugulato ad cibum debẽt et obseruari in animali offerendo. oia nãq; sacrificia ptinebãt ad cibum. pz enim de sacrificio pacifico in quo carnes partim pueniebãt ad deum. s. ipsi adipes. partim aũt ad sacerdotes. s. pectusculũ z armus. partim vo ad offerẽtes. s. reliquie carnes. Sicut ergo in cibis alis sumptis ad sanitatez obseruaret mũdicia animalium ita z dueniẽtius seruari oz in cibis sumptis in sacrificio. idez pz in sacrificio p peccato: qm̃ oes carnes puniebãt dictibus in cibis vt pz. ẽ. 6. ca. nisi esset oblatio p delicto in qua deo pueniebat cauda animalis: adipes aũt semp deo cedebãt. In sacrificijs aũt bolocaustoz nõ sumebat in cibum q̃q̃ de illis: tñ ptinebãt ad dñm fm se tota z cremabant sup altare. z q̃tum ad hoc dicebant cibus dei: cum ipsum altare dicat mẽsa dei vt pz Malach. 1. c. (Non offeretis ea dño.) De vulgaribus hoc dz qui nõ debẽt offerre dño talia animalia: qz in hoc videbant otẽnere deuz dãtes res imũdas in sacrificijs eius. z hoc siue spõtanea siue votiua sint. ¶ Itẽ sacerdotes nõ debãt offerre talia animalia suscipientes de vulgaribus: dato q̃ vulgares illa tradere vellẽt: qm̃ ad eos ptinebat obseruare mũdiciam z bonorem ministerij sui. (Nec adolebitis ex eis sup altare dñi). i. non poterãt cremari sup altare: qm̃ in sacrificijs gbuscũq; semp fiebat aliqua crematio partium animalis p dño. z illud erat adolere sup altare dño. In oibus aũt boc fiebat. in bolocausto totuz qõ erat in animali. s. carnes: intestina: pedes z caput cremabat. in bostijs pacificis cremabantur adipes. Item quoq; in bostijs pro peccato. z fiebat istud adolere. i. cremari sup altare dñi. s. sup altare bolocaustoz in quo oia sacrificia cremabant. (Bouem z ouem aure z cauda amputatis.) Hic ponit aliud genus macule in animalibus offerẽdis. oes aũt macule supiozes ptinebãt ad naturam. iste aũt ptinẽt ad illationez. s. ad violẽtiam in amputatione aliquaz partium. s. aurium z caude. Iste enim due partes faciũt ad pulchritudinem ac si tollant faciũt deformitatem: nõ tñ causant tãtam deformitatẽ sicut alie partes necessarie. vnde si animalia abscinderent pedes anteriozes vel posteriozes vel abscinderentur testiculi nõ posset immolari: qm̃ iste partes sunt magis de necessitate q̃ caude z aures. Dz aũt de boue z oue: nõ tñ est intelligẽdum in eis solum sed ẽt in capris: qz ista tria genera animalium ptinẽt ad oblationes vt pz. ẽ. 3. et. 4. c. Sed expressis boue z oue z capra quoq; intelligit. (Uolũtarie offerre potes. votum aũt ex bis solui non põt). i. q̃ qm̃ animalia offerẽda habuerint partes istas abscisas poterũt offerri figs illa voluntarie offerat. Si tñ aliqs vouerit nõ poterit soluere animal bñs hmõi maculas. ¶ In quo ofiderãdum est q̃ in oi sacrificio exigit animal mũdum. Differt tñ in maculis: qz quedam sunt macule magne: alie aũt minores. macule magne sunt oes que. ẽ. posite sunt z ille que. s. sequũtur de abscisione vel ofractione testiculoz. z iste impediũt oia sacrificia: siue sint bolocausta: siue pacifice hostie: siue p peccato. z hoc siue sint de spõtaneis: siue de votiuis. ¶ Alie ãt macule que hic ponunt nõ impediũt oia sacrificia: sed quedaz. nam pp hoc q̃ bẽat animal caudam vel aures amputatas non phibet totaliter ab bolocausto: vel pacificis hostijs: aut sacrificio p peccato. sed phibet a sacrificijs votiuis z necessarijs. Unde figs spõte offerat bolocaustum poterit offerre animal babẽs caudaz vel aures amputatas. Idem si spõtanee offerat hostiam pacificaz. si tñ voluerit offerre bolocaustum nõ poterit de animalibus habẽtibus huiusmodi membra amputata offerre. ¶ Sed adhuc circa votuz ofiderãdum est q̃ non totaliter phibent ista animalia a votis: sed phibent a solutione votoz. Si enim aliqs sic voueat ego voueo dño vnum arietem et si postea vellet dare arietem abscisis auribus vel cauda nõ poterat: qz cum ibi votum factum esset erat obligatio deo acqsita. z qz simpliciter platum est intelligitur de animalibus totaliter mundis in fauorem dei. ¶ Alio modo potest fieri votum ita vt aliquis dicat ego voueo istud animal deo siue illud sit habens caudam amputataz vel aures siue neutrum: illud solum tenebitur dare: qz cum fuerit ibi facta specialis expressio de illo animali illud solum obligatum fuit. secus aũt qñ generaliter platum est. lra autem intelligit qñ fuit factum vetũ in gñali: ita vt aliqs diceret ego voueo vnũ animal: qz tũc tenet

Sacrificia ad cibuz ac tinebant.

Pulchritudo animalium brutorum.

Notãdum

Notãdum penes votũ

Cõditiones reqrẽtes in exclusione maculaz.

Decitas ẽmagna ipfectio.

Impetigo qd sit

Papula qd sit.

dare totalr mūdum: cū nulla facta fuerit expressio ōe certo indiuiduo. ¶ Et hoc sonat lr̄a cū dicit. ex bis aūt votū solui nō pōt. z nō dixit: ex bis aūt votū fieri nō pōt. Aliud nāq; est votū fieri: z aliud votū solui. Uotū fieri est q aliqs nouiter voueat. votum solui est q p voto iam facto fiat satisfactio. Dic enim ꝓbibet votū solui de aialibus habētibus caudā vel aures amputatas. s. q; postq; fcm̄ fuerit aliqō votum indeterminate nō est in ptāte vouētis q; soluat votū de aiali habēte caudā amputatam: vel aures. si tñ voluerit deo votū facere nemo ꝓbibet. Item p̄z hoc nēcio. naz q̄q; aliqs postq; vouerit est totalr coactus ad solutionez: tñ cū vouet liberrimū est ei vouere vel nō vouere. ideo cū aliqs votū facit a p̄ncipio tātam h̄z libertatē sicut ille q spōte offert. sed de aialibus habētibus caudā vel aures amputatas pōt fieri oblatio spontanea: vt lr̄a dicit. ergo de eis poterit fieri votū q̄q; nō poterit votū iam fcm̄ solui. cā iam declarata est. ¶ An aialia hn̄tia caudā z aures amputatas possint offerri in sacrificio ꝓ pctō. Et de diuersitate sacrificioꝝ ꝓ pctō. Qō. 22.

Nunc autem circa sacrificium ꝓ peccato dubium est an possit fieri de his animalibus cauda z auribus amputatis. ¶ Aliquis enim dicet q; possit: q; hic oz q; sacrificia spontanea fieri possunt de talibus animalibus: sed vota nō p̄nt solui. ergo in sacrificio ꝓ pctō i quo nō est solutio votoꝝ poterūt ista aialia offerri. ¶ In ꝯriū aliqs dicet: q; nō possent offerri ista aialia ꝓ pctō: q; sola sacrificia spontanea fieri p̄nt de aialibus hmōi habētibus maculas: sed sacrificia ꝓ peccato nō sunt spōtanea: imo coacta. ergo nō p̄nt fieri de his aialib⁹. ¶ Rn̄dēdū ē q; sacrificiū ꝓ pctō p̄t fieri duplr. vno mō ex determinatione z cōpulsione legis. vñ q̄n lex mādat ꝓ tali pctō tale genus aialis offerri: aut fit sine aliq; determinatione legis ex volūtate nostra. Si aūt fiat ex voluntate nostra: vtpote cū aliqs nō sciens sibi alicuius pcti spālis pp q̄ debeat offerre aliqd vult offerre in generali ꝓ pctis suis: sciēs q; nō est hō sup terrā qui faciat bonū z nō peccet vt p̄z. 3. Reg. 8. ca. z tūc oz̄ de isto sacrificio ꝓ pctō q; pōt fieri duplr. q; aut fiet ex voto: aut ex volūtate sola nō vouēdo. Si primo mō p̄tinet ad genus sacrificioꝝ votiuoꝝ. z tūc est distinguēdū sicut añ: q; aut iste qui vouit dixit: ego voueo offerre istud aial deo ꝓ pctō: aut dixit: ego voueo vnū bircum: vel caprā: vel silē. Si aūt dixit primo mō potest offerre aial hns aures z caudaz amputatā: q̄n h̄z votū fuerit: tñ fuit determinatū z potuit vouere q̄ voluit. Si aūt dixit: voueo offerre vnū aial nō determinādo indiuidualr: tūc nō pōt offerre aial caude z auriū amputatoꝝ: q; generalr vouit. Si autē sine voto offerat sacrificiū ꝓ pctō pertinet ꝓprie ad genꝰ spōtaneaꝝ obligationū z poterit offerre q̄cūd voluerit: sicut in lr̄a oz̄ de spōtanea oblatione. Si aūt aliqs offerat sacrificiū ꝓ pctō ex determinatione legis. dōm est q; nō possit offerre aial amputatoꝝ auriū z caude. nā tūc est coactio a lege z nō offert aliqs hoc spōtanee: q̄n imo lex determinat eū ad spēm z sexū aialis vt p̄z ō. 4. et. 5. c. z aliq̄n determiat ad valorē vt p̄z. ō. 5. c. cū oz̄ q; offeraf aries valens duos siclos. ¶ Si aūt aliqs obijciat q; istud sacrificiū nō est votiuū. ergo nō dz offerri: sicut in votiuis: sed ad volūtatem offerētis. ¶ Rn̄dēdum est nō valere dīam: q; q̄q; dicat q; nō pōt aliqs soluere votū de aialibus caude z auriū amputatoꝝ: non tñ dcedit q; oīa alia sacrificia de illis fieri possint: cū lr̄a ꝓbibeat: solum ꝓmittēs hoc in sacrificijs spontaneis. Sacrificia tñ ꝓ pctō que a lege determinant nō sunt spōtanea: cū lex cogat boues ad illa: imo ipsa sacrificia ꝓ pctō sunt magis coacta q̄q; sacrificia votiua. nam sacrificia votiua q̄q; postq; votū est emissum sint nēcia: anteq; votum emittat sunt pure libera: sacrificia tñ ꝓ pctō nō sunt libera: cū lex cogat ad illa. magis ergo erit necessariū offerri aialia munda in sacrificijs ꝓ pctō q̄q; in sacrificijs votiuis. sed in votiuis nō p̄nt offerri ipsa aialia habētia caudā z aures amputatas. ergo nec in pacificis offerri poterūt. ¶ Cā aūt q̄re in sacrificijs votiuis non sint offerēda aialia caude z auriū amputatoꝝ z offerant in sacrificijs spōtaneis est: q; maior obligatio est in votis q̄q; in spōtaneis. nō ergo debuit deus alligare offerētes ad vitāduz oē genus maculaꝝ in sacrificijs spōtaneis sicut in votiuis: cū nō sint equalis obligationis. Item q; sic homines multū distraberent a spōtaneis oblationibus dei. ¶ Circa votiuas autem oblationes non ꝺtingebat hoc: q; ista rariora sunt z fiūt ex maiori obligatione dei. s. q; bō est in maiori necessitate: vel facit ꝓ obtinēdo magno bono. Facilius aūt ibi boues ꝺducunt ad quecūq; q̄q; cum faciūt sacrificia spōtanea: q̄ō est cuz sint extra necessitatem. nō dz ergo esse tāta obligatio quātū ad mūdiciā sacrificioꝝ in spōtaneis sicut in votiuis. ¶ Sed arguet aliqs q; nunq; fit licitū siue in spōtaneis siue in votiuis offerre aial caude z auriū amputatoꝝ: q; supra dz̄ q; siue aliqs offerat sponte: siue vota soluēs in holocaustū dz offerre masculū imaculatum: z q; nulla macula erit in eo. Idē dicit figs offerat hostiā pacificam spōtaneam: vel soluēdo vota: q; esset aial imaculatum. ¶ Rn̄dek fm quosdā q; aialia maculata nullo mō poterāt imolari coram dño z cremari sup altare vt p̄z. ō. f. nō offeres ea cozā dño nec adolebitis ex eis sup altare. sed poterāt gratis offerri sacerdotibus: tñ nō imolarenk: sed vēderenk z ꝺuerterenk in vsus tabernaculi siue sacerdotum. sic p̄z de p̄mitijs mellis z fermētatoꝝ: q; offerebanꝰ deo in munera z nō ponebanꝰ ad cremāduz sup altare: sed cedebāt in vsus sacerdotū. z ob hoc dicūt q; supra deus nō vetuit oblationē aialium istoꝝ q̄n offerri poterāt: sed eoꝝ crematione super altare. hoc enim erat illicitū. Sic enim p̄z de panibus fermētatis z p̄mitijs pulmētoꝝ. hoc enim deus iubebat dari sacerdotibus vt p̄z Nu. 15. c. tñ nō offerebanꝰ sup altare vt p̄z. ō. 2. c. z ibidez oz̄ de melle. ¶ Sed dōm est hoc nō esse ꝺueniēter dcm̄. nā cuz ipsi rn̄dent q; ista aialia poterāt offerri z ꝺuerti in vsus sanctuarij ita q; vēderenk z non cremarenk sup altare. non pōt stare: q; si loquamur solum de vēditione ad ꝺuertēdum p̄recium in vsus sanctuarij nō solum poterat aliqs offerre aialia habētia caudā z aures amputatas: s̄z ēt si habēt pedes amputatos vel fractos: vel si essent ceca: aut habētia impetiginē vel quālibet aliam maculam. nam ista que sic cōmutabantur in p̄recium nihil attinebant ad res sanctas: ideo siue ipsa in seipsis essent maculata siue non: nihil impediebat. z quantum ad hunc modum non solum offerri poterant animalia que alꝫ ad immolationem licita erāt: sed poterant offerri equus z asinus z domus z ager z quelibet res que pecunia mēsurari potest. nam cum pecunia offerri pōt: possunt quoq; res que pecunia appreciabiles sunt offerri. ¶ Item nō potest hoc stare. nam si istud offerri q̄ō hic accipit solum habeak ꝓ obligatione facta sacerdotibus: ita q; aial non cremek sup altare: cum dicak q; ex bis votum solui nō pōt. erit sensus q; non poterant fieri vota boꝝ aialium ad ꝺuertēdum in vsus sanctuarij. valet dīa: q; istud verbū offerre referk hic tam ad votiua q̄q; ad spōtanea. Sed oz̄ de votiuis q; nō possunt offerri ad solutionem votoꝝ talia aialia caudam z aures amputatas habētia: z de spōtaneis oz̄ q; offerri possunt. ergo eodē modo referk offerri ad vnum z ad alterꝝ. sed ipsi dicūt q; hmōi aialia spōtanee offerri possunt nō ad cremādum sup altare: sed ad soluēdum ea in pecunias ꝺuertēdas in vsus sanctuarij. ergo de votiuis ecōtrario dicek. s. q; nō possint offerri ad ꝺuertendum in pecunias applicandas vsibus sanctuarij. Sed hoc falsuz est: q; si aliqō aial immundum sit nō solum hac imundicia caude z aurium amputatoꝝ que parua est: sed ēt si habeat magnam imūditiam z quamcūq;: poterit sic offerri. z de oibus aialibus hoc est. sic dz̄. j. 27. c. q; offerri poterant z ꝺuerti in p̄recium: cum oz̄. aial imundum q̄ō imolari dño non pōt figs vouerit: adducek ad sacerdotem qui oijudicās vtrum bonuz an malum sit statuet p̄recium. z nō solum ista aialia voueri poterāt: sed etiam oia alia que non licebat imolari: vt equos z asinas z agros z domos z cetera ꝺuertibilia in pecuniam vt p̄z. j. 27. c. non pōt ergo stare iste sensus. ¶ Item ipsi valde deficiūt existimātes ex illa lr̄a superiori se obligari ad ponēdum q; ista aialia habētia caudam z aures amputatas non deberēt cremari sup altare. sed non obligank. Nam cum obijcit q; tam in votiuis sacrificijs q̄q; in spontaneis deberēt accipi aialia munda. ¶ Respōdek q; imundicie sunt ꝺuplices in aialibus imolandis. quedam sunt que sunt simpliciter imundicie. alie autem sunt que vocank imundicie solum quātum ad determinatos modos z non quantum ad oēs. Imūdicie aūt simpliciter sunt ille que ponebank. ō. z ille que habentur. j. de amputatis vel sectis vel otritis testiculis. Alie sunt imundicie fm q̄d. s. q; non faciunt simpliciter aialia esse immunda ad sacrificia: sed solum ad quedaz sacrificia specialia. s. ad sacrificia votiua. Et q̄n oz̄ q; taz sacrificia spōtanea q̄q; votiua debēt esse de aialibus mundis. respondek q; vez est. s. q; nō debēt esse ibi aialia immunda. Et q̄n oz̄ q; ista aialia que habent caudaz vel aures amputatas sunt immunda. falsum est. sed dicunk esse immūda ad votuz soluēdum. Cum aūt supra dicebak q; tam in sacrificijs spōtaneis q̄q; pacificis debebat seruari mundicia. s. q; nō offerret aliqō aial immūdum vez est de immūdis simpliciter. illa tñ que habēt caudam vel aures amputatas nō sunt simpliciter immūda sed solum ad votum soluēdum. ad spontanea ergo sacrificia ꝺueniēt: potissime cum littera dicat boc. s. q; offerri possunt volūtarie. sed non pōt de eis solui votum si habēt istas ꝺiminutiones. ¶ Sciendum q; in hebreo aliter hz̄ littera. nam vbi

A Quidam respondet ad q̄stum.

Obiectio.

Responsio

B Obiectio.

Responsio

C Obiectio.

D Nōnullorum responsio.

Impropatio. Pria rō

Scdā rō

Tertia ratio.

E In aialibus imolādis duplices sūt immūdicie.

nã vbi nos dicimus.(Aure ꝛ cauda amputatis.) In hebreo dr̃ additũ vel diminutũ qđ sonat in quãdã monstruositatẽ.s.ꝙ habeat plura mẽbra q̃ȝ habere dȝ vel pauciora.ſȝ ꝓprior ẽ sensus littere nostre.nã quãquã ꝑ amputatiõe caude ꝛ auriũ nõ fit animal totaliter illicitũ ad sacrificia tñ si haberet aliqua membra supflua vel si naturaliter careret aliquibus mẽbris haberet maculam notabilẽ.s.deuiare a figura speciei.ea aũt que monstruosa sunt abominabilia sunt.videt̃ ergo ꝙ illa non essent licita ad aliquẽ vsum sanctuarij propter excellentẽ valde deformitateȝ.

F Propt̃ q̃ttuor ɔditiones aial fiebat illicitũ ad immolãdũ.

(Omne animal qđ vel cõtritis.) Hic ponunt̃ alij modi immundiciarũ simpliciter q̃ sunt circa ablationem vel sectionẽ.ꝛ iste faciebant ꝙ aialia totaliter essent illicita ad immolandũ:ꝛ ponuntur hic q̃ttuor ꝓprietates circa gẽitalia ꝑꝑ q̃s aial fiebat illicitũ. prima erat si essent testiculi totaliter fracti.s.ꝙ si ꝑ aliquã magnã percussionẽ vel cõpressionẽ fuissent fracti totaliter.nõ licebat enĩ tale aial offerri.(Vel tonsis.) dicuntur testiculi tonsi.i. aliqualiter lesi vel percussi ſȝ non totaliter fracti.ꝛ est ista minor immundicia q̃ȝ superior.differentia aũt istorũ duorũ.s.cõtritorũ ꝛ tonsorũ testiculorũ est:qñ tonsus dr̃ cõpressus cũ inter aliqua duo dura testiculi compressi sunt ꝛ molliores effecti ꝛ aliqualiter a figura mutati sed nõ totaliter fracti sunt.(Vel sectis.) ista est alia immundicia cũ testiculi secti sunt.ꝛ dicunt̃ secti quasi gladio amputati.(Vel ablatis testiculis est.) Dicuntur testiculi ablati qñ totaliter auferuntur animali ſȝ non gladio immo viribus.quicunq; autẽ istorũ modorum est illicitus ꝛ non poterat fieri de talibus animalibꝰ sacrificiũ.(Non offeretis dño.) ista est ꝓhibitio simpliciter.s.ꝙ non offerrent in holocaustũ vel in victimas pacificas aut in sacrificiũ ꝑ pctõ.ꝛ hoc siue sacrificia volũtaria sint siue votiua.nullo enĩ modo licebat applicari ista animalia ad sacrificiũ cũ ẽt non liceret applicari illa ad hũanũ cibũ vt pȝ immediate cũ dicit̃.(Et in terra vestra hec omnino non faciatis.).s.ꝙ in terra in qua vos habitaueritis nõ castrabitis aialia secando vel auferendo aut cõterẽdo testiculos aialibus. Ista enĩ apud gentiles ɔsueta erant ꝛ nũc apud nos fiunt: qñ saniores ꝛ molliores sunt generaliter carnes aialiũ castratorũ q̃ȝ non castratorũ.ꝛ hoc tam in auibus q̃ȝ in quadrupedibꝰ: iudeis tñ erat hoc ꝓhibitũ:qꝛ gentiles talia frequentabant ꝛ ne ipsi viderent̃ eis similes.vnde si ɔtingeret ꝙ aliqđ aial haberet testiculos tonsos:vel fractos:vel amputatos ꝛ dñs suus cognosceret hoc:nõ poterat vouere illud ad immolandũ corã dño nec sponte offerre poterat.ꝛ si aliqñ fecisset speciale votũ đ illo aiali nesciens an haberet testiculos fractos vel sectos aut ablatos ꝛ postea reperiret illud esse immundũ non dabatur in sacrificium:ſȝ ꝑ eo preciũ soluebat̃ vt habet̃.j.27.c.

Aialia castrata saniora sũt ad cibos: iudeis tñ nõ poterãt castrare illa nec vouer̃ si castrata essent.

G Obiectõ

¶ Sed aliquis arguet qñ sicut dicebat̃ apud quosdam de animalibus habentibꝰ caudã vel aures amputatas ꝙ nõ poterant offerri dño sup altare ſȝ sacerdotibus tradebantur ꝛ ipsi cõuertebant illa in precium:nunqđ poterit fieri in istis. Satis enim videt̃ ꝙ ista dari possent sacerdotibus vt conuerterent̃ in precium siue ꝑ ipsis siue ꝑ sanctuario:qꝛ nihil pertinebat tũc de ista re immunda ad sanctuariũ:ſȝ ɔuertebat̃ in pecuniã ĩ qua non est immundicia. Hic tamen totaliter dicitur ꝙ nõ deberẽt offerri.s.nec ad cremãdũ sup altare:nec ad hoc ꝙ sacerdotes acciperent talia animalia. Dicunt enim cãm eẽ qꝛ nihil poterat offerri deo qđ ad comedẽdũ licitũ nõ eẽt.ſȝ talia animalia nõ licebant ad esuȝ:qꝛ iubebat deus hᵒ nullatenus debere fieri.g̃ nõ offerebant̃ ei.

An licẽt offerri aialia castrata in aliqbꝰ sacrificijs.

Rñsio.

¶ Rñdetur ꝙ ista qđ fundat̃ sup errorẽ q in superioribus positus est:qꝛ dicebant quidã ꝙ non licebat offerri deo animalia habentia caudã vel aures amputatas.sed solũ offerebantur sacerdotibus ad ɔuertendũ in preciũ. Sȝ hoc falsuȝ ẽ qꝛ licitũ erat offerri deo talia animalia sup altare cũ essent hostie spontanee.sed nõ licebat solui vota. De hoc aũt dicẽdũ ẽ ꝙ nõ licebat offerri ad immolãdũ aialia habentia testiculos fractos:vel ablatos:vel sectos.sed licebat illa offerri ad hoc ꝙ ɔuerterent̃ i preciũ ꝛ illud ẽ ꝑ sanctuario.sic pȝ.j.27.c.cũ dr̃.ꝙ si aliquis vouerit dño animal imũdũ qđ imolari nõ põt adducet̃ añ sacerdotẽ: q diiudicans vtrũ bonũ vel malũ sit statuet preciũ. Et cũ dicũt isti ꝙ nõ licebat offerri aliquod aial deo qđ nõ liceret comedi falsuȝ ẽ.qñ poterat aliqđ aial offerri deo in voto vel sponte ꝛ nõ eẽt licitũ ad esuȝ sicut equi ꝛ asini.poterant etiã offerri res inanimate in votũ sicut agri ꝛ domus vt pȝ.j.27.c.erat tñ verũ ꝙ si aial offerretur dño nõ poterat offerri vt cremaret̃ super altare nisi eẽt animal mundũ ad esũ.

H Obiectõ

¶ Cũ aũt dicit̃ ꝙ istud animal habens testiculos fractos vel amputatos nõ erat licitũ ad esum ergo nõ poterat offerri.

Rñsio.

Respondet̃ ꝙ ex hoc seqtur ꝙ nõ poterat offerri ad immolandũ:poterat tñ offerri ad cõuertendũ in preciũ.(De manu alienigene nõ offeretis panes.)i.nõ assumetis aliquod sacrificiũ ad offerẽdũ deo vr̃o de manu alienoꝝ. ¶ Sciẽdũ ꝙ alieni non assumuntur hic sicut.s̃.assumebant̃.s.ois alienigena nõ comedet de scificatis:qꝛ ibi dñr alienigene oẽs qui nõ sunt de genere aaron.nam nulli alij licebat comedere de sanctificatis ꝛ famulis suis vt ibi declaratuȝ est.

Alienigẽa accipit̃ tripliciter.

Sed accipitur tripliciter. Uno modo alienigena ꝑ eo q erat de gentilibus natus ꝛ nondũ conuersus ad iudaismũ. Alio modo alienigena ꝑ oibus de populo q ñ erãt de tribu vel familia aarõ.de hiȝ oibꝰ posita fuerũt exẽpla.s̃.cũ dicebat̃ de alienigenis. Hic autẽ nõ põt itelligi nisi primo mõ.s.ꝑ eo q est natus de gentilibus ꝛ nondũ conuersus ad iudaismũ:qꝛ de manu istorũ non licebat accipi sacrificia vt.j.declarabitur. Nõ põt aũt accipi scđo mõ ꝑ eo q est de israelitis tamen nõ est de tribu leui.ꝛ in hoc mõ comprehenduntur oẽs nati de gentilitate ꝛ conuersi ad iudaismũ qꝛ istis licebant ea q̃ licebant iudeis. Qꝫ aũt nõ intelligatur de istis pȝ qꝛ istis licebat offerre sacrificia ꝛ accedere ad scũariũ:sicut innuit̃.s̃.17.c.vbi vetatur ne quis de israelitis vel de peregrinis offerat hostiam extra sanctuariũ.ſȝ iubetur ꝙ quilibet istorũ qñ obtulerit offerat ad ostium tabernaculi.

I

¶ Nec põt accipi tertio mõ alienigena ꝑ eo qui est de tribu leui:tñ non ẽ de familia sacerdotali qñ istis licebat offerre adhuc magis q̃ȝ alijs:qꝛ erant magis appliciti ad cultum dei q̃ȝ ceteri ꝛ ipsi portabant vasa scũarij vt habetur Nu.4.ipsi ẽt excubabant in circuitu sanctuarij nemine đ popularibus accedẽte vt habet̃ Nu.1.c. Vocant̃ ergo alienigene solũ primo modo.s.illi qui erant nati a gentilibus ꝛ nonduȝ cõuersi ad iudaismũ.isti enĩ q̃ȝq̃ȝ vellẽt offerre aliquid dño nõ recipiebat̃ de manu eoruȝ:qꝛ gentiles erant.(Non offeretis panes deo vestro.) Hᵒ refert̃ ad sacerdotes.s.ꝙ mãdabat eis moyses loco dei ne ipsi offerrent panes vel aliqua sacrificia de mãu gentiliũ.s.accipiendo ab eis ꝛ ponendo sup altare.sicut enĩ erat in oibus alijs sacrificijs:qñ qñ aliquis đ iudeis volebat aliqđ offerre p̃sentabat illa sacerdotibus ad ostiũ tabernaculi:ꝛ ibi sacerdotes accipiebant ꝛ offerebant deo. Hoc significatur.s̃.cum dicit̃.qcqđ illud obtulerit in holocaustũ dñi vt offerat̃ ꝑ vos.i quo ponitur duplex oblatio.s.pplaris offerentiȝ ꝛ sacerdotis recipiẽtis ꝛ postea offerentis.hoc aũt vetat̃ in alienigeniȝ.s.ꝙ q̃ȝquã ipsi offerre velint: tñ sacerdotes nihil recipiebant de mãu ipsorũ.(Panes deo vr̃o.) Panes dicuntur esse aliqñ panes ꝓpositionis q offerebant̃ a sacerdotibus vt ponerent̃ sup mensã ꝓpositionis vt pȝ.j.24. De istis panibus non põt intelligi hoc: qñ pplares nõ offerebant istos paneȝ:qꝛ vt habet̃.j.24.c.sacerdotes accipiebant farinã a filijs isrl' de simila.ꝛ de hac conficiebant panes ad ponendũ sup mensam ꝓpositionis. Alio mõ dñr offerri panes.s.illi q offerunt̃ cũ sacrificijs pacificis vt pȝ.s̃.7.c. Sed in hoc magis denominatio fieret a sacrificijs carniũ q̃ȝ a panibus:qꝛ panes vinũ ꝛ oleũ nõ ponunt̃ tanq̃ȝ sacrificia:ſȝ tanq̃ȝ sacrificiorũ libamenta vt apparet Nu.15.c.ꝛ aliqñ etiam offerebant̃ ista ꝑ se:vt si aliqs vellet offerre solã similam ɔspersam oleo vel lagana vel panes azimos de libano vel crustulas oleo frixas vel panes factos in craticula. De his omnibus habetur.s̃.2.c. Poterant enĩ ꝑ se offerri vel cuȝ sacrificiȝ. ¶ Alio mõ accipiunt̃ panes ꝑ ipsis sacrificijs carniũ:qñ oia q̃ cõmestibilia sunt panes hoc modo appellant̃.sic pȝ.s̃.p̃cedenti.c.cũ dr̃. ois qui habuit maculam de semine aaron sacerdotis nõ accedet offerre hostias dño nec panes:vescet̃ tñ panibus q offeruntur i scũario.ibi tñ accipiunt̃ panes ꝑ carnibus sacrificiorũ ꝛ ꝑ oibus alijs q̃ offerunt̃:qꝛ de oibus illis licitũ erat vesci sacerdotibus habentibus maculas.ꝛ ibidẽ declaratũ ẽ.(Et qcqđ aliud dare voluerit.) Intelligitur hoc de oibus rebus pertinẽtibꝰ ad sacrificia.s.ꝙ nõ acciperent̃ a gentilibus panes.i.carnes ad sacrificandũ nec ẽt aliq̃ alia q̃ pertinebant ad ritus sacrificioꝝ. s.libamenta in pane oleo ꝛ vino ꝛ thure.

K Notãdũ.

Nõ tñ est intelligẽduȝ ꝙ oĩno nihil acciperent sacerdotes de manu gentilium:qñ licebat eis accipere pecunias de quibus emerent̃ animalia ad sacrificia.sic pȝ de rege seleucho q erat gentilis:ꝛ tñ dabat oẽs expensas ꝑ sacrificijs q̃ fiebant in sanctuario domini vt pȝ.2. Machabe.c.3.ꝛ alij gẽtiles similiter faciebant. ¶ Sic enĩ vr̃ factuȝ de eunucho regine candacis ethiopie q venit de longinquis terris in hierusalem ad sanctuarium.in quo videt̃ ꝙ aliquid obtulerit.non enim inutiliter de extremitate mundi venisset in hierusalem vir ille prudens.de hoc habetur per hieronimum in epistola ad paulinũ.c.5.

De mãu gẽtiliũ accipiebant̃ pecunie ꝛ nõ animalia.

¶ Nec etiam deus vetabat hoc quoniam solum dictum est ne de manu eoꝝ acciperẽtur panes vel aliquid alterum ad offerendum domino. Pecunia aũt cũ accipiebatur non offerebatur dño:qñ non erat aliquid cre-

Pecunia offerebat̃ domino.

mabile:sed ō pecunia emebat aliqd qō eēt ad vsus sanctuarij. Hic āt solū dicit nō accipiēdū eē aliquid de manu gentiliū qō offerebat dño.i.qō cremet cozā dño vel pōat sup altare. Unde si aliqs gentilis voluisset offerre panes ita vt illi cremarent sup altare vel cederent in ius sacerdotū:aut vellet offerre aliqō aīal vt immolaret nō reciperent hoc sacerdotes iudeozum qz hoc immolandū erat p se. Si tamen aliquis gētilis daret panes aut aīalia nō vt p se immolarent aut offerrent sed vt venderent ⁊ conuerterent in pecunias applicandas ad vsum scūarij reciperet talis oblatio:qm̄ hoc solū pbibitū erat.s.id qō ipsi darent poni sup altare vel offerri deo ita vt efficeret sacrum. ¶Si autem gentiles darent pecuniā vel aliquid aliud cōuertendū in pecunias nō efficiebant ista sacra sz postea ex eis emebant alia q̄ sacra essent.s.aīalia vel panes.directe aūt nō efficiebant sacra q̄ illi dabant:qz postq̄ acciperent pecunie date ab eis in sanctuario transibant in ius sanctuarij.⁊ ideo siue emerētur inde animalia ad sacrificia facienda:siue ad aliquid alterū nō dicebat tale sacrificiū vel talis res data a gentili:qz iā emebant ista ad voluntatē sacerdotū ministrantiū in sanctuario.⁊ hoc sufficiebat ad hoc q̄ nō acciperet sacrificiū ō manu gentiliū.(Qz corrupta ⁊ maculata sunt oia nō suscipietis ea.)i.omnia q̄ offerūt gentiles corruptionē ⁊ maculam habent:iō recipi nō debēt in sacrificium:qz maculata ⁊ corrupta expelluntur. Si āt gentiles darent pecunias ad emendū animalia ad sacrificiū:⁊ postea sacerdotes ex illis emerent qō vellēt nō dicebant ista sacrificia esse corrupta ⁊ maculata:qz sacerdotes illa elegerant ad voluntatem suam.

¶An sacrificia gentiliū essent immunda qz deficiebat eis ptestatio messie futuri: ⁊ an sacrificia deberent fieri cum expressa mentione messie. Qō.23.

a **Quando** autē dicit q̄ aīalia q̄ isti offerebant in sacrificiū erant corrupta ⁊ maculata non ē intelligendū quātū ad seipsa:sz quantū ad offerentes.nā ita poterant gentiles accipere aliq̄ aīalia mūda ad immolationez sicut iudeus eodē mō de panibus.sz dīr ista corrupta quātū ad ipsuz:qz iste q̄ offerebat corrupt⁹ erat ⁊ maculatus.s.vilis ⁊ indignus vt de manu eius sacrificia recipēnt qz nō pfitebat in cultu dei veri. Rō aūt huius corruptionis est qz sacrificia legis veteris ex se efficaciā nullā habebāt:sz solū erat quedā vmbra futurorū bonorū vt ait aplūs ad Hebr. 10.c.vbi significat ea nullaz habere efficaciam:qz offerebant ad quādā pctōrū remissionē. dicit tn̄ ibi apostolus.impossibile est enim sanguine bircorū ⁊ taurorum auferri pctā.solū ergo bēbant efficaciā ex deuotione offerentiū ⁊ cōsistebat in hoc virtus eorū q̄ fiebant sub quadā ptestatiōe futuri messie.s.qz ista significabant eū venturū ⁊ ea q̄ in illo futura erāt. Cū aūt iudei offerebāt talia sacrificia publice vel ex presse pfitebant messiā futurū:⁊ sic ista fiebant in fide eius.gētilibus aūt nō erant hec qm̄ ipsi non pfitebant messiam futurū cū nihil tale cognosceret.ergo nō pertinebant ad eos ista sacrificia. ¶Sz aliqs diceret q̄ hoc nō erat cōuenienter dictū.nā cū dr̄ q̄ sacrificia fiebant cum quibusdā protestationibus messie futuri queri⁹ an ille ptestationes fierent expresse vel subintelligerentur ex natura sacrificij. Si aūt dicaz q̄ fiebant expresse falsum est qz nō cognoscebant iudei messiam futurū vniuersaliter sz solū ipsi qui erant magis sapientes:proprietates tamen futuri messie nesciebant ēt ipsi sapientes sed solū prophete cognoscebant. q̄q̄ adhuc nō est manifestū an quilibet de pphetis cognouerit oia mysteria xpi. Si tn̄ iudei tacēnt sacrificia ⁊ cerimonias cū ptestatiōibus expressis futuri messie necesse erat vt ipsi cognoscerent significationes oim sacrificiorū ⁊ cerimoniarum: qz dicit aplūs.1.ad Cozin.c.10.oia in figura cōtingebant illis.s.i figura futuri messie.oia ergo illa figurata cognoscere debebāt vt scirent ptestari id qō faciebant in ope p illa sacrificia.sed cognoscē significationes oim bonū in xpo erat cuicūq̄ difficile vt vix aliquis eoz sciret.ergo nō fiebant tales ptestationes expresse:potissime qz si tales ptestationes manifeste fierent ⁊ eēnt de necessitate sacrificiorū ad hoc q̄ offerentes in oblationibus suis mererent deus expōsisset illas in lege:alioquin fuisset pessimus ordo.s.q̄ exprimerentur omnes cerimonie sacrificiorum ⁊ tn̄ id in quo erat substantia meriti sacrificiorū subticeret.nō ergo fiebant expresse. Item qz si iste protestationes expresse fierent q̄q̄ nō essent determinate a lege oēs vulgares eas scirent p frequentationē sacrificiorū.⁊ sic cognoscerent manifeste xpm moriturz qō principalius significabat p oia sacrificia. Judei tn̄ nō intelligūt messiā eē moriturū p peccatis populi:nec etiā hoc intelligebant tēpore xpi qm̄ frequentabant sacrificia:quin potiꝰ admirabant qz aliq eorū existimabāt xpm eē messiam.⁊ qm̄ dicebat se eē occidendū admirabant vt habet.Jo.c.12.cū dicit. ⁊ ego si exaltatus fuero a terra oia trahaz ad meipsuz:hoc āt dicebat significans q̄ morte eēt moriturꝰ.respōdit ei turba. nos audiuimus ex lege:qz xps manet in eternū:⁊ quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hois.qs ē iste filius hois:pz ergo q̄ existimabant christū messiam nō eē moriturū. ¶Si aūt dicas q̄ bene i sacrificijs suis nō expressē ptestabant christū eē moriturz ⁊ alia q̄ significabant in sacrificijs.sed ex natura sacrificiorū inducebatur ista ptestatio:idē dicet de gentilibus q̄ ipsi qm̄ offerrent ista sacrificia subintellecte ptestarent id qō ista sacrificia significabant.⁊ sic nō eēt aliqua difficultas qui offerrent. ¶Respondet q̄ gentiles qm̄ offerrent non ptestabantur implicite ea q̄ futura erant in xpo ⁊ significabant p ista sacrificia:qz quāq̄ indeis hoc cōueniret implicite gentilibus tn̄ nō conueniebat.⁊ hoc est pp duo. ¶Primo qz ista significatio xpi futuri ⁊ eorū q̄ circa ipsum ptingere debebant nō importabatur p ista sacrificia naturaliter.s.q̄ ex natura actus significaret.nā tunc quandocū qz aliqs ageret tale sacrificiū itelligeret necessario id qō ptinebat ad xpm futurū sz falsum ē.pertinebat ergo ista significatio ad voluntatē instituentis.s.q̄ deus instituit ista sacrificia ⁊ instituit ea vt essent signa taliū ⁊ taliū rerū futurarū in christo.sed ista significatio in sacrificando non pōt competere gentilibus: qz cū nō sit naturaliter sz ex voluntate instituentis solū pertinebit quātū ad illos quibus institutoz tales leges futurorū significatiuas iposuit.sed ipse deus qui ista condidit nō dedit istas leges nisi populo hebraico:ergo qm̄ gentiles facerent ista sacrificia nō significarent p illa ea q̄ erant futura i xpo. ¶Itē nō poterant significari futura bona legis noue p sacrificia q̄ facerent gentiles:qz significatio istorū sacrificiorū est de rebus pertinētibus ad fidem vt de xpo venturo ⁊ alijs q̄ pertinent ad eum:⁊ isti articuli fundant super alios articulos fidei pcedentes.s.sup vnitatē ⁊ veritatē dei ⁊ sup creationē mundi:qz isti sūt priores. Iudei aūt a lege eruditi cōcedebant oia ista:iō p testamēto fidei implicita quātū ad articulos futuros pficiebat.gentilibus aūt pficere nō poterant:qz ipsi negabant articulos fidei precedentes.s.creationē mundi ⁊ vnitatē dei:ideo nō posset p actus eorum significari ago alius articulus fidei de futuris cuz ille fundetur sup priores.nō ergo cōueniebat gētilibus ex hac parte facere deo sacrificia. ¶Itē nolebat deus vt acceptarent sacrificia gentilium:qz ipsi erāt persone viles subditi sacrificijs immūdis idolorū:dei aūt sacrificia erant munda.nō pertinebat ergo ad eos offerre. Itē deus reputabat munera eoz eē corrupta ⁊ immunda qz erant suspecta de aliq̄ superstitione idolorū.s.q̄ in bis que offerrent dño deo primo facerent aliq̄s cerimonias idolorum. ⁊ quāq̄ constaret q̄ nihil tale obseruauissent ⁊ munera in se eēnt conuenientia:qz ipsi tn̄ erant cōtemptibiles non recipiebantur. ¶Itē causa potissima huius est qz ista sacrificia erant cerimonie cultus diuini ⁊ fundabantur super rectam fidem de deo.cū principalis cultus dei sit in fide ⁊ spe ⁊ charitate vt ait augu.in enchiridiō. Alia aūt ptinent ad cultum diuinum sm̄ q̄ fundantur sup fidem ⁊ amorē qm̄ sine fide impossibile est placere deo. Sz gentiles non bēbant fidem de deo:immo repugnabant articulis fidei creditis a iudeis ⁊ traditis in sacra scriptura. ergo sacrificia eorū eēnt detestabilia. ¶Itē ritus talis vel talis sacrificiorū non est a natura nec a determinatione rationis in vniuersali:sed est specialiter pertinens ad aliquē statum viuendi.⁊ sm̄ q̄ status viuendi ⁊ colendi deū sunt diuersi ita ritus colendi.s. sacrificia debent eē diuersa.sed deus statuit ista sacrificia tanq̄ quosdā ritus spāliter ptinētes ad statū iudaicū:ergo nō licebat alijs q̄ non erāt in hoc statu taliter offerre.sz gentiles nō erāt in statu vel cultu iudeorū ergo nō conueniebat eis offerre sacrificia. Sed si semel circūciderent licebat eis oia ista facere:qz p circūcisionē transibant in statū ⁊ obligationē veteris testamēti ⁊ totius iudaici ritus vt pz ad Gala.c.5.cū dr̄.ego paulus testificoz oi homi circuncidenti se q̄ debitor sit vniuerse legis faciende. ¶Similia aūt sunt in nouo testamēto.nā sacramenta q̄b⁹ nos vtimur.s.eucharistia ⁊ vnctio ⁊ confirmatio ⁊ ordo ⁊ ceta:sūt sacramenta noui testamenti ⁊ pertinent solum ad eos q̄ tenēt fidē ⁊ statum ⁊ obseruantiam noui testamenti. Siquis ergo infideliū a nobis petierit eucharistiā ad cōfirmationē vel ordinem non conferemus ei:qz ista solum pertinent ad eos qui sūt i statu noui testamenti:nisi prius baptismum receperit qui est ianua noui testamenti tunc enī ius est sibi accipere ⁊ petere sacramenta sicut ⁊ nobis.habetur ēt simile exemplum quātū ad omnia q̄ hic dicuntur.s.q̄ si aliquis iudeus voluerit vel alius infidelis in

ecclesia

An oportebat q̄ iudei itelligerent significationes sacrificioz q̄ faciebāt vt eēnt occulta.

Obiectio.

B

Rñsio. Sacrificia ñ ptinebant ad gentiles. 1.Lā.

L

Sacrificia ñ ptinebant ad gentiles. 2.Lā. Principalis cult⁹ dī ē i fide ⁊ spe ⁊ charitate.

Quedaz ſt i nouo test.q̄ dātur oi infideli petētiꝰ baptismus alia ñ vt eucharistia.

ecclesia inter catholicos sacris interesse ꝛ offerre sacerdoti cũ ceteris non admittet: qñ isti sunt ritus eorum qui permanent in fide ꝛ statu noui testamenti. Si tñ aliquis de bebreis voluerit ꝑstare aliquid ad restaurationẽ ecclesie vel edificationẽ nõ intrans in ecclesiam nec offerens cũ ceteris recipiet. ¶ Sic enim ꝛ ipsi iudei faciebant: qñ si aliquis vellet edificare eor synagogas ꝛ construere aligd de templo recipiebant eius elemosynã sicut ꝓ de centurione cuius xp̃s filiũ sanauit: dicunt enim iudei ꝺ illo. dñe dignus est vt hoc ei prestes quoniã ꝛ synagogã nostrã ipse edificauit ꝛ diligit gentem nostrã vt habet Luce. 7. c. Põt autẽ esse adhuc alia causa ꝓp quã nõ recipiat oblatio vel sacrificiũ de manu gentiliũ. sic enim in nouo testamento nõ recipit oblatio ab excõmunicatis ꝛ in veteri testõ non recipiebat oblatio de mercede prostibuli nec ẽt pretiũ canis. Sic ꝓ Deutero. 23. c. Hoc aũt est ꝓp vilitatẽ personar vel rerũ a quibus istud accipitur. sic ergo in gẽtilibus erit q̃ qz ipsi psone viles erãt nõ susciperet deus oblationes eor tanq̃ indignas. ¶ Item nicolaus ponit alias rõnes ꝓp quas non licebat gentilibus offerre oblationes domino: qz nullus admittebatur ad agnũ paschalez comedendũ ꝛ immolandũ vt habet Exo. 12. nisi iam esset circũcisus. sed gentiles nõ erant circũcisi. ergo non licebat eis offerre dño victimas qz si ꝓhibebatur id qõ erat minus. s. comedere de paschali agno eis qui non erant circumcisi: a fortiori ꝓhiberetur id qõ erat maius. s. offere victimas. q̃ autẽ hoc sit maius ꝓ qz comedere de agno paschali solũ regrebat eũ in loco quez dñs elegisset. s. in loco sanctuarij: nõ tñ requirebat eũ comedentes in sanctuario vt habetur Deute. 16. c. cũ tñ aliquis deberet offerre victimas oportebat q̃ eũt offerens intra sanctuariũ ad ostium tabernaculi vt habet. ē. 17. c. ¶ Itẽ illi quoꝝ oblatio recipiebat ad offerendũ sup altare ingrediebant atriũ tabernaculi in quo erat altare holocaustoꝝ vt ꝓ. ē. 17. c. Sed gentiles nõ debebant ingredi in sanctuariũ vt habet Trenoꝝ. 1. c. vbi dr. vidi gentes ingressas in sanctuariũ tuũ de quibus precepe-ras vt non intrarent ecclesiam tuam. etiam Ezechi. 44. c. dicitur. sufficiebant vobis omnia scelera vestra domus israel: eo q̃ inducitis filios alienos incircuncisos carne vt sint in sanctuario meo vt polluant domũ meã. dicebat eni hoc deus sacerdotibus q̃ cupiditate ducti accipiebant gentiles in sanctuariũ vt haberent ab eis oblationes. Similiter etiã iudei accusabant paulũ ꝛ cõmota est contra eũ tota ciuitas hierosolymoꝝ existimantes q̃ introduxisset in templũ trophinũ ꝛ ephesinũ q erãt gentiles vt habet Actuũ. 21. c. Si tñ eẽt licitũ q̃ gentiles intrarent i sanctuariũ nõ accusaret totus ꝑplis paulũ qz introduxit trophinũ ꝛ ephesinũ i sanctuariũ. si tñ alicui offerre liceret necesse erat vt introiret in sanctuariũ. ergo gentiles nõ poterant offerre aliquid dño. ¶ Sed adhuc dicet aliquis ista argumẽta nicolai nõ habere vigorẽ: deus eni vult oẽs boues saluos fieri ꝛ ad agnitionem eius venire hoc aũt fit ꝑ confessionẽ eius bois. sic patet ꝓia ad Thimo. c. 2. In sacrificio aũt maxime protestamur deũ cuz sacrificiũ nulli nisi deo conueniat. Si ergo gentiles vellẽt deuz iudeoꝝ manifeste protestari eẽ deũ in suis sacrificijs: nõ videtur quare ꝓhiberi deberent. ¶ Et forte rõnes assignate. ē. nihil obstant. ꝛ qñ primo dr q̃ sacrificia solũ ꝑficiebant vel erãt accepta ex opere operantis ꝛ nõ ex opere operato. h̄ autẽ nõ erat in gentilibus cũ nõ haberẽt ꝓtestationẽ messie futuri: ergo non licebat eis. Ad hoc rñdebunt q̃ deuotio ita poterat eẽ in gentili sicut in hebreo ad offerẽdũ: qz inter gentiles aliq̃ salui fuisse dicuntur ſm doctores catholicos sicut iob et forte plato et multi de alijs: qñ mod⁹ ad salutationẽ eoꝝ erat satis facilis sicut declarauimus in libro nr̃o de quinq̃ figuratis paradoxis in gnta paradoxa vbi de statu boim ante circũcisionẽ ꝛ de statu gentiliũ tẽpore legis veteris plene actũ est. ẽt frãciscus petrarcha in. 3. lib. inuectiuaꝝ dicit se nõ credere aliquẽ de philosophis ꝛ poetis idola coluisse cũ ipsi veritatẽ cognoscerent. de uotio ergo equaliter in iudeis ꝛ gentilibus eẽ poterat. ¶ Quantũ ad alterũ aũt q̃ ista sacrificia fiebant in ꝓtestatione messie futuri dicendũ ẽ q̃ nõ erat expresse necessaria ꝓtestatio messie futuri vel alicuius alterius rei: nec ẽt iudei hoc exprimebant ſz simpliciter offerebant: immo si voluissent exprimere nesciuissẽt qd significabat ꝑ illa sacrificia ꝛ cerimonias eoꝝ. sed solum ex natura sacrificij ſm voluntatẽ instituentis erat occulta protestatio: qz ex hoc q̃ aliqs volebat offerre aliquid ſm q̃ erat a dño in lege mãdatũ impliciter ꝓtestabat se expectare messiã quẽ ista sacrificia prefigurant. ¶ Item qñ obijcitur de oblatione mercedis ꝓstibuli ꝛ meretricis ꝛ precio canis ꝛ de oblatiõe excommunicatoꝝ non est simile: qz istoꝝ oblationes repudiantur vt isti ruboꝛe suffusi ad bonũ conuertant: qõ non fieret si eoꝝ oblatio reciperet: qz se equaliter dignos reputarent alijs. Ideo excommunicati fidelium cõmunione ꝓiuantur vt tedio ꝛ ruboꝛe affecti ad mandatũ ecclesie conuertantur. gentilis aũt q̃ extra legem est nõ debet in veritatis inquisitione turbari sed cũ mãsuetudine accipi ꝛ tractari vt ad fidẽ cõuertat. ¶ Itẽ qñ dicit q̃ soli iudei admittebantur ad agnũ paschalem comedendum vel qui cõuersi erant: ꝛ q̃ maius sit offerre victimas q̃ comedere de agno paschali dici posset q̃ maius sit comedere de agno paschali q̃ offerre aliquid domino: qñ cerimonie veteris testi dñr esse maioris vel minoris dignitatis nõ a gratia quã ꝺferũt qz nõ conferunt ex se aligd. nec ẽt dñr maioꝛa a maioritate moꝛ bi quẽ curãt sicut sacramẽta noui testamenti cum nullũ eoꝝ aliquid curet ꝓter circũcisionẽ: ſz dicuntur maioꝛa qz maioꝛẽ rẽ significabãt. ¶ Nũc ãt nihil ẽ in veteri testõ qõ expressius xp̃s significet q̃ agnus paschalis vt patet si recipiantur cerimonie eius que habent Exo. 12. c. iõ euangeliste magis xp̃o applicuerunt agnũ paschalẽ q̃ aligd alterũ de cerimonijs veteris testamẽti vt ꝓ. Jo. 19. c. vbi dr q̃ qñ milites frangissent crura latronũ cũ peruenissent ad iesum nõ fregerũt ei crura ꝛ facta sunt h̄ vt impleret scriptura que dicit: os nõ cõminuetis ex eo. constat tñ q̃ hoc dictũ ẽ de agno paschali vt habet Exo. 12. c. ¶ Item qz agnus paschalis erat sacrificiũ sicut cetera sacrificia vt habet Nu. c. 9. cũ dr. Si quis aũt immundus ẽ ꝛ in itinere nõ fuit ꝛ tñ non fecit phase exterminabitur aia illa de populis suis: qz sacrificiũ dño nõ obtulit tẽpore suo. ipsum agnũ paschalẽ vocat sacrificiũ dñi. ¶ Itẽ qñ dicitur q̃ nõ poterãt gẽtiles offerre dño: qz nõ poterant intrare in sanctuariũ ꝛ tñ offerentes introibant vsq̃ ad ostiũ tabernaculi. Responderi põt q̃ q̃q̃ gentiles ꝑ se nõ introirent vsq̃ ad ostiũ tabernaculi possent dare aliquibus iudeis hostias suas vt loco ipsoꝝ offerrẽt in sãctuario: ꝛ sic sufficiebat q̃ offerrẽt. ¶ Itẽ si gentilib⁹ licebat offerre pecũias ad vsum scũarij vt ꝓ. 2. Macha. c. 3. nõ vr eẽ cã quare nõ immolent aialia ab eis oblata: qz quãtũ ẽ ex deuotione offerentis eadẽ deuotio eẽ poterat in offerendo animal sicut denarius. Quã tñ vero ad id qõ offertur nõ vr eẽ aliq̃ differentia q̃ offerant panes vel aialia vel offerant denarij. Nam nihil mali vel bõi in rebus istis ſm seipsas est. ꝛ sic nõ videbitur esse aliquid ꝓpter qõ non debent accipi oblationes de manu alienigenarum. ¶ Nunc autẽ ad ea q̃ dicta sunt responderi potest. Ad primuz quando dicebat q̃ deus vult omnes boues saluos fieri ꝑ confessionem nois sui ꝛ hoc fit in sacrificio. ergo omnibus debent permitti sacrificia. ¶ Rñdendũ est q̃ deus vult omnes fieri saluos ꝛ q̃ confiteant nomẽ eius tamen nõ sequitur q̃ permittat sacrificia ab omnibus fieri. nam non venit aliquis ad agnitionez dei ꝛ confessionem nominis eius per sacrificia. sed potius venit ad sacrificia per confessionem nominis dei. nam omnia illa q̃ ptinẽt ad cognitionẽ ꝺi ꝛ ad h̄ q̃ aliqs illuz amet ꝛ colat ꝛ ad h̄ q̃ saluet nulli dñt negari. Ea tñ q̃ sũt ꝓpria alicuius stat⁹ vel modi viuendi debent negari omnibus nisi eis q̃ sunt i illo statu vel modo viuendi. s. q̃ aliqua sunt q̃ precedunt ad statum colendi deuz ꝛ alia sunt que consequũtur tanq̃ ꝓpzie cerimonie illius status. De primis aũt dicendum est q̃ tam in nouo q̃ in veteri testamento omni homini concedebantur. ea tamen que consequebantur statum illum non concedebantur cuicunq̃: immo nulli nisi ei qui iam in illo statu esset. ¶ Sic autem erat in veteri testamento quia precedentia ad statum populi iudaici erant fides ꝛ circuncisio. s. q̃ qui vellet tenere illum statum primo crederet oia que dicebantur a prophetis ꝛ in omnibus libris veteris testamenti. ¶ Secundum autem erat q̃ circunciderẽtur iõ ista nulli denegabantur. q̃ tamen aliquis vellet offerre vel introire in sanctuarium vel esse iudeꝰ in populo israel erant quedam consequentia ad statum illum: non permittebantur alicui nisi iam esset in statu veteris testamenti. gentiles autez nõ erãt in hoc statu quãdiu permanebant in gentilitate: ideo non licebat eis tunc offerre quia hoc erat aliquid consequens ad ipsum statum populi iudaici. ¶ Sic autez est in nouo testamẽto: quia quedam precedunt ad nouum testamentum quedam consequũtur. Ad illud precedunt autez fides ꝛ baptismus: iõ ista duo nulli denegantur sed potius incitari debent omnes infideles ad hec ꝛ debent recipi in sermonibus factis de fide ꝛ obseruantia christianoꝝ: ꝛ si quis eoꝝ quesierit volens informari de fide aut de aliquo pertinente ad illam ab aliquo legisperito christianoꝝ gratis hoc fiendum est. ꝛ si quisquã petierit baptismum dandus est. Alia autem que consequuntur statum noui testamenti vt posse recipere omnia alia sacramenta. s. confirmatio-

D Nicolai rõnes ꝓp q̃s ñ licebat gẽtilib⁹ dño oblatões offerre. 1. Ratio nico.

2. Rõ.

E An argumẽta nicolai procedant. 1. Rõ.

2. Rõ. Multi gentiles fuerũt viri sci. Et an philosophi ꝛ poete colnerint idola. Iste lib⁹ auctorizẽ nũc apud nos.

3. Rõ.

4. Rõ.

5. Ratio.

6. Ratio.

7. Ratio.

8. Ratio.

F

Rñsio.

Defẽsio nicolai.

Ad. 1. rõez.

D

Fides ꝛ baptism⁹ nulli denegant.

nem ꝛ eucharistiam ꝛ extremam vnctionem vel ordines: vnde siquis infidelium petierit se ordinari in sacerdotem aut confirmari ab episcopo aut tradi sibi eucharistiam nihil horum fiet: qz potestas recipiendi istorum consequitur nouum testamentū ꝛ non precedit. Nemini ergo dabitur nisi qui sit in statu noui testamenti. ¶ Et si dicas recipere eucharistiam ꝛ fieri sacerdotem pertinet ad diuinum cultum: ergo nulli petenti debet negari. ¶ Respondendum est ꝙ non valet consequentia: qz verum est de illis que precedunt ad aliquē statū colendi deum non de illis que consequuntur statum. ꝛ sic quando dicitur per sacrificia deus colitur ꝛ protestantur homines deum esse: ergo cuilibet permitti debet facere sacrificium. Respondetur ꝙ non valet consequentia: qz facere sacrificiū est aliquid consequens ad statum veteris testamenti. ¶ Ad aliud argumentum quando dicebatur. ſ. ꝙ profectus qui erat in sacrificijs ex deuotione ita poterat esse in gentilibus sicut in iudeis: qz ipsi poterant habeꝝ deuotionem. quantū vero ad protestationem messie futuri, non erat necessarium ꝙ exprimerent manifeste: sed ex natura sacrificij importabatur. ergo ita poterant ipsi offerre cum protestatione tanta sicut iudei. respondetur ꝙ in gentilibus non poterat esse deuotio que requirebatur ad acceptabilitatem sacrificij sicut in iudeis. nam non vocatur hic deuotio elevatio mentis in deum sed elevatio cum quibusdam conditionibus. sed iste non poterant esse in gentilibus. ¶ Primo qz non potest aliquis habere deuotionem in deum nisi eum cognoscat: qz deuotio pars amoris est: amor autem nunq̄ est in incognitū. sed gentiles non cognoscebant deum sed existimabant quasdam insanias de eo pluralitatē deorum asserentes qō repugnabat valde dignitati dei: nec poterant deo complacere cum de eo falsa existimarent. nec hoc existimabant tāq̄ veritatē cognoscere non possent sed quia nolebant. nam iudei illos libenter docuissent. ¶ Item cuz sacrificare esset quedam pars cultus diuini in veteri testamento: non solum requirebatur ꝙ illi vellent offerre propter deum sed etiā ꝙ ceteras partes cultus acceptarent. nam nisi eo modo. facēt quo deꝰ iubebat nō videbaꝝ facē qō deꝰ iusserat. ſz debebat istā cerimōiā deꝰ sacrificādi cū alijs cerimōijs veteris testi. Si ergo aliqs vellet distinguere iter cerimonias vnā acceptās ꝛ aliam reijciens non faciebat qō ꝺus iubebat sed quod ipe volebat. non erat ergo acceptabile tale sacrificiū. ¶ Ad aliud quādo dicitur ꝙ ita poterant gentiles tacite ꝓfiteri messiam futurum sicut iudei in sacrificijs: cum hoc induceretur ex natura sacrificij ꝛ non erat necessaria expressio vocalis. Respondetur ꝙ quamq̄ fieret protestatio tacite non poterat fieri per gentiles. Iste enim protestationes non inducebantur ex natura actꝰ quasi actus secundum se hoc signaret: sed inducebantur ex voluntate instituentis. non poterat ergo aliquis per istos actus significare quicq̄ occulte protestando nisi inquantum conformabantur voluntati instituentis. sed gentiles non conformabantur huic voluntati ergo non protestabantur aliquid tacite. Hoc patet qz deus instituit sacrificium tanq̄ quēdā cerimoniam cultus sui fundatam super fidem eorum que de se credi mandabat ꝛ cum intentione famulandi ei in ceteris que iuberet. sed gentiles non tenebant istam fidem nec reliquas partes cerimoniarū acceptabant: ergo non debebant permitti facere sacrificia ſm ritum iudeorum. ¶ Ad aliud argumentum quando dicebatur ꝙ non est simile de gentilibus ad oblationem meretricum ꝛ precium canis ꝛ oblationes excommunicatorum: quia excommunicati ꝛ meretrices increpandi sunt vt tedio affecti ad bonum cōuertantur: sed gentiles ꝛ omnes infideles dulciter tractādi erāt vt ad fidem venirent. Respondendum est vno modo ꝙ in excommunicatis ꝛ infidelibus similitudo est ꝛ in omnibus alijs q̄ in malo perseverant. nam possunt isti trahi ad bonū dupliciter vno modo per timorem vel subtractionem boni. Alio modo ꝙ amorem. ꝛ sic nos infidelibus facimus ꝛ excommunicatis. nam excommunicatis interdum blandimur vt ad bonum conuertantur proponentes eis bona que perdunt priuati communione: ꝛ bona que acquirerent si ad communionem redirent. aliquando etiam per illationem malorum eos reducimus abiicientes eos tedio cum illis non loquamur eosq̄ sic ruboꝛe suffundimus: alijsq̄ bonis communicationis nostre priuamus. In infidelibus autem eodem modo est: quoniam aliquando eis mala infligimus priuantes eos bonis communionis nostre: quoniam non communicamus eis sicut fideles inter se communicant: alia quoq̄ vite subsidia eis subtrahimus ꝛ hec intelligant sibi fieri quoniam fideles non sunt. aliquando autem eos per amorem trahi conuenit vt eis dulciter communicemus et alia bona eis faciamus: maxime autem quantum ad eruditionem que est in fide. Ideo paulus apostolus quando communicabat gentibus sequebatur ritus eorum vt eis magis persuadere posset: ꝛ cum esset inter iudeos faciebat sicut iudeus cum vero esset apud barbaros faciebat sicut barbarus vnde ait. omnibus omnia factus sum vt omnes christo lucrifacerem. Sic quoq̄ beatus petrus cum esset inter gentiles conuersabatur sicut gentilis vt persuaderet eis. Cum vero esset inter iudeos aut aliqui de iudeis ad eum venissent separabat se a gentilibus incipiens distinguere cibos vt patet ad Gala. c. 2. q̄q̄ eum paulus reprehendit vt patet ibidem. ¶ Ideo quantum ad hoc respondeꝛi potest ꝙ ō excommunicatis ꝛ meretricibus ꝛ infidelibus idem modus trahendi est: ideo sicut excommunicatorum prohibentur ꝛ meretrix oblationes ita ꝛ oblationes infidelium. et hoc pertinet vt trahantur per timorem quāquam ad infideles magis dulciter nos habere debeamus q̄q̄ ad excommunicatos et meretrices: cū maiorē ptātem ecclesia habeat sup excōicatos ꝛ meretrices: qz sunt intra ecclesiam: q̄q̄ super infideles qui sunt extra. ¶ Alio modo adhuc conuenientius respondeꝛi potest: qz dulcius tractari debent infideles q̄q̄ excommunicati vel meretrices vt ad fidem trahantur. facilius tamen est recipi excommunicatorum ꝛ meretricum oblationes ꝛ sacrificia q̄q̄ infidelium: qz potestas faciendi sacrificiuz vel offerendi inter catholicos ꝛ meretrices ē: qz ista potestas consequitur eos qui sunt in statu noui testamenti: huiusmodi sunt meretrices ꝛ excommunicati: ideo de eis permitti deberet ꝙ offerrent nisi vt ruboꝛe suffusi facilius conuertantur ad bonum. in infidelibus autem non sic est: quoniam potestas offerendi ꝛ faciendi sacrificium consequitur ipsum statuz veteris testamenti ꝛ noui testamenti secundum cerimonias cuiuslibet eorum: ideo non potest esse in aliquo nisi in eo qui iam est in statu noui vel veteris testamenti. Infideles autem non sunt huiusmodi. ergo non licet eis offerre. ¶ Ad alterum argumentum quando dicebatur ꝙ minus erat facere sacrificia q̄q̄ comedere de agno paschali: iō ꝙ nō licebat gentilibus non circuncisis comedere de agno paschali: tñ ꝙ liceret eis facē sacrificia. Dicendum ꝙ non videtur esse maius: qz agnus paschalis non pertinebat ad tot cerimonias sacrificiorum sicut ipsamet sacrificia. nam de agno paschali nihil proveniebat sacerdotibus sicut de pacificis hostijs: vel pro peccato. eodem modo non proveniebant eedem partes deo q̄ ꝓueniebant de alijs sacrificijs sed totum cedebat in ius ipsorum laicorum occidentium agnuz preter adipem ꝛ sanguinem qui als nunq̄ eis licebat. ¶ Item fiebant plures cerimonie in sacrificijs q̄q̄ in agno paschali. nam in agno paschali non videtur ꝙ fieret ritus offerendi ad ostium tabernaculi sicut expresse iubeꝝ de omnibus alijs sacrificijs: nec etiam comedebantur carnes agni paschalis intra sanctuarium sicut comedebantur carnes aliorum sacrificiorum pacificorum ꝛ pro peccato: sed sufficiebat ꝙ comederentur in loco quē dominus elegisset vt patet Deute. c. 16. Item quando dicit ꝙ agnus paschalis erat sacrificium dicendum est ꝙ non erat proprie sacrificium sed large dictum ex eo ꝙ erat quedam immolatio a deo iussa ꝛ significativa aliquorum diuinorum beneficiorum. ſ. liberationis de egypto. proprie tamen sacrificium non erat: qz aut esset de holocaustis vel hostijs pacificis vel pro peccato ſz nullum horum erat. quod patet qz non holocaustum: nam in holocaustis carnes totaliter deo proveniunt: in agno autē paschali nihil deo de carnibus provenit sed totum ipsis laicis. ¶ Item non est victima pacifica: quia in pacificis victimis sacerdotiꝰ proveniebat pectusculuz ꝛ armus vt patet. ē. 7. et. 10. c. Sed de agno paschali nihil proveniebat sacerdotibus. ¶ Item nō erat sacrificium pro peccato: qz ista fiebant pro specialibus peccatis. qō non videtur in agno paschali: qz non fiebat ad peccatorum remissionem: sed ad recolendum beneficia liberationis de egypto. Item quia in sacrificio pro peccato omnes carnes proveniunt sacerdotibus vt pz. ē. 6. c. Sed in agno paschali nihil proveniebat sacerdotibus: ergo non pertinebat ad sacrificiuz pro peccato, ꝛ sic pz consequenter ꝙ non erat agnus paschalis sacrificium. ¶ Ad aliud quando dicitur ꝙ in veteri testamento non dicebantur esse aliqua maiora sacramenta alijs propter efficaciam que nulla erat: sed propter maioritatem rerum significatarum vel propter magis expressam significationem. Respondendum est ꝙ in veteri testamento aliqua dicebantur maiora sacramenta large sumpta: quia magis efficiebant: sicut patet in circuncisione que inter omnes cerimonias veteris testamenti efficaciam habebat: quia erat sacramentum fidei. ꝛ hoc erat magis q̄q̄ oblatio agni paschalis. Alia autem erant maiora sacra-

menta

3 Obiectio. Responsio. Ad. 2. rōez. Gentiles non poterāt hēre deuotiōez ſ offerēdo ꝛ q̄ deuotio reqrebaꝝ i sacrificijs. 1. Ratio. 2. Ratio. K Ad. 3. rōez. Ad. 4. rōez. Nota. In malo pseverantes dupliciť ad bonū trahi possunt. L Qñ infideles dulciť ꝛ qñ dure tractādi sunt ꝛ sic de meretricibus. M Ad. 4 rtionez. N Ad. 5. rationem. Quid sit maiꝰ offerre sacrificia vł comedere ō agno paschali ꝛ vbi erāt plures cerimōie. O Ad. 2. ratioem.

menta quia requirebant plures cerimonias ⁊ solenniozes alijs. ⁊ sic sacrificia dicuntur esse maioris dignitatis q̄ omnes cerimonie veteris testamenti: qz requirebant plures dispositiones et ritus tam ex parte offerentium q̄ ex parte sacerdotum: q̄ ex parte rerum oblatarum ⁊ loci in quo offerebantur: ⁊ quātuz ad modos ipsius actionis. in alijs autē non requirebantur tot: ideo maioris dignitatis erant quātum ad hoc sacrificia in veteri testamento q̄z immolatio agni paschalis. ¶Alio modo possunt dici sacramenta vel cerimonie maiores ex parte reruz significatarum ex modo expressiōi representandi. ⁊ hoc satiſ cōuenit agno paschali inter cetera que erant in veteri testamento. magis tamē efficit dignitatē modus secundus supza dictus q̄z iste tertius: ⁊ quātum ad illū sacrificia excedunt agnū paschalē. ¶Itē quando dicitur q magis adaptatur agnus paschalis ad significandū xp̄m ⁊ magis ponitur ab euangelistis q̄ aliqua alia cerimonia veteris testamenti. Respondendum est q etiam ponuntur alie cerimonie veteris testamenti in nouo tanquā significatiue eius. nam sicut beatus Joannes dixit q non erat os aliquod confringendū in morte xp̄i: qz dictū fuerat de agno paschali os nō cōminuetis ex eo vt p3 Joan. 19. c. ita ipsemet christus significans passionē suā expressit se per serpentē eneū quez fecit moyses in veteri testamento vt p3 Jo. 3. c. cū dicitur. ⁊ sicut moyses exaltauit serpentē in deserto ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitā eternā. non ergo videtur quantū ad h̄ excedere agnus paschalis alias cerimonias veteris testi. ¶Ad aliud argumentū quādo dicebatur q q̄q̄ gentiles p se offerre non possunt introeuntes in sanctuario: poterant tamen dare oblationē suā aliquibus iudeis vt offerrent nomine eorum ⁊ sic nihil videbatur differre an ipsi offerrent vel alij pro eis. Respondetur q aliquid differret q gentiles per se offerrent vel alij nomine eorum: quoniā si offerrent ſm cerimonias veteris testamenti oportebat vt p se offerrent. sic enim let iubet vt p3 ex processu libri huius. Et tamen adhuc non insistentes huic dicemus q q̄q̄ vellent gentiles offerre aliqua sacrificia non permitterentur nec acciperet ḡs quā iudeus illa de manu eorum: qz deus prohibet hoc in litera dicens. de manu alienigene nō offeretis panes domino deo vestro ⁊ quicquid alterum dare voluerit. ⁊ q̄q̄ ipsi populares forte reciperent ad offerendum panes nomine gentilium: qñ sacerdotibus hoc constaret non reciperēt talia sacrificia. ⁊ sic nullo modo licebat accipi sacrificia de manu gentilium. Sed si dicas q poterant pplares iudei offerre sacrificia gentiliū sacerdotibus non explicando quoz erant ⁊ sic reciperent. ¶Respō dendū est q lex data hominibus nunq̄z dat nisi de eis que hominibus nota esse possunt. De occultis nāq̄z ad deuz iudicare pertinet: ideo q̄q̄ sacerdotes illud reciperent qō gentiles offerebāt nihil tamen differebat ad istam legem: qz ipsi nesciebant aliqd se recipere a gentilibus. Alio tamen modo adhuc respōderi potest. ſ. q nullo modo sacerdotes recipiebant sacrificia pro gentilibus: qz prius inquirebant quorum erant illa sacrificia ad hoc q orarent pro eis qui offerebant. Nam sacerdotes quando faciebant cerimonias orabant pro offerentibus vt patet. ē. 5. et. 6. c. ⁊ sic cognoscerent an iste essent oblationes gentiliū vel iudeorum. Si autem confiterentur vulgares esse illas oblationes suas quas pro gentilibus offerebant non proficerent gentilibus qz non orarent sacerdotes pro illis sed pro iudeis offerentibus. nec etiā proficerent iste oblationes iudeis offerentibus: qz mentiebantur. nulli ergo prodessent. ¶Ad aliud argumentum quādo dicebatur q si licebat gentilibus offerre pecuniam ad vsus templi licebat etiam dare sacrificia: qz nihil magis videbatur esse in vno q̄z in altero siue ex deuotione siue ex re oblata. Respondendū est q non est simile: qz quando offerebant gentiles domino aliquas pecunias ad vsus sanctuarij ille non consecrabantur sicut sacrificia oblata super altare ⁊ incensa coram domino: ſz solum manebāt in thesauro sanctuarij ad vsuz futuroz. Cum aūt aliqō aīal offerebat illud sacrū efficiebatur ⁊ ponebatur super altare ad cremandū quod erat pertinēs ad dignitatez eius qui obtulisset. ſ. q res cōsecrate ab eo acceptarentur a deo. cū autem offerebat pecunias quisquā non pertinebat ad eius dignitatem qz ille reciperentur: qz non efficiebantur sacre sed ad quoscūq̄z vsus applicari poterāt cū ibi nō cōsideretur substātia ſz valoz. vñ si aliquis offerret vouendo dño aliquod animal non poterat dare alterum p illo ēt si id qō dabat eēt maioris valoris: sed id qō prius datum erat ⁊ id quod pro eo cōmutabatur pertinerent ad deū. sic p3. j. 27. c. cū dicitur. aīal autē qō immolari potest domino siquis voluerit sanctum erit ⁊ mutari non poterit. i. nec melius malo nec peius bono: qz si mutauerit ⁊ ipsum qō mutatum est ⁊ illud p quo mutatū est consecratum erit domino. ¶Item multum differt q offerrentur pecunie vel sacrificia. nā offerre pecunias non erat aliquid pertinēs magis ad eos qui erant in statu veteriſ testamenti q̄z ad quoslibet alios. offerre autē sacrificia erat quoddā cerimoniale cuius potestas consequebatur eos qui erant in statu veteris testamēti: ideo offerre pecunias omnibus liceret: qz nō cōcernebat aliquē statū. offerre autem sacrificia non pertinebat ad omnes ſz solū ad eos qui iam erant in statu veteris testamenti. Patet ergo quomodo gentilibus non licebat offerre sacrificia nec aliqd pertinens ad modū sacrificiorum: licebat tamen offerre pecunias aut qōlibet conuertibile in pecunias etiaz si esset animal immolatorum dum tamen non offerretur ad immolandū sed ad reducendum in pecunias. ¶Sciendū q ista littera aliter exponitur ab hebreis: ⁊ habetur sic in hebreo. (De manu alienigene nō offeretis panes deo vro nec de omnibus alijs:. qz corruptio eorum in eis.) Intelligunt aūt rabbi. ſa. ⁊ ra. abraaz abenazra: qz supza dictum fuerat q maculata non debebant recipi in sacrificijs forte crederet sacerdos q ista lex non intelligebatur nisi de iudeis: ⁊ q liceret illis accipere ista maculata a gentilib⁹. Respondet ergo deus q non offerrentur ista nec ēt a gentilib⁹ qō est recipi de manu alienigenarū: qz corruptio eorū in ipsis ē. i. qz iste oblationes in se corrupte ⁊ maculate sunt. volant tamē isti hebrei q si gentiles offerrēt aliqua animalia immaculata q sacerdotes illa reciperent. sed non conuenit hoc textui. Nam alii qui dicunt q per panem significatur hic panis. ſz hoc non conuenit: qz i pane nō est aliqua macula propter quā offerri nō liceat: sed accipitur pro sacrificijs ſm q supza declaratum est. ista tamen respuuntur propter ipsorum gentiliū vilitatē: ⁊ qz non erant de statu veteris testamenti potissime qz si de manu gentilium liceret accipi sacrificia munda sicut de manu iudeorum: nihil differrent iudei quātū ad hoc in dignitate a gentilibus: qz equalia eis licerent. qō falsum est qñ tunc ita intelligerent gentiles se pertinere ad cultuz dei ⁊ acceptari munera eorum sicut ipsorum iudeorum. ¶Si aūt aliquis obijciat q non intelligun tur hic per panes nisi panes non stat: qz cū oblatio principalius fieret in carnibus q̄z in pane debet magis fieri mentio de carnibus. ergo intelligende sunt hic carnes sacrificiorum per panes: satis conuenit litere hebraice q ponit pro pane leben: ⁊ tamen generaliter ponitur in littera nostra pro quocunq̄z pabulo vel nutrimento. sic p3. ē. 3. c. vbi littera nra dicit in pabulum ignis: in littera hebraica dicitur in panem ignis. ſ. ad nutrimentum: ⁊ ponitur ibi leben. ⁊ sic accipitur ibi panis pro sacrificio carnium. ⁊ per hoc etiam possunt intelligi panes ⁊ omnia alia quecunq̄z offerri possunt. (Qz corrupta ⁊ maculata sūt omnia.) ſ. munera gentilium que dant ad immolandū vel ad cremandū quomodocunq̄z super altare. ⁊ hoc qz erant suspecta de aliquo ritu idolozū facto super illa. vel dicuntur corrupta: qz in se grata nō sunt: sed sola sacrificia israelitici populi grata erant eo q omnia sacrificia fiebāt ſm aliq̄ significationē. ⁊ ad hanc instituta sunt vt p3. 1. Ad cozin. 10. ſ. omnia in figura contingebant illis. In gentilibus aūt nō est significandi ratio que conueniebat sacrificijs qz ista significatio data fuerat ab impositore legis et fuerat data eis q māebāt i ritu cult⁹ ei⁹: ſz gētiles nō erāt i ritu illo q̄ nō ptiebat ad eos ista significatio cū nō ptineret fides sup q̄ fundabatur. vnde si gentiles etiam non colentes idola alicubi terrarum ante legislationem vel postea facerent deo sacrificia que iussa erant in lege non haberent eandē significationē quā habent cum a iudeis fiunt: cum ista significatio non sit naturaliter ex conditione actus sed ex voluntate instituentis. sed nō fuerāt instituta ista sacrificia gētilib⁹ sed solis iudeis: ideo apud eos solos representant. De pecunijs autem alia ratio est quia pecunie non dantur ad rationez significationis sed ad necessitatem supplendam. suppletio autem necessitatis ita fit per pecuniam gentilium q̄z iudeorum. ergo vtriq̄z licitum erat dare pecuniam offerendo. (Locutusq̄z est dñs ad moysen dicens.)

¶Hic ponuntur alie cerimonie pertinentes ad oblationem. ſ. quātum ad determinationem temporis in animalibus offerendis ⁊ ponitur hic principium rationis. ſ. locutus est: qz sunt ista precepta alia a superioribus. (Bos ⁊ ouis ⁊ capra.) De his tribus solum ponitur qz ista solum sunt immolaticia inter omnia quadrupedia: ⁊ de omnibus est idem ius. Alia autem animalia q̄q̄ essent munda ad esum tamen non erant munda ad sacrificiū: qz maioz mundicia requiritur in sacrificio q̄z in cibis. Cause autem horum. ē. 1. c. posite sunt. (Cum genita fuerint: septem

Ad. 7. rationem.

In gētiles posset offerri sacrificia p manus israelitarū q̄q̄ p se nō posset.

Obiectō

Rñsio.

Ad. 8. rationem.

R

Expō hebreoꝝ.

S

Qō. 24 A

Cerimōie quantū ad determinationē tpis in aīalibus offerendis.

diebus erunt sub vbere matris sue.) Hic determinatur tempus ad offerendum. s. q̄ si aliquis vellet offerre aliq̄ animal nō poterat offerre ante dies octo: sed erat primo q̄libet animal noviter genitum septē diebus cum matre sua ⁊ postea in die octauo poterat offerri. Dicitur autem q̄ erat sub vbere matris qa in. 7. diebus permitti debebat in lacte: nec enim ante assumendus erat animal in sacrificium nec etiam in cibos. ⁊ hoc significatur Exo. c. 23. cū dicitur. nō coques hedū in lacte matris sue. i. nō coques eū ante dies octo. Idem habetur Deute. 14. c. ⁊ est sensus quia si coquatur hedus ante dies octo magis habet sub stantiam lacteā quā traxit a matre q̄z substantiā carnis: qm̄ caro illa tenera est in modū lactis. (Die octauo ⁊ deinceps offerri poterunt oſſo.) In die enim octauo iam animalia duriora sunt ideo conuenientius occidi poterant: nō tamen est necessarium q̄ occiderentur in die octauo ad immolandum sed poterant offerri etiam post vnū annū vel quando vellent ipsi offerentes. nam sicut offerre eis liberū erat ita tempus offerendi. sz magis hoc pertinebat ad ipsa animalia que ex necessitate domino tradi debebant sicut primogenita pecorum que offerebant. hec enim poterant dari in die octauo vel vltra oſſo. sic pz Exo. c. 22. cū dicitur. primogenitum filiorū tuorum michi: de bob⁹ quoq; ⁊ ouibus similiter facies: septē diebus sint cū matre sua ⁊ die octauo reddes illū mihi. q̄ autē non esset necessarium offerri i octauo die: sz postea possint offerri pz qz dicitur. die autem octauo ⁊ deinceps offerri poterunt oſſo. ¶ Causa huius est qz sacrificia dei dicuntur cibus eius: ideo sicut in cibis requiritur q̄ sit conueniens dispositio ne sint multum liquida ⁊ limosa istar lactis ⁊ q̄ non sint multum dura: ita quoq; in sacrificijs dei sicut fuit declaratū. s. 1. c. vbi cause horum date sunt. (Siue illa bos siue ouis.) Hic ponitur alia regula de non occidendis matre ⁊ filijs in eadem die ⁊ dicitur de boue ⁊ oue: intelligendum ēt ē de capra: qz ista tria erant animalia immolaticia ⁊ omniū erat idem ius. Precipue qz supra immediate dictū ē de boue et oue ⁊ capra non offerendis ante octauum diem. ergo per illa intelligi debuit hic capra etiam si non exprimatur. (Non immolabunt vna die cum fetibus suis.) s. q̄ non occidetur ad sacrificium mater eadem die cum filijs. ¶ Hoc enim de matre intelligitur respectu cuius filij vocantur fetus: qz eos fouit in vtero suo. respectu autem patris non vocantur fetus: sed filij vel geniti. Et q̄q̄ hoc intelligatur de matre tamen ad patrem ēt referē dū ē si cognoscatur. dicitur tamen hoc de matre: qz in brutis matres cognoscuntur cum apud eas filij paruuli nutriantur patres autem rarissime: ideo lex nihil posuit de eo quod raro accidit: qz tamen est eadem ratio legis in patre ⁊ matre quandocunq; pater cognoscatur non occidetur eadem die cum prole sua. ⁊ dicitur hic hoc debere seruari in immolatione. s. in sacrificijs: tamen etiam intelligendū est de alijs immolationibus que non erāt sacrificia: magis tñ ptinet ad sacrificia q̄q̄ ad alia. ¶ Rō bui⁹ē qz de⁹ volebat odiar̄ pplz iudaicū ad pietatē: qm̄ hebrei duri corde erat nō habētes in alterutrū viscera charitatis de⁹ q̄ vt erudiret eos ad pietatem in pecoribus: erat autē q̄dā crudelitatis genus si pater cum filijs eodem occideret die: ideo iussit deus vt nō occiderent. alia quoq; similia mandauit. s. si alicui occurreret nidus auium ⁊ inueniret matrem desuper incumbentem pullis nō teneret omnes simul: sed matrē relinquens filios acciperet vt habetur Deute. c. 22. hoc aūt pietatis exemplū cuz deus vellet obseruari in actibus iudeorum maxime obseruari fecit in actibus pertinentibus ad cultum suū. s. in sacrificijs: dicens specialiter q̄ mater ⁊ filij non immolarentur eadem die. (Si immolaueritis hostiam.) Hic ponitur cerimonia de tempore comedendi carnes pacificarum hostiarum. s. an debeant comedi in eadem die vel possint comedi in sequentibus: ⁊ de hoc quaeritis autem nihil dicitur: qm̄ carnes illorum non comedebantur sed cremabantur super altare immediate vt pz ē. 1. c. ō carnibus autem hostie pro peccato etiam nihil dicitur quoniaz eadem die a sacerdotib⁹ comedebant vt patet. ē. 6. c. Dz tamen de hostijs pacificis qz in his aliquando licebat comedi carnes in sequenti die: aliquando autem solum die qua offerebātur vt pz. ē. 7. c. (Pro gratiarum actione.) Erant enim hostie pacifice duplices. quedam erant pro gratiarū actione. s. pro beneficijs susceptis: alie autem pro suscipiendis. Ille autem que erant p susceptis dicebant eē ad gratiarū actiones: que vero erant p beneficijs suscipiendis dicebantur eē pacifice ad impetrandū. De his autem pacificis distinguebat. ē. 7. c. q̄ quedam erant spontanee: alie votiue. ⁊ de his dicit q̄ poterant comedi carnes ista rum in eadē die qua occidebantur victime: vel in sequenti dū tamē nihil comederetur de illis in die tertio. Si quis autem comederet ō hostia pacifica die tertio peritet anima illa de populo suo vt pz. ē. 7. et. 19. c. De hostijs tamen pro gratiarum actione dicitur q̄ eadem die comedētur. (Ut possit esse placabilis.) i. vt sit conueniens ad placandum deum. Nam si non obseruētur cerimonie quas deus iubet in sacrificijs suis non placabit sed potius irascetur: ⁊ aliquando occidebat eos qui transgredie bantur cerimonias vt patet de nadab ⁊ abiu qui mortui sūt qz obtulerunt ignem alienum vt habetur. ē. 10. c. Similiter quoq; de hostijs pacificis erat: quoniā data erat lex vt non comederentur die tertio vel vlterius carnes pacificarum hostiarum: et subditur si aliquis hoc fecisset. s. si quis de carnibus victime pacificorum comederit irrita fiet oblatio nec proderit offerēti: q̄n potius quecūq; anima tali se edulio commaculauerit peribit de populis suis vt pz. ē. 7. et. 19. c. Oportebat ergo obseruari cerimonias ad hoc q̄ esset hostia placabilis. (Eodem die comedetis eaz.) Hic loquitur ad sacerdotes ⁊ ad populares: qm̄ nullus eorum comedere deberet de hostia pro gratiarum actione i die secundo. Cuilibet tamen horum contingere posset q̄ peccaret i comedendo carnes pacifice hostie: qz sacerdos recipiebat partem hostie pacifice. s. pectusculuz ⁊ armum vt pz. ē. 7. et. 10. Le tere autem carnes proueniebant popularibus offerentibus: iō cuilibet erat posita ista lex q̄ eadem die comederet partem suam: ita ⁊ vtriq; eorum lex posita erat q̄ si offerretur hostia pacifica non pro gratiarum actione q̄ possent comedere de illa in primo ⁊ secundo die: tamen non in tertio. ¶ Causa autem quare in victima pacifica pro gratiarum actione est maior astrictio. s. ad comedendum carnes eius eodem die q̄z in alijs victimis in quibus licet comedi in secundo die: est qz quando aliq̄ oblatio est maioris obligationis deus ponit in ea strictiores obseruationes. sed maioris obligationis est victima pro gratiaruz actione q̄z alie victime pacifice. ergo cum maiori strictione cerimoniarum seruanda erat hostia pacifica pro gratiarū actione q̄z alie hostie pacifice. q̄ autem ista sit maioris obligationis apparet quoniā gratiarum actio est pro bonis iam collatis ⁊ ipsa bona collata habent obligationem presentem. Alie autem hostie pacifice sunt pro bonis deferendis: ⁊ qz obligatio naturaliter causatur ex collatione boni ea que pro bonis conferendis est nondum habet aliquā obligationē: sed solum est ozigo causandi obligationem. que vero est pro gratiarum actione ⁊ bōis iam collatis maiorem obligationem habet quia illa iam est. ergo debuit deus rationabiliter imponere maiorē obligationē ⁊ strictionē cerimoniarū in hostijs pacificis pro gratiarum actione q̄z alie hostie pacifice. (Nec remanebit quicq̄ in mane alterius diei.) Dicit hoc qz licebat iudeis in alijs sacrificijs pacificis comedere in sequenti die de carnibus immolate hostie. Existimaret ergo aliquis q̄ in hostia pacifica pro gratiarum actione licitum esset aliquid reseruari ad alterum diem. dicitur aūt q̄ non.

¶ Quid de residuo hostie pacifice faciendum erat. Qō.25.

Queret ergo aliquis si aliquid remaneret de hostia pacifica vsq; ad diem alterum tta q̄ comedi non posset vel ex aliqua alia occasione mansisset: quid de illo faciendū erat. ¶ Respondetur q̄ ad hoc non habetur aliqua regula exprimens in hoc casu. tamen rationabiliter dicendum est q̄ quod remaneret comburi debebat: quoniaz in alio casu sic fiebat. s. in alijs hostijs pacificis de quibus licebat comedi in die scō: tamen si aliquid remaneret in diem tertium debebat igne comburi vt pz. ē. 7. c. cū dicitur. quicqd autem tertius innenerit dies ignis assumet. Cum ergo in hostia pacifica p gratiarū actione terminus comedendi esset primus dies sicut in alijs hostijs termi nus comedendi erat secundus dies: videtur dicendum q̄ si aliquid remaneret vsq; ad diem secūdū in mane deberet cremari qm̄ nō poterat duerti in alium vsum cōuenienter. (Ego dns.) i. faciatis ea q̄ dico vobis: qm̄ ego qui mando ista sum de⁹ vester et tenemini illa facere. (Custodite mandata mea ⁊ facite ea.) Refertur ad ista que dicta sunt. ē. de custodia cerimoniaz circa res oblatas ⁊ offerendas. dicit q̄ custodiantur mandata. i. teneantur in corde. s. q̄ israelite considerent in eis faciendo ea que deus iubet. s. vt teneant in memoria ea que dicūtur ne obliuiscant aliquo tpe. vnde deus iubet q̄ siue dormientes: siue vigilantes israelite considerent in mandatis eius vt pz Deute. 6. c. ⁊ cū dauid vellet scribere virum bonum dixit eū esse studiosum in lege tam per noctem q̄z per diem vt pz. 1. cū dicitur. sed in lege dni sui voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte. Dicit deus q̄ israelite faciant mādata sua. i. q̄ opere cōpleant id qō ipse iubet. Nam facere ad executionem pertinet.

Iste eni

Sacrificia dei ē cibus eius.

Notandū. Qz oz q̄ si occidetur filius in eadē die q̄ mr ⁊ nihil dz de patre.

Hebrei duri erāt corde.

Hostie pacifice erant duplices.

In victima pacifica pro gratiarum actiōe q̄re maior astrictio ē ad comedendum carnes ei⁹ eodez die q̄z in alijs.

Rñsi. ad q̄situm.

Offerēti um rō q̄ dā inductiua.

Iste enī finis legis est vt hoies p eaz facientes dirigant. (Ego dñs.) exponatur sicut.ō. (Ne polluatiz nomē meū sanctū.) Ista locutio est generalis ad oēs isrlitas tam sacerdotes q̄z non sacerdotes: qñ oēs debebāt obseruare ne ꝺtaminarēt nomē dei: pncipaliter tñ ad sacerdotes dirigitur: qz ipsi tenebant magiz obseruare ne polluerēt nomē dei. pollui nomē dei est q̄ israelite non obseruent mandata dei. nā nomē dei ſm se pollui nō potest. nā nihil tale est qō pollutionē recipiat. ſz dr pollui nomē ꝺi qñ deus ꝺtēnit: ipsum aūt ꝺtemni est nō obseruari mandata ei⁹ quia deus legislator est z vigor legislatoris est in iubendo. Si autē legislatio nō suscipitur aut ex aliq̄ parte cōtēnit dicitur legislatoris nomē pollutū vel cōtēptū. boc aūt ptinet ad oēs isrlitas: qñ glibet poterat ꝺtēnere nomē dñi: ideo dꝛat deus oēs israelitas ne polluant nomē eius. Sacerdotes aūt spāliter polluunt nomē dei si cerimonias eis iussas negligant explere. z magis deus polluit in dꝛū cōtēptū q̄z in cōtēptu pplariū: qz magis ptinent isti ad dei ministeriū: z magis quisq̄ despectus esse videtur cū a suis despicit q̄z si ab alienis negligatur. q aūt ista littera referat ad sacerdotes apparet ex eo qō sequit. ſ. vt sanctificer in medio filiozū israel. si enī ista referrent ad oēs israelitas nō diceret ꝺuenienter vt sanctificer in medio filiozū israel: sed vt scificer inter vos. necesse tamen ē ex littera q̄ alij sunt quibus deus hic loquitur z alij sunt filij israel. Sed filij israel vocant populares q nō sunt de genere leui. ergo refert ad alios qui non sunt de istis. ſ. ad sacerdotes q̄ ipsi nō polluant nomē dñi. z tunc sequit littera. (Ut sanctificer in medio filiozum israel.) i. non cōtēnatis nomē meū vt ego sanctificer. i. iudicer sanctus vel glorioſus in medio filiozū israel. z est sensus si vos non polluerītis nomen meū custodiendo omnia que ego iubeo sanctificaboz in medio filiozum israel. i. filij israel videntes q̄ vos diligenter z cū magna reuerētia obseruatis ea que ego iussi intelligent me esse magnū deū. Si aūt vos nomē meū polluerītis nō obediendo iussis meis intelligent me nihil eē vel esse aliquid ꝺtēptibile z nō bonozabunt me nec apparebo glorioſus inter illos. Dicit nāq̄ aliquis deum sanctificare qñ laudat eum cozā alijs vel facit aliquid pp qō ꝺus appareat glorioſus z laudetur ab alijs. z sic dixit deus moysi z aaron q̄ noluerunt eum sanctificare vt pz Nu. 20. c. cū dr. qz nō credidistis mihi vt sanctificaretis me cozā filijs israel non introducetis bos populos in terrā quā dabo eis. boc aūt erat qz moyses z aaron qñ eduxerūt aquā de petra debuerant aliquid glorioſum de deo dicere vt puocarent israelitas ad laudandū deū p tanto beneficio: ſz nō fecerunt sed potius ꝺuerterūt eos ad amaritudinē arguentes atq̄ dicentes. audite rebelles z icreduli nū de petra hac vobis aquā poterimus eiscere: z p boc puniti sūt. volebat ergo deus q̄ taliter se haberent sacerdotes vt facerent nomen eius apparere glorioſum in medio israelitarū. (Ego dñs qui sanctifico vos.) i. debetis facere ista: qz ego qui iubeo vobis hec facere sum deus vr. z dr qui scifico vos. i. q iubeo vos eē scificatos qñ in boc q̄ deus mandabat. ō. sacerdotibus abstinere ab imū dicijs z complere debite omnes cerimonias cultus sui iubebat eos eē sanctificatos. (Et eduxi de terra egypti.) Dic ponit alia causa quare israelite debeant obseruare ne polluant nomen domini. ſ. qz deus eduxit illos de terra egypti. z boc erat maximū bonum cum daret eis libertatem que est maximum bonozum z eriperet eos de seruitute durissima qua premebantur propter quā grauitatē vocabatur illa seruitus ergastuluz egypti vt habet Exo. 6. c. vocabat ēt fornax ferrea vt habetur Deute. 4. c. cū ergo deus educeret istos de hac grauissima seruitute conferebat eis magnū bonū pp qō tenebant ei naturaliter obligati ad oia q̄ mandaret. Sic pz Exo. 19. c. vbi cū deus induceret iudeos ad accipiendū legē suā dixit. vos ipsi vidistis que fecerim egyptijs z quomō portauerim vos sup alas aquilaz z assumpsi mibi in pplm. qñ ergo deus vult psuadere iudeis aliq̄ valde magnū vt faciant cōmemozat eis egressionē de egypto q̄ valde magnū bonū fuit. (Ut essem vobis in deū.) Ideo eduxi vos ō terra egypti vt essem vobis deus. ſ. vt me coleretis. ¶ Non ē enī intelligendū q̄ deus eduxisset israelitas de egypto vt eēt deus eozū quoniā si nō esset deus eozū nō potuisset eos educere ō egypto. ēt qz deus naturaliter deus ē sicut homo naturaliter est hō. z sicut deus naturaliter est deus ita est deus naturaliter omniū gentiū etiā si nihil agat: qñ deus nomen absolutū est significans naturā: ideo eo q̄ deus est: ē deus oim gentiū: sicut si aliqs hō est eoipso ē hō cōparatus ad quācūq̄ gentē. Sed accipitur deus. i. dñs z est nomen relatiuū. dr aūt esse deus oim gentium: qz dñatur omnibus gentibus z in boc etiā est deus iudeoruz: qz eis dñatur sicut z ceteris. dicit tñ vt eēt ꝺus eoz ſ. q̄ quāuis deus hēret dñium plenariū vniuersale sup iudeos ex natura sicut super oēs alias gentes voluit tñ facere eos sibi specialiter subiectos. ſ. quātū ad qōdā modū specialis cultus. nā q̄q̄ obligent oēs naturaliter deū colere nō tñ ad certū cultū vt ad istū modū sacrificioz vel ad illū vel ad bas cerimonias: vel ad illas: sed ista obligatio est ex voluntate z ad banc deus persuadet hominibus vt recipiant eū in deū. nā sicut naturaliter non obligant ad boc ſz spontanei iduci debent: ita deus inducit illos p sacrificia z alios cultus ad vnionē suā z boc cōmemozans eis beneficia q̄ eis fecerit. ¶ Et qz homines naturaliē nō obligant ad istum modū cultus specialē quē deus vult: nec ad aliquē alium possunt vouere deo q̄ accipiant eū in deū quātū ad aliquē modū colendi specialē. z sic vouit iacob deo cū iret mesopotamiam q̄ acciperet eū in deū si dirigeret illū in via vt habet Gen. 28. c. cū dr. vouit etiā votū dicēs. Si fuerit deus mecū z custodierit me i via p quā ambulo z dederit mibi panē ad vescendū z vestimentū ad induendū reuersusq̄ fuero pspere in domum patris mei: erit dñs mibi in deum z lapis iste quē erexi in titulū vocabitur domus dei: cunctoruq̄ que dederis mibi decimas z hostias offeram tibi. recte ergo deus persuasit iudeis vt eēt eis in deuz. ¶ Alio modo pōt intelligi boc. ſ. q̄ q̄q̄ deus sit deus omnium ex necessitate nature vult tñ magis q̄ ipsi voluntarie eum colant z ad boc nō sufficit q̄ ipse sit deus naturaliter ſz q̄ faciat eis aliqua bona p que inducat illos ad colēdū ipsum specialiter. sic aūt factū est dic qz cū vellet persuadere iudeis vt eū colerent induxit eis beneficia impensa. z iste modus inducendi ptinet ad homines simplices terrenos qui beneficijs incitantur. Nā etiam si deus nō fecisset iudeis aliqua specialioza beneficia q̄z alijs gentibus tenerentur ei mandanti in singulis obedire: qz deus est nulla alia causa assignata. (Ego dominus.) i. omnia ista faciatis: qz sum deus vester z dominus potēs bec iubere z vos tenemini obedire.

¶ Capitulum.xxiij.

LOcutusq̄ est dñs ad moysen dicens. Loquere filijs israel z dices ad eos. Me sūt ferie domini quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus: dies septimus qz sabbati requies est: vocabit sanctus. Omne op⁹ non facietis in eo. Sabbatū domini ē in cunctis habitationibus vestris. Me sunt ergo ferie domini sancte quas celebrare debetis tēpozibus suis. Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum phase domini est: z quintadecima die mēsis huius solēnitas azimozum domini est. Septē diebus azima comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusq̄. Omne opus seruile non facietis in eo: sed offeretis sacrificium in igne domino septem diebus. Dies autem septimus erit celebrioz z sanctioz: nullumq̄ seruile opus facietis in eo.

Locutus est. In superioribus actum est de sacrificijs z qualitate offerendozum z dispositione offerentium. Dic consequenter ponitur de tēpozib⁹ oblationū z solēnitatū. z ista est tertia pars pncipalis huius libri. Unde describunt bic tempora in quibus fiebant sacrificia q̄ non erant quotidiana: qñ de quotidianis iam dictum est. ō. 6. c. ſ. de ritu matutini z vespertini sacrificij. ¶ Et diuiditur i duas partes: qz primo describuntur tēpora istarū solēnitatū. Secundo inducuntur boies ad obseruantiā eozum. j. c. 26. Prima in duas qz prio agit de quibusdā solēnitatib⁹ q̄ durabāt p aliquaz partem anni. Secundo ponuntur quedā que durabant p totū annū. j. 25. c. Prima in duas qz primo ponuntur solēnitates pertinentes vniuersaliter ad oēs. Scōo quedaz cerimonie pertinentes ad solos sacerdotes. j. 24. Prima in duas qz prio ponitur solēnitas sabbati q̄ erat magis continua. Secundo se-

Deū scificare qd sit.

Qūo moyses z aarō non scificauerunt nomē dñi ad aqs ꝺdictōis.

Israelite q̄re ꝺbeāt obseruare ne dñi nomē polluant.

Notādū

Dei nomē pollui qūo dicatur.

De⁹ ē deus oim er nāe necessitate.

De ferijs. c. ij.

25. q. 1. c. iō. ℣. bis ita. i. cōtra lr̄az legis. j. eo. Exo. 12. c. nu. 28. c. De pascha iudeozum.

Connexio capituli.

Diuisio eiusdem.

De solēnitatib⁹ q̄s filij isrl obsuarẽ dbebãt vt i eis deũ suũ colerent.

stiuitates alie q̄ semel in anno accidebant.secunda ibi.(Mense primo.)Circa primũ.(Locutus ē dñs ad moysē.)Hic agit de solēnitatib⁹ quas obseruare debebant filij israel vt in eis colerent deũ suũ ⁊ eas denunciauit deus moysi vt ipse illas populo patefacerit.sic eni oēs leges dabant:qꝛ ꝑ se nũq̄ deus loquebatur israelitis postquã locutus est in monte synai sꝫ moyses erat medius inter eos ⁊ deũ.De ista locutione an sit diuerso tpe facta cũ alijs locutionibus supiorib⁹ vel in eodē tpe nõ ꝯstat.sꝫ quãquã nõ sit in diuerso tpe:qꝛ id de quo deus hic loquit ē diuersum ab oibus supiorib⁹ debuit poni hic caput rõnis.s.locutus est.(Et loquere filijs israel.)Jubet deus moysi vt ipse denunciet israelitis has festiuitates quas obseruare debent.(He sunt ferie domini.)i.iste que ponũtur hic sunt festiuitates quas deus iubet obsuari.

Qō.1.

A

Quid vocētur solēnitates ⁊ qd ferie ⁊ qũo differũt.Et ã meli⁹ iste dñr solēnitates q̄ ferie.

¶Festiuitates eni ⁊ solēnitates ⁊ ferie idē sunt.festiuitates tñ ⁊ solēnitates dicunt aliquã excellētiã obseruationũ et cerimoniarũ factã in talibus diebus:ferie autē solũ dñt cessationē ab operationibus.⁊ hoc generale est oibus istis solēnitatibus de qbus hic dr:id tñ ſm qḋ sunt solennitates s.obseruãtie nõ ē cõmune.sꝫ in aliqbus obseruatur aliqd ⁊ i alijs alterũ.melius ergo vocantur iste ferie q̄ solēnitates. ¶Dicit ãt eē istas ferias dñi.i.ferias istitutas a deo ad hͦ ꝙ populus vacet sibi in his tpibus.nã vt declaratũ fuit supra ⁊ in Exo.c.20.ꝺ iure nature erat ꝙ hoies vacent deo separantes aliquã tpis particulã specialiter ad colendũ deũ.sed ista particula q̄ debeat eē vel quãta vel aut multũ frequētata aut rara nõ cõstat:sꝫ debet esse ex determinatione legislatoris.Erat eni hoc naturale vt qꝛ iudei ⁊ cetere gentes oē bonũ a deo tanq̄ a causa suprema receperũt:aliquod tp̄s qḋ impendãt in cultũ eius.nec ad hoc oportet esse aliquã legē humanã vel diuinã hoc iubentē.sꝫ de ista vacatiõe ē diuersitas:qm̃ potest eē sine ferijs.s.vt si aliqua die vel multis diebus vellent hoies occupati laboribus suis in deũ intendere ꝯtēplantes vel alios actus latrie impendentes.sꝫ ad hͦ nõ sunt necessarie alique speciales ferie cũ quotidie sine aliqua speciali tpis remissione possit eē vacatio in deũ:cetera aũt ꝺterminãda ptinent ad legislatorē:qꝛ distinguere debet in singulis. Et qꝛ deus susceperat israelitas in populũ sibi particularem vt ipsi tribuerent specialē cultũ ⁊ ille eis beneficia singularia impēderet:decebat vt sup statu feriaꝝ aliqd determinaret.⁊ qꝛ conuenientior modus fuit ꝙ separarent aliq dies specialiter in cultũ dei q̄ ꝙ quotidie deus coleret ⁊ quotidie vacaretur laboribus distinxit dies ad cultũ suũ.nã si in diebus qbus laboribus vacatur cultus diuinus impendendus eēt pp laborũ vacationē nõ possũt hoies in deũ attendere.⁊ sic excluderet intentio nature que est vt homines deo vacent. ¶De ferijs autem quot esse debeant ⁊ an magna distantia esse debeat inter eas ratio reddi non potest:sed vel dependet totaliter ex voluntate legislatoris vel ex quadam congruitate ad ipsos obseruantes.et sic fit hic quoniam ponunt festiuitates in talibus tēporibus:que cõueniant ritibus pp quos inducuntur ferie.s.oblationibus faciendis ⁊ ꝯueniant significatõib⁹ ⁊ causis istrumētoꝝ.nã fuerũt istituta festa que infra habentur in memoriam aliquorum beneficiorum collatorum hebreis.⁊ vt hec non effugiant mentem eorum recolebantur per ferias obseruandas ⁊ per cerimonias q̄ obseruabantur in ipsis ferijs.⁊ propter hoc ſm ꝙ.j.dicitur cerimonie que obseruabantur in istis solennitatibus erãt diuerse ſm ꝙ ꝯgruebant diuersis rebus significandis de quibus infra magis dicetur.(He sunt ferie domini.)Refertur ad has ferias que infra habentur ⁊ sunt sabbatum ⁊ festum azimorum:⁊ festum pentecostes:⁊ festum clangoris:⁊ festum propitiationis:⁊ festum tabernaculorum. Primum enim omnium festorum:scilicet sabbatuꝫ fiebat qualibet hebdomada:reliqua auteꝫ eueniebant solum semel in anno.

De iur nãli tenebãt iu dei impendē cultũ ꝺo i aliquo tēpore sꝫ dies ē a iure diuino seu positiuo.

¶Quare in nouo testamento non fuit aliqua festiuitas determinata a legislatore christo sicut in veteri. Qō.2.

A

Jn nouo testa.nõ fuit aliq̄ festiuitas ꝺterminata a legislatore sicut i ve.⁊ q̄re hoc fuit.

Et sciendum ꝙ quantum ad obseruationem festorum aliter est in testamento nouo:et aliter in veteri.nam in veteri testamento deus statuit determinatas festiuitates in quibus iudei vacarent ei. Jn nouo autem testamento nulla festiuitas determinata est a legislatore christo sed in ecclesia prelati ista statuunt.° ¶Ratio huius differentie ē:qꝛ in veteri testamento homines incohoabant deum colere nõdũ habentes aliquas speciales cerimonias per quas deum colerent ⁊ nescirent an aliquas festiuitates obseruar deberent:sed si nullas imposuisset eis obseruandas nullas obseruarent.hoc autem erat inconueniens ideo date sunt cerimonie colendi ⁊ festiuitates speciales.Cum autem datum est nouum testamentuꝫ iam erant eruditi homines in ritu colendi et in festiuitatibus:scientes ꝙ oportebat esse aliquas speciales ferias in quibus deum colerent ⁊ aliquem specialē ritũ colēdi:⁊ q̄q̄ nõ essent eedē festiuitates nec idē modus colendi qui fuerat in veteri testamento:scirent ꝙ conueniebat eis accipere aliquē modũ colendi ⁊ aliquas festiuitates vnde ipsi scirent quas ⁊ quando statui obseruandas conueniret ⁊ illas statuerent:⁊ ita non oportebat ꝙ christus illas istitueret lꝫ ad hoc multe alie cause sunt.° ¶Determinauit autē de⁹ iudeis paucas festiuitates:qm̃ si multas eis determinasset nullam obseruarent qꝛ nouiter erant eruditi ad cultũ dei. Jn nouo aũt testamēto festiuitates plures sunt.quod ex duobus accidit. Prio qꝛ homines in nouo testamento ꝺbēt magis vacare deo q̄ in veteri:ad maiorē aũt vacationē requiritur pluralitas solēnitatũ. ¶Secũda causa est qꝛ in veteri testamēto hoies nondũ assueti iugo legis grauiter ferrent multas sibi imponi festiuitates cũ per has nimis distraherent ab operibus suis ⁊ repugnarent cultui diuino. Jn nouo aũt testamento sunt hoies magis assuefacti ad ferendũ onus legis:ideo quãq̄ plures ferie eis imponantur tolerabũt.

Jn nouo testõ q̄re plures sũt festiuitates in veteri ãt ñ.

°2.Cã.

B

Que sũt festiuitates q̄addite sũt postea a iudeis ⁊ ñ fuert postea ꝺo.

¶Sciendũ auteꝫ ꝙ oēs festiuitates iudeorũ regulares q̄ a principio a dño institute sunt ponuntur hic.preter has tamen agebant iudei alias solēnitates q̄ postea ex aliqua magna ⁊ rõnabili causa ab eis institute sunt vt ē dedicatio tēpli ⁊ vocatur festũ enceniorũ.s.innouationis ꝓ templo reedificato sub zorobabel.de hoc Jo.10.c.dr facta sunt encenia ⁊ hyemꝫ erat.s.in mense decembri.Erat quoq̄ aliud festũ qḋ vocat dies sortiũ qñ iudei occiderunt oēs aduersarios suos sub rege assuero agente hoc mardocheo.de hoc Hester.19.c.⁊ istud festũ celebrat die qntadecima mensis adar qui est mēsis duodecimus ⁊ semper ē per.30.dies ante solēnitatē azimorũ.⁊ vocatur apud iudeos ista solēnitas festũ mardochei. ¶Aliud etiã erat festũ purificationis qñ iudas ⁊ q cuꝫ eo erant purificauerunt tēpluꝫ qḋ gentiles ante polluerant.20.die mensis octobris qui apḋ hebreos casleu dr.de hoc.2.Macha.c.1. ¶Erat ēt aliud festũ de igne qñ venientibus de captiuitate babylonica iudeis ignē altariꝫ ꝑ septuaginta annos in puteo latentē in aquã crassam conuersum inuenerunt in quo postea rursus in flãmaꝫ accensa cremauit oia sacrificia imposita super altare ⁊ lapides altaris. de hoc habetur.2.Machabeo.cap̄.i.(Quas vocabitis sanctas.)i.vos dicetis istas ferias quas ego vobis distinguo eē scãs.i.applicatas ad cultũ meũ. ¶Jn quo innuitur ꝙ q̄q̄ in festiuitate feriandum sit ab omnibus operibus seruilibus:nõ tñ hoc faciendũ ē pp quietē corporalē hoim:sꝫ vt magis intendant cultu diuino.nã si deus solum curasset ꝺ quiete hominuꝫ ſm corpus cessando a laboribus nil attinebat hoc ad cultũ suũ.Etiã qꝛ si solũ intellexisset ꝙ ferie essent ad quietem corporum solum diceret he sunt ferie.nũc autē dicit ꝙ iste ferie sunt que vocant scē.i.qꝛ dicuntur ad diuinũ cultũ applicite.s.ꝙ homines debent magis colere deum in festiuitatibus q̄ in alijs diebus:immo totaliter in diebus festiuis deo vacare ꝺberent si humana fragilitas hoc pateretur:ideo maius peccatuꝫ est.siquis in die festiuo peccet mortaliter q̄ si peccet in alijs diebus cum magis deum tunc teneatur colere.Uel dicũtur iste ferie sancte.i.deo applicite.s.ꝙ sunt separate ab omnibus negociationibus humanis:ita ꝙ non liceat aliquid fieri in illis.

An festiuitates de⁹ fecerit ad gētē corporũ ⁊ an ꝺ hͦ curauerit.

C

Magis peccat q in die festo peccat.

¶Circa obseruationem istorum festorum considerandum est ꝙ quãq̄ data sunt in deserto tamen non fuerunt ibi obseruata penitus ſm ꝙ hic iubentur:nam hic mandantur fieri sacrificia quedam ⁊ cerimonie in panibus oblatis ⁊ spicis ⁊ carnibus:sed ista non poterant habere israelite in deserto ergo nõ poterant obseruare solennitates in vacationibus ipsorum dierum a laboribus.⁊ quantum ad hoc facilius poterant obseruare q̄ quantum ad aliud. Sed adhuc de isto non constat an fuerint obseruate totaliter:quin potius constat ꝙ non fuerint semper obseruate. De sabbato autem quod ponitur primum in solemnitatibus:constat ꝙ deus fecerit illud obseruari quantum ad vacationem que fiebat in eo diligenter vt habetur Exoꝺ.16.cap̄.vbi iubebat deus ꝙ in die sabbati nullus exiret ad colligendum de manna sed quilibet maneret apud se.et quia in prima obseruatione aliqui exierunt ad colligendum manna in sabbato a moyse valde increpiti sunt vt patet.e.c.Jtem apparet ista obseruatio Nume.15.c.vbi legitur de quodam ꝙ lapidatus sit quia colligebat ligna in sabbato. ¶De alijs autem solennitatibus.s.azimorum ⁊ pentecostes an fuerit facta obseruatio quantum ad vacationem:non tantum constat.nam quantum ad sacrificia ⁊ speciales cerimonias que in eis fiebant dubium non est nullam

Festiuitates iste non potuert obseruari i deserto.

fuisse

celebres. Dicitur autem celeberrimus nō superlatiue:ita q̄ excedat alios dies in celebritate:q̄ vt infra declarabitur dies primus non est celebrior die septimo.sed dicitur celeberrimus absolute.i. valde celebris.dicit etiā sanctus.i.applicatus ad deū: q̄n iste dies obseruabatur ad vacādum deo.q̄ q̄ dīa est inter hoc q̄ est esse celeberrimum ⁊ esse sanctum:q̄n esse celeberrimū solum cōueniebat duobus.s.primo ⁊ vltimo in quibus cessabatur ab omni opere seruili.esse sanctū poterat cōuenire oibus diebus septē:q̄n dies sanctus dr deo applicitus. De quo libet aūt istor hic cōuenit q̄ sit applicitus deo:q̄ q̄ nō quātuz ad vacationē a laboribus.tñ bene quātū ad comestionē azimorū.⁊ q̄ azima comedebant propter mandatuz dei dicebantur isti dies appliciti deo vel sanctificati.(Omne opus seruile nō faciatis in eo.)Dic ponit determinatio obseruationis quātuz ad vacationē a laboribus.⁊ dr q̄ non fiet in isto die p̄mo aliquid opus seruile.¶In quo sciēdū q̄ nō ponit deus tātā strictionē in obseruādo festiuitatem pasce vel azimor sicut ponit in custodiēdo sabbatū ⁊ custodiendo diem propitiationis: qa sabbatū custodiebat cū p̄hibitione omnium operū. Idē etiaz de die ppitiationis:sed festū pasce vel azimorum ⁊ omnia alia festa obseruabātur cū sola p̄hibitione operis seruilis.nō enim dr de eis nullū opus facietis in eis:sed nullū opus seruile.addit aūt omne opus ad opus seruile solaz ciboz parationē cū oi precedēte ⁊ sequēti dispositiōe.Istud enim cōputatur iter opa opera.tñ nō cōputatur inter seruilia vt declaratū est Exo.12. Ideo in sabbato ⁊ in die propitiationis:non licet parari ciboȝ nec accendi ignem.in alijs autem festiuitatibus licet. Q̄z autē omne opus addat ad opus seruile solum hoc quod est parare cibos ⁊ precedētia atq̄ subsequētia apparet ex eo q̄ babetur Exo.12.c.cum dicitur de solēnitate azimor.Dies p̄ma erit sancta atq̄ solēnis:⁊ dies septima eadem festiuitate venerabilis nihil operis facietis in eis:exceptis his que ad vescendū pertinent.Ecce enim in solēnitate azimoruz vetuit deus oē opus fieri vetat hic in sabbato:⁊ ab illo nihil excludit nisi ciborū parationes.⁊ hic dicitur q̄ in festiuitate azimorum abstinēdum est ab omni opere seruili.ergo nihil addit omne opus super opus seruile nisi ciboz patiōes cū p̄cedētib⁹ ⁊ subsequētib⁹ ad hoc.
¶Quare sabbatum est maioris obseruationis q̄ festuz quodlz ve.festa.preter expiationem. ⁊ de causis obseruationis omnium festorum ve.le. Questio.8.

Causa autem quare cum maiori strictione obseruabatur sabbatū ⁊ dies propitiationis q̄ omnes alie festiuitates assumitur ex ipsa maioritate vel minoritate festi.Dicūtur autem festa maiora vel minora post q̄ instituta sunt ex volūtate legislatoris fm q̄ maiores aut minores cerimonias obseruationis habent.Sed adhuc ante q̄ festum ponatur seruandum habet aliquā maioritatem vel minoritatem ad alia festa posita vel nō posita ex origine ⁊ causa.s.q̄ fm q̄ vnum festum habet maiorē causam obseruationis dr esse maius. inquātum vō habet minorē cām dr esse minus. Nunc autem fm q̄ in precedentibus dictū est in hoc cap.ratio festorū veteris testamēti accipitur ex significatiōe beneficioz vel rex gestarum temporibus illis.ideo quāto aliquod beneficiū fuerit maius vel res gesta: tāta erit maior ipsa solēnitas que ad ista recolenda ponitur. Nūc ergo si cōferatur causa pp quā sabbatū custodiri preceptū est ad causas pp quas alia festa instituta sunt: reperietur eē maius beneficiū vel res gesta: id vnde sabbatū habuit originē:q̄ ea ex q̄bus cetere solēnitates orte sunt. Sabbatū enim custoditū est pp hoc q̄ requieuit dñs deus in illo ab omni opere q̄ patrarat.⁊ sic sabbatū est representatiuum creationis:cū dicatur obseruari q̄ deus tunc requieuit a creatione operum vt habetur Geñ.2.et Exo.20.et.31.c.s.sex diebus fecit celuz ⁊ terrā:⁊ in septimo requieuit ab omni ope q̄ patrarat:ideo benedixit diei sabbati ⁊ sanctificauit illū. ¶Festū aūt azimoruz ⁊ pasce datum est pp duo beneficia collata israelitis.s. propter liberationē primogenitor suorū cuz occiderent primogenita egyptiorū.⁊ sc̄ǒz q̄ eduxit eos de egypto de durissima seruitute vt magis supra declaratū est.sed maius est beneficium creationis q̄ liberationis a morte etiam q̄ eductionis de seruitute.iō maioris obseruationis debuit esse sabbatum in quo recolitur creatio rerum:q̄ festum azimorum in quo recoluntur duo beneficia tradita iudeis. maioris ergo obseruationis esse debuit.¶Item festum pentecostes vt aliqui referunt fuit datū pp legis dationem quā dicunt fuisse die quinquagesima post exitum de egypto.sed maius beneficium est creatio q̄ legislatio: cum per creationē conferatur esse simpliciter.per legislationez autē solū conferr quedā directio.maioris ergo obseruationis esse debuit sabbatum q̄ festum pentecostes.¶Item festū clāgoris vt iudei dicūt fiebat in memoriam liberationis isaac q̄n deus dedit arietem vt immolaretur pro eo cum iaz eum pater suus ad immolandum colligasset.sed maius beneficiū est creationis intensiue ⁊ extensiue q̄ istud.ergo cum maiori strictione debuit obseruari sabbatū q̄ festum clangoris. ¶Idē autē de festo tabernaculoz:q̄n illud statutum est vt bebrei recordarentur se habitasse in vmbraculis q̄n erant in deserto: ⁊ deus eduxerit eos de illis vmbraculis ducens in terrā bonā. maius tñ beneficiū est creatio q̄ ista perductio:ergo ad maiorem obseruationem pertinet sabbatum q̄ festum tabernaculorū.
¶Nunc autem queret aliquis:quare festuz propitiationis erat in maiori obseruatione q̄ omnia alia preter sabbatū.nā sabbatum ⁊ festū propitiationis erant in equali obseruatione.©Causa potest patere ex predictis.nam cōferendo beneficium propter quod obseruabat festū ppitiationis maius reperietur q̄ omnia beneficia vel res geste propter que ponuntur alie festiuitates.fiebat enim festum ppitiationis ppter remissionē peccatorum:q̄n illa die orabatur pro remissione peccatoz sacerdotuz ⁊ totius pplī vt pz supra.16.c.⁊ fiebant ad hoc speciales cerimonie de quibus ibidem dicitur.sed maius beneficium est remissio peccatoz q̄ liberatio primogenitorum a morte vel eductio israelitarū de egypto.ergo cuz maiori obseruatione debebat teneri festum propitiationis q̄ azimorum. Item maius beneficiū erat peccata tolli q̄ vari legem:sed dies propitiationis pro peccatis est:⁊ dies pentecostes pro lege data.maioris autez beneficij est ipsa liberatio a peccatis q̄ datio legis.ergo strictius debet obseruari dies propitiationis q̄ pētecostes. Item festum clangoris erat pro liberatione Isaac ⁊ festum tabernaculorum pro eductione israelitarū de deserto in quo habitauerūt sub vmbraculis.sed maius beneficium est liberatio a pecccatis q̄ illa duo.ergo maioris obseruantie esse debuit festum propitiationis q̄ tabernaculorū vel clangoris. Alia autem causa cōueniētioz esse pōt q̄tū ad festū ppitiationis.s.q̄ festū ppitiationis fz se nō erat maioris obseruātie q̄ ceteraːiō sicut in alijs solum prohibebatur opuz seruile:ita in hoc futurū erat.sed qa oē opus nihil addit super opus seruile nisi parationē ciborum cū precedentibus ⁊ subsequentibus:⁊ ista non erat necessaria:immo nec fieri debebat in die propitiationis:quia in tota illa die nullus comedere debebat aut bibere: sed totaliter affligi vt pz supra.16.c.⁊ infra in littera.ergo non erat pro illa die necessaria cibozum patio.tantum ergo fuit dici q̄ in festo propitiationis nullum opus seruile fieret sicut q̄ nullum opus fieret:immo si in die illa licuisset bebreis comedere ⁊ bibere sicut i alijs diebus non prohibuisset deus ciborum parationem.⁊ sic soluz diceret q̄ nō facerēt aliq̄ opus seruile:⁊ nō p̄hiberet oē op⁹. vel si p̄hibuisset oē opus nō eēt hoc ex cā supra posita:sed iō vt nulla occupatio iudeis in illa die accideret:sed totalr vacarēt deo vt remitteretur peccatū totius populi.(Sed offeretis sacrificium i igne dño septem diebus.)Ista aduersatiua que hic ponitur refertur ad quandam propositionem subintellectam. Dixerat enim de primo die q̄ erat celeberrimus ⁊ sanctus: de alijs autem medijs inter primum ⁊ septimum nihil dixit.i quo intelligi dedit:q̄ alij dies non erant in aliqua celebritate obseruandi:ideo posuit quantum ad quid erant isti festini dicens. sed offeretis sacrificium domini septem diebus.i.nullam obseruationem facietis nisi q̄ offeretis sacrificium in igne in septem diebus:⁊ consequenter offeretis in quinq̄ qui sunt inter medij inter primum ⁊ vltimum. Dicitur autem sacrificium in igne illud quod igne cremabatur:⁊ istud erat equale in omnibus septē dieb⁹.s.q̄ quotidie offerebāt duo vituli ⁊ septē agni anniculi ⁊ vnus aries ⁊ vnus bircus cum libamentis suis vt pz Nume.c.28.⁊ quantum ad hoc non erat aliqua diuersitas. hoc autem quod moyses de sacrificio dicturus erat non expressit hic:quoniam Nume.28.c.expressurus erat. In quo concluditur q̄ iste leges non immediate scribebantur post q̄ dabantur:quoniam tunc si ista lex fuisset sic data ⁊ immediate scripta illi qui audirent eam nescirent de isto sacrificio quod igne cremandum erat quale esse deberet. nulla tamen lex sic daretur. ergo necessarium est q̄ quando ista lex data fuit etiam dicta fuerint ea que habentur Nume.28.c.tamen moyses post q̄ dixisset oēs istas leges ordinauit eas conuenientioz modo quo ordiari poterat vt nō fieret frequētissima repetitio.Et q̄ de sacrificijs diuinis dierū simul dicturꝰ erat Nume.28.c. noluit hic supuacue dicere.(Dies āt septimꝰ erit celebrior ⁊ sāctior.)Dic ponitur

Cā clangoris.

Cā tabernaculorum.

Qō.9 A Quar festum ppitiationis erat i maiori obseruatione q̄ oia alia p̄ter sabbatū. © Rīsio ad q̄stū Pria cā Scōa cā

Tertia causa

Quarta causa

B

Sacrificium in igne qd erat.

† Determinatio obseruatōis q̄tū ad vacationez a laboribꝰ

† Causa festi pasce

† Causa pentecostes

† Causa

Rit⁹ septimi diei azimorum.

ponitur ritus septimi diei azimoꝝ.ꝛ ponitur de pⁿo ꝛ septimo solū:qz quātū ad celebritatē vacationis festi alij dies medij nihil habebāt:sed solū quātū ad obseruationē azimoꝝ ꝛ ad sacrificia que fiebant in igne per illos septē dies. Q̄ꝫ aliqui exponunt sacrificiū illud in igne de sacrificio spicarum cōbustarum de quo infra oz̄.sed hoc falsum est:qz illud fiebat vna die vt infra pz.ꝛ tñ istud de quo hic dictū est iubetur fieri per septē dies. ¶ Itē qñ fasciculus spicarū eleuabat dño post pⁿmā diez azimorum vt pz in littera cum sacrificium in igne fiebat per septem dies vt pz hic.ꝛ sic necesse est qꝫ etiā in pⁿma die azimorum offeratur sacrificium.ꝛ sic non pōt intelligi de illo sacrificio:sed de alio in quo cremabantur animalia.hic aūt solū ponitur de obseruatione in vacatione ab operationibus.ꝛ dicit qꝫ iste dies erit celebrior ꝛ sanctior qō non est referenduz ad omnes alios dies:sed solū ad quinqz dies intermedios:qz in alijs nihil obseruabatur quantum ad vacationem. Jn hoc aūt vacabatur ab omni opere seruili.

¶ Quis sit dies celebrior in pasche dies p̄m⁹ an septimus: ꝛ an sint aliqua sacrificia in septimo q̄ nō sint i p̄mo. Questio. 10.

A Pⁿma opinio

Circa hoc aliqui dubitant quis sit dies celebrior primus vel vltimus. ¶ Quidā dicūt esse diem pⁿmuz maiozis obseruationis q̄ vltimum:ꝛ omnes alios. qō videt probari ex lr̄a:qñ ponit hic tres gradus:positiu⁹ cōparatiuus ꝛ superlatiu⁹:ꝛz suplatiu⁹ excedit compatiuuz.ergo id de quo predicatur superlatiuus erit maius omnib⁹ alijs.sed hic dicitur de die septimo qꝫ est celebrior ꝛ sanctior:de die pⁿmo qꝫ est celeberrimus. Jn quo intelligitur positiuus in alijs quinqz diebus.ſ. qꝫ sint celebres vel sancti.ergo dies pⁿmus erat maiozis obseruationis cum de eo dicatur superlatiuus. ¶ Jn cōtrariū alij prohant qꝫ dies vltimus erat maiozis obseruationis q̄ ceteri:ꝛ ēt q̄ pⁿmus . qō pz : qz hic ponūtur solum duo dies.ſ.pⁿmus ꝛ vltimus.ergo inter eos solum fiet compatio.dicitur tñ de die septimo qꝫ erat celebrior ꝛ sanctior.ergo ipse erat celebrior pⁿmo ad quem refertur. ¶ Cum aūt obijciebatur qꝫ de die pⁿmo dicitur superlatiuus.ſ.celeberrimus. ¶ Respondēdū est qꝫ non tenetur ibi superlatiuus superlatiue sed absolute: hic aūt tenet compatiuus cōparate.qñ tñ tenet compatiu⁹ compate: ꝛ superlatiu⁹ absolute maior excellētia significat p compatiuū q̄ꝫ p suplatiuū. Q̄z aūt teneatur hic absolute superlatiuus,ſ.pⁿo gradu positiuo apparet aliqualiter:qz cū ponat suplatiuuz sub iungit ei nomē positiuū cum oz̄ celeberrim⁹ ꝛ sanctus. Dic aūt in die septimo fit ecōtrario:qz accipit vtrūqz nomen in cōparatiuo gradu cū oz̄ celebrior ꝛ sanctior. ¶ Itē pz hoc:qñ Jo. c.7.oz̄. Jn nouissimo autez die magno festiuitatis stabat iesus clamās.ꝛ sic accipit ibi festiuitas pⁿo pascha azimoꝝ.ꝛ istud pascha bz vltimū diē magnū.videt ergo qꝫ ille dicat esse maximus.nā si solū poneret ibi dies magn⁹ positiue nihil videret dictū:qz tūc etiā dies pⁿmus erat dies magnus . sed opz poni istū diē magnū.i.maiozē vel maximū.sic.n.est cōsuetū in sacra scriptura:vt cū in veteri testamēto dicebat aliqs sacerdos magnus accipiebat ibi magn⁹.i.maximus.vñ aliqñ vocabat magn⁹ ꝛ aliqñ maximus.ꝛ tūc dies septimus isti⁹ festiuitatis dicetur eē maior alijs dieb⁹. ¶ Quidā.n.rñdētes ad ista vltimate tenēt qꝫ dies p̄mus esset maiozis obseruatiōis q̄ vltimus ex eo qꝫ vocat celeberrimus.ꝛ qz nō possunt in eo assignare aliquaz maiozē vacationē ab opibus q̄ in septio die: dicūt qꝫ hoc erat quātū ad aliquā cerimoniā sacrificij:ita qꝫ fieret in eo aliquod sacrificiū maius q̄ in ser diebus sequētibus. ¶ Sed hoc non pōt stare:qz oēs isti septē dies ponunt equales quātū ad sacrificia tam quotidiana q̄ nō quotidiana:sed pertinētia spaīr ad festiuitatē vt bz Nu.28.c.imo si vellemus attēdere ad hoc dies secundus azimoꝝ erat celebrior oibus alijs diebus etiā pⁿmo:qz in eo offerebātur duo sacrificia q̄ offerebant in alijs diebus.ſ.manipulus spicarū ꝛ agnus anniculus q eadē die occidebat vt pz ifra.ꝛ in nullo alio die hoc fiebat.nō ergo erat celebrior dies p̄m⁹ omnibus alijs diebus quātū ad sacrificia. ¶ Nūc rñdēdū est qꝫ dies p̄mus ꝛ septim⁹ erant equales in oīb⁹ obseruationib⁹ suis.qō pz Exo.12.c.cū oz̄.dies pⁿma erit sancta atqꝫ solēnis:ꝛ dies septima eadē festiuitate venerabilis.ergo eq̄les habebāt cerimonias in obseruationibus. Itē pz hoc qñ in obseruatione festi azimoꝝ vt supra dictū est solū erāt q̄ttuor.ſ.comestio azimoꝝ ꝛ cessatio laboꝝ:ꝛ oblatio sacrificioꝝ:ꝛ oblatio spicarū. Sed quātū ad oia ista dies p̄mus ꝛ septimus eq̄les fūt. ergo totaliter sunt eq̄les. De pⁿmo quātū ad azimoꝝ comestionē equales erunt:qz in omnibus septem diebus comedebātur azima ꝛ illicitum erat omne fermētum. Quantū ad secundū autē eodē modo erāt equales.ſ.q̄tū ad cessationē laboꝝ:qz dicit hic de pⁿma die.oē opus seruile nō facietis in eo.ꝛ de die.7.oz̄ nullūqz opus fuile facietis in eo.q̄ nō ē aliq̄ ineq̄litaſ. De tertio q̄tū ad oblationē sacrificioꝝ eodē mō apparet eq̄litaſ vt appet Nume.28.c.preterquā in scōa die in quo offerebat agnus anniculus cū manipulo spicarū. Quātū ad quartū:nec sunt eq̄les: nec ineq̄les:qz in nullo eoꝝ fiebat aliq̄ oblatio spicarū:sed solū in scōo die vt pz.ſ.in lr̄a.pz q̄ die pⁿmū ꝛ septimū penit⁹ eē eq̄les. ¶ Ad argumēta facile ē rñderi.ꝛ iā rñsū est ad pⁿmā ptē in q̄ arguebat die eē celebriorē pⁿmū septimo. Ad argumenta secūde ptis rñdet. Ad pⁿmū qñ oz̄ qꝫ dies scōus ꝛ cōpat septio:ꝛ ponit hic cōpatiuus compate ꝛ superlatiuus absolute:q̄ maioris celebritatis ē dies septim⁹ q̄ pⁿmus. Rñdēdum est qꝫ posset aliqs dicere istū cōpatiuū non teneri hic cōpate sed absolute sicut de suplatiuo dicebat:ꝛ sic argumētuz nullum eēt. Alio mō tñ debet rñderi.ſ.qꝫ teneat hic cōpatiu⁹ compate.ꝛ cū oz̄ qꝫ cōparat hic dies septim⁹ pⁿmo negādū ē q̄ꝫ p̄m⁹ ꝛ septim⁹ solū ponāt i lr̄a.ſz dōm qꝫ refert ad gnqz dies itermedios de quibus subticet:ꝛ de istis verē ē qꝫ dies septim⁹ erat celebrior illis ꝛ sanctior. ¶ Ad alterꝫ argumētū ex vbis xp̄i.ſ.qꝫ clamabat iesus i die nouissimo magno festiuitatis. Rñdēdum ē qꝫ accipit hic magnus ꝓ compatiuo.ꝛ tñ nō refert ad diem pⁿmum sed ad intermedios.ꝛ sic verum est qꝫ dies septimus erat maioz alijs.ſ.intermedijs ꝛ non pⁿmo.(Nullumqz opus seruile facietis in eo.) Jam declaratum est quid sit hoc:ꝛ quomodo pⁿo bibeantur per opus seruile omnia opera que non licebat fieri in sabbato preter ipsas cibozum parationes.

Ad argumēta scōe opionis.ad pⁿmā rōnē.

ℒ

Ad ſcōam rōnem.

†

¶ Locutusqz ē dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israel ꝛ dices ad eos. Cuz ingressi fueritis terram quā ego dabo vobis: ꝛ messueritis segetē:feretis manipulos spicarum pⁿmitias messis vestre ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculū coraz dño vt acceptabile sit pro vobis:altero die sabbati:ꝛ sanctificabit illum. Atqz in eodē die quo manipulus consecratur cedetur agnus īmaculatus anniculus in holocaustum dñi:ꝛ libamenta offerentur cuz eo:due decime simile conspse in incensum dñi: ✠ odorem qz suauissimum. liba quoqz vini quarta pars hin. Panē ꝛ polentam ꝛ pultes non comedetis ex segete:vsqz ad diē qua offeretis ex ea deo vestro. Precept̄ est sempiternum:in generationibus cunctisqz habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in ✠ quo obtulistis manipulum pⁿmitiarum septem hebdomadas plenas:vsqz ad alteram diem explectionis hebdomade septime:idest quinquagita dies:ꝛ sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnib⁹ habitaculis vestris: panes pⁿmitiarū duos de duab⁹ decimis sile fermētate:quos coq̄tis ī pⁿmitias dñi. Offeretisqz cū panibus septē agnos immaculatos anniculos:ꝛ vitulum de armento vnū:ꝛ arietes duos:ꝛ erunt in holocaustum cum libamentis suis in odorem suauissimum domino. Facietis ꝛ hircum pro peccato: duosqz agnos anniculos hostias pacificorum. Cuꝫqz eleuauerit eos sacerdos cum panibus pⁿmitiarū coram domino:cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atqz sanctissimum. Omne opus seruile non facietis

De oblatione nouarum frugum.

Alīs ✠ ꝛ odorem

Alīs ✠ in q̄ De pentecoste.

B

Jmprobatio pⁿme opi.

Doct. responsio ad q̄stū Pⁿia rō Secūda ratio

supra.19.b

in eo. Legitimum sempiternum erit in cūctis habitaculis ꝛ generationibus vīs. Postq̄ autem messueritis segetē terre vestre non secabitis eam vsq̄ ad solum: nec remanentes spicas colligetis: sed pauperibus ꝛ peregrinis dimittetis eas. Ego sum dñs de⁹ vester.

De spicarū oblatione.

Locutusq̄ est dñs ad moysen. Hic agitur de spicarū oblatione: ꝛ erat ista vna de cerimonijs que fiebat in festo azimoꝝ ꝛ pertinebat ad diē scōm azimoꝝ: qui erat dies sextusdecimus mensis primi. ꝛ ponitur hic caput istud rōnis: q; ista erat iam aliqua cerimonia distincta a predictis. (Loquere filijs israel.) In hoc monstratur cui detur ista lex. ꝛ dicitur de filijs israel non distinguendo sacerdotes: quoniam istud qō sequitur nō magis pertinebat ad sacerdotes q̄z ad filios israel: imo magis pertinebat ad filios israel q̄z ad sacerdotes: qm̄ hic agit̄ de oblatione manipuli spicarum. hoc autem magis pertinebat ad israelitas: q; ipsi offerebant ꝛ non sacerdotes. (Cum ingressi fueritis terraz quā ego dabo vobis.)

D

An iste cerimōie possent obseruari anteq̄ exirent desertum

Hic ponit̄ preceptū qm̄ obliget. ꝛ dz q; obligat postq̄ ingressi fuerint israelite in terrā ꝓmissionis. nam ista precepta cerimonialia potissime de sacrificijs que regrebant aliquā dispositionem nō obligauerunt semper: q; non semper poterāt esse animalia ad voluntatē offerentium que requirebantur ad sacrificium: nec semper poterāt haberi libamenta. s. vinū ꝛ oleū ꝛ panis ꝛ hūs: que erant quedā operationes sacrificioꝝ. ideo non obligabāt vsq̄ ad illud tēpus in quo possent haberi ista ad voluntatem: ꝛ hoc erat cum essent in terra promissionis: ideo q̄z observationes alique festoꝝ sicut sabbatū durabant vt p; Nume. 15. c. tū alie cerimonie nō erant sub obligatione nec obseruabantur vt apparet Deutero. 12. ꝛ hoc erat q; in deserto quilibet faciebat qō volebat: q; nondum venerant in terram promissionis. cum dz. non facies ibi que nos hic facimus hodie singuli quod sibi rectum videtur: nec enim vsq̄ in presens tēpus venistis vsq̄ ad requiē quā de⁹ daturus ē vobis. q. d. ex eo q̄ non venistis adhuc in terrā promissionis quā deus dabit vobis nō tenemini obseruare ista. ꝛ quasi generaliter sic est de oībus cerimonijs veteris testamēti q̄ nō tenebantur iudei ad obseruandū illas vt p; in circūcisione. ipsa enim erat prima ꝛ maxima quā tenebantur obseruare omnes israelite ex eo q̄ ipsa erat quedā ianua ad vetus testamentū: ꝛ erat signū distinctiuū populi dei ab omnibus alijs populis: ꝛ significabat quoddā sedus spāle inter deū ꝛ israelitas vt apparet Genē. 17. c. cum dicitur. circūcidetur ex vobis omne masculinum: ꝛ circūcidetur caro preputij vestri vt sit signū inter me ꝛ vos. de hoc etiam ad Roma. c. 4. Ista tū circūcisio in deserto nō manfit vt habet Josue. ca. 5. cū dz. ois populus qui egressus est de egypto generis masculini vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto p̄ longissimos vie circuitus qui omnes circūcisi erant: populus autē qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissime solitudines incircūcisus fuit: donec cōsumerent qui nō audierunt vocez dñi: bozū filij in locum successerunt patrum ꝛ circūcisi sunt a Josue: q; sicut nati fuerant in preputio erant nec eos aliquis in via circūciderat. De causa autē quare circūcisio ista facta nō est in quadraginta annis: quibus fuit israel in deserto dictum est Exo. 12. c. satis late. ꝛ dz Josue. 5. c. (Terrā quā ego dabo vobis.) Hic logtur deus de terra populoꝝ chananeoꝝ qui erāt septē populi: ꝛ deus ꝓmiserat illos tradere in manus iudeoꝝ vt habetur Exo. 6. et. 23. c. ꝛ in multis locis. dicit autez q; ipse dabit terrā istam: qm̄ iudei nō erant potentes ad eicien dos hostes illos de terra illa: quoniā vt ipsi testati sunt habitatores terre illius erant viri fortissimi ꝛ in magna multitudine: habebant quoq̄ vrbes valde muratas; ꝛ iudei timebant congredi cū eis vt habetur Nume. 13. c. cum dicitur. venimus ad terram ad quā misisti nos que reuera fluit lacte ꝛ melle vt ex bis fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet: sz ꝛ vrbes grandes atq̄ muratas. ꝛ deinde sequitur inferius. terra quā lustrauimus deuorat habitatores suos: populus quem aspeximus procere statute est ibi: vidimus monstra quedam filiozum enach de genere giganteo quibus compati quasi locuste videbamur de hoc habetur Deut. c. 1. propter hoc ergo de⁹ videns istius populi infirmitatem promisit q; ipse per se expelleret gentes illas vt habetur Exo. 23. c. cuz dicitur. terrozē meū mittam in precursum tuum: ꝛ occidam omnem populuz ad quē ingredieris cunctozumq̄ inimicozum tuozum coram te terga vertā: emittens scrabrones prius qui fugabunt eueum ꝛ chananeum ꝛ etheum anteq̄ introeas. ꝛ ideo q̄z israelite pugnauissent contra istas gentes easq̄ deleuissent: non erant ipsi qui delebant: sed deus qui dabat eis vigozē ad faciendum ista omnia. sic habetur Deute. 8. c. cum dicitur. ne diceres in corde tuo: fortitudo mea ꝛ robur manus mee hec mihi omnia prestiterūt: sed recozderis dñi dei tui q; ipse vires tibi prebuerit vt impleret pactum suum qō iurauit patribus tuis. (Et messueritis segetem.) Hic ponitur quo tēpore obligabantur israelite. s. quādo meterent segetes. ꝛ ex hoc p; q; ipsi nō obligabant in deserto ad ista: qm̄ in deserto nihil seminabant vel metebant: quoniam non manebant iuxta voluntatem suam: nec per tempus determinatum: ita vt ipsi scirent quātū eis manēdū erat in loco. sed manebant q̄diu nubes manebat super tabernaculum: siue modico siue multo tēpore. ¶ Cum autē ipsa nubes recessisset a tabernaculo mutabāt israelite castra sua sequētes nubem ambulantem ꝛ dirigentē in via vt habetur Exo. vltimo et Nume. 9. c. ꝛ qm̄ istud tēpus nō erat eis limitatum nō audebāt semina re vel aliquid facere. precipue cum deus eis dedisset manna quo alerentur: ꝛ si vellent seminare vel facer alia opera humana inquisitiua alimenti viderentur diffidere bonitati dei: ideo nō audebāt hoc facere. ꝛ sic ꝓ tpe illo nō obligabantur ad ista sacrificia: q; nōdum habebant segetes. hoc enim modo haberent obligationem ad impossibile. ex hoc etiam p; q; iudei non obligabantur ad istam cerimoniam quandocūq̄ essent in terra promissionis. nam ipsi aliquando fuerunt in terra promissionis ꝛ non vacabant agriculture sed bellis: quia nondum possiderant terram pacifice. ꝛ hoc durauit eis magno tēpore vt habetur Josue. c. 21. cuz dz. dedit q̄z dñs israeli omnē terraz quā traditurum patribus eoꝝ iurauerat: ꝛ possederunt illaz atq̄ habitauerunt in ea dataq̄ est ab eo pax in oēs per circuitum nationes: nullusq̄ eis hostium resistere ausus est: sed cuncti in eorum ditione redacti sunt. ꝛ postea in principio. ca. 22. dicitur quomodo Josue misit israelitas. s. gaditas ꝛ rubenitas dicens eis. obedistis mihi in omnibus: ꝛ nec reliquistis fratres vestros longo tempore vsq̄ in presentem diem. ꝛ sic videtur q; magno tempore postq̄ ingressi sunt israelite in terram promissionis non tenuerunt eam pacifice: sed vsq̄ quo eam tenerent pacifice non obligati sunt ad custodiendas cerimonias. ergo nō obligati sunt immediate quo intrauerunt terram promissionis: sed quousq̄ possiderent eam pacifice. sic habetur Deute. c. 12. cum dicitur. transibitis iordanem ꝛ habitabitis in terra quā dominus deus vester daturus est vobis: vt requiescatis a cunctis hostibus per circuitum: ꝛ absq̄ vllo timore habitetis in loco quē elegerit dominus deus vester vt sit nomen eius in eo: illuc omnia que precipio conferetis. ꝛ sic iubet q; postq̄ fuerit data pax faciant ea q̄ precepta sunt. s. offerre sacrificia ꝛ alia cerimonialia de quibus ibidem. (Feretis manipulos spicarum.)

¶ An ad sacerdotes ferendus esset vn⁹ manipulus vel plures: ꝛ an quilibet iudeus cogeretur offerre manipulū. Questio. II.

Aliqui querunt circa hoc an ad sacerdotem ferendus esset vnus manipulus vel plures. ¶ Dicet aliquis q; satis appet debere ferri plēs māipulos: q; dz hic. feretis manipulos. ¶ Sz ad hoc aliq̄ rñdebit: q; ex hoc nō ꝓbat eē vnū manipulū vel plures: quia q̄z dicatur hic feretis vnum manipulum vel plures non est intelligēdum pro eodē tēpore: sed ꝓ multis alijs. s. q; in vno anno ferrent manipulum vnum ꝛ alijs annis alios manipulos: ꝛ sic cōsequēter. ita q; quolibet anno esset vnus: tū in pluribus annis essent plures manipuli. Qz autez fit vnus adhuc magis videtur ex littera: q; dicit. qui eleuabit fasciculum coram domino vt acceptabilis sit pro vobis ꝛ sanctificabit illum. ecce enim q; de vno loquitur: ꝛ postea subiungit. atq̄ in eodem die quo manipulus consecratur cedet agnus immaculatus. ergo vnus manipulus cōsecrabatur. ¶ Ad hoc respondendū est q; ad sacerdotem ferebantur in sanctuarium plures manipuli. nō tū cōsecrabant omnes. Nec etiā intelligēdū est rursus q; omnes israelite portarent manipulos de segetibus suis: qm̄ istud fiebat in loco in quo erat sanctuariū. sed nō habebant ibi israelite omnes segetes suas: sed solum illi q̄ habitant in illo loco. ergo non offerrent omnes manipulos spicaz. ¶ Nec etiam valet si dicas q; ducebat quilibet spicas de terra sua: q; iste spice debebāt esse virentes: sed non poterant de terris lōginqs ducere spicas virentes: ergo nō ducebantur: sed solum de loco illo in quo erat sanctuarium. Et tunc non erat etiā vniuersale preceptum q; omnes qui erant in loco illo ꝛ habebant

£

Nō potuerunt obseruare iudei cerimonias istas immediate vt intrarūt ī ēraz ꝓmissionis sz qui eā tenuerūt pacifice.

†

A Quinsdā rñsio ad quesitū. Improbatio.

Doct. rñsio ad q̄situm.

bant ſegetes adducerent manipulos coram dño: qz iſte primitie non erant vniuerſales: ſed ducebat qui vellet ſolum ex deuotione: ſed non ex aliqua obligatione. qz tñ multi erant ad hoc deuoti ferebant plures manipulos ſpicaꝝ in ſanctuarium die illa. Et qñ arguitur qꝫ dō. j. vnum manipulum ꝺſecrari. reſpondēdum eſt qꝫ plures manipuli ducebantur: z tñ de illis omnibus accipiebatur vnus z ille cedebat in ꝺſecrationem. alij autem pre cedebant in ius ſacerdotum: qñ omnes primitie ſiue frugum ſiue aliaꝝ rez ad ſacerdotes ptinebant vt bñ Nu.c.18. cum dō. ecce dedi tibi cuſtodiam primitiaꝝ meaꝝ omnia que ſanctificātur a filijs iſrael tibi tradidi z filijs tuis pro officio ſacerdotali. z deinde in eodem.c.dō. omnem medullam olei z vini ac frumēti quicqd offerunt primitiaꝝ dño tibi dedi: vniuerſas primitias frugum quas gignit humus z dño deportantur: tibi cedent z filijs tuis iure ppetuo. ¶ Sciendum etiam qꝫ de illo manipulo q dño ꝺſecrabatur non cedebant omnes partes dño: ſed pauciſſimum. ſ. ſacerdos ꝺterebat ſpicas in farris morez poſtq̄ eas excuſſiſſet z cremaſſet: z de illis accipiebat vnū pugillum plenum z ſuꝑfuſo oleo z thure ponebat ſup altare ad cremandum. reliquum autem de farre fracto cedebat in ius ſacerdotuz vt comederent vt bñ. ō. 2. c. ¶ Pro quo ſciendum eſt qꝫ moduꝫ oblationis erat iſte in ſcda die azimoꝝ que erat ſextadecima dies menſis primi offerebantur manipuli. ſ. qꝫ glibet de iudeis qui eſſet deuotus habitans in loco ſanctuarij ducebat de ſegetibus ſuis vnum manipulum in ſanctuarium: z aliqñ erāt valde multi manipuli: z aliqñ pauciores ſm qꝫ eſſet deuotio offerentium: qñ nemo cogebatur ad offerendum manipulum: ſed accipiebatur ſpontanea oblatio cuiuſlibet. oblatis autem omnibus manipulis ſimul ſacerdos accipiebat vnum de illis quem vellet z eleuabat coram dño faciens cerimonias que fiebāt in alijs ſacrificijs de qbus. j. dicetur. z omnes alios manipulos accipiebat pro ſe z pro alijs ſacerdotibus non faciendo aliquam cerimoniam in eis: qz iſti cedebant in eius ius. deinde ille manipulus qui eleuabatur torrebatur ad ignem vt grana indurarentur z deficcarēt̄ atq; excuti poſſent de ſpicis: z tunc ꝺterebātur lapide in modum farriſ. ſ. ſicut ſolet farina per ꝺcuſſionem fieri ex tritico. ponebatur autem illa farina ꝺcuſſa in quodam vaſe capiente quātitatem gomor z ſuꝑfundebatur oleum atq; imponebat thus. z de hoc etiam non fiebat mentio: qñ iſta ſunt libamenta cōmunia z intelliguntur ex alijs ſacrificijs. z tunc ſacerdos accipiebat pugillum vnuz de illa farina que erat in vaſe z totum thus atq; ponebat in igne altaris vt cremaretur coram dño. tota autem altera farina cum oleo cedebat in ius ſacerdotum. de hoc bñ. ō. 2. c. cum dō. ſin autem obtuleris munus primitiaꝝ de ſpicis adhuc virētibus torres eas igne z ꝺfringes in modum farris: z ſic offeres primitias tuas dño fundens ſuper eam oleum z thus impones: qz oblatio dñi eſt de qua adolebit ſacerdos memoriam muneris partem farris fracti z olei atq; totū thus. Cum autem iſti populares offerrēt manipulos ſuos dño z manipulus vnius cremaretur z non alioꝝ: non inuidebant alij illi q̄ius non eſſent eleuate oblationes eoꝝ coram dño: qz cum ſemel eſſent omnes manipuli oblati dño omnes equaliter ptinebant ad dñm. qꝫ autem poſtea ſacerdos vellet offerre de hoc manipulo vel de illo in electione ſua erat z non ptinebat aliquo modo ad offerētes: ideo nō faciebat oblationem acceptabiliorem in vno q̄ in alio. (Primitiaꝝ meſſis veſtre). i. iſti manipuli erūt primitie. Dicunt autem iſti manipuli primitie: qz primo accipiebantur de ſegetibus: z ante hoc nemini licebat comedere quicq̄ de ſegetibus: cum dō. j. panem z polentam z pultes non comedetis ex ſegete vſq; ad diem qua offeretis ex ea deo veſtro. ¶ Sciendum autem qꝫ erant tria genera primitiaꝝ: z quedam erant generales. alie autem ſolum ex deuotione offerentium ꝺabātur. ¶ Prime erant de qbus dō hic. ſ. qꝫ qñ erat feſtum azimoꝝ portabāt iſrahelite qui vellēt manipulos ſpicaꝝ vt primo de eis cremaretur domino q̄ ipſi aliqd comederent: z fiebat eo modo quo. ō. dictum eſt. primitie autem iſte non erant generales: qz non cogebantur omnes iſrahelite offerre: immo nullus cogebatur: ſed qui voluiſſet ſponte offerre offerebat. z iſte primitie magis ꝺabantur pro cerimonia oblationis ad deum q̄ pro eis que ꝓueniebant ſacerdotibus: q̄ q̄ ibi ſacerdotibus maioꝝ pars ꝓueniret eo modo quo. ō. dictum eſt. ¶ Scōm genus primitiaꝝ erat offerre de panibus. z hoc fiebat in feſto pentecoſtes. ſ. qꝫ offerret glibet duos panes de ſimila coctos z fermentatos: z iſti ꝺabantur ſacerdotibus. nihil enim de bis ꝓueniebat dño: qñ fermentum non poterat offerri ſup altare vt bñ. ō. c. 2. z de iſta primitia immediate dō in littera. iſte autem primitie erant generales: qz compellebatur quilibet offerre duos panes. ¶ Tertium genus primitiaꝝ erat ex omnibus fructibus vt ex ordeo: frumento: vino: z oleo: z ceteris. iſte autem erant in maiori quantitate z erant p pzie primitie. ꝺabat enim quilibet pro primitijs partem quadrageſimam vel ſerageſimam ſaltem vel mediuz inter has ſicut tāgit Ezech. z beatus Dierony. declarat ſup Ezech. bñ quoq; extra de decī. in. c. 1. z iſte erant ſub obligatione. compellebatur enim quilibet de iſraelitis iſta dare ſacerdocibus vt bñ Nu.ca.18. z portabantur iſte primitie in locum quem dñs elegiſſet vt bñ Deut. 12. c. (Ad ſacerdotem). i. deferetis manipulos ſpicaꝝ ad ſacerdotē. erat eniz ſacerdos recipiēs oblationē oium volētium offerre. z ſic cum populares ducerent in ſanctuarium manipulos ſuſcipiebat eos ſacerdos de manu illoꝝ. (Qui eleuabit faſciculum coram dño.) Plures enim erāt faſciculi cum multi offerrent vt. ō. declaratum eſt. tñ non eleuabantur faſciculi omnium cum non omnes ꝺſecrarentur: ſed ſolum vnus. alij autem precedebant in ius ſacerdotum. z de iſto vnico faſciculo dō qꝫ eleuabit eum ſacerdos: qz cum acceꝑiſſet eum in manibus ſuis ponebat ſe ad oſtium tabernaculi vbi omnes oblationes offerri ꝺſueuerunt: z ante ipſum altare holocauſtoz quod erat apud oſtium tabernaculi eleuabat faſciculum aliqñ ſurſum eleuans: z aliqñ depzimens: aliquando autem in dextrum: aliqñ in ſiniſtrum: z antroꝛſum: z retroꝛſum. fiebat autem eleuatio z depreſſio ad has ſex partes poſitionis ad ſignificādum qꝫ ille cui iſta offerebantur erat dñs totius mundi z omnium ſex partium poſitionis. Dicebatur autem eleuare faſciculum coram dño quando eleuabat coram altari holocauſtoz in quo deus eſſe dicebatur: cum ibi fierent ei ſpecialia miniſteria. (Ut acceptabilis ſit pro vobis.) Iſtud eſt reditiuz cauſe ſuperioris dicti. ſ. qꝫ ſacerdos eleuaret faſciculum coram dño: quoniam cum offerretur faſciculus illa eleuatio faciebat ſacrificium eſſe acceptabile. qō poteſt intelligi duobus modis. Uno modo qꝫ eſſet ſacrificium acceptabile. i. qꝫ deus acceptaret ſacrificium illud: quia iſte offerens complebat cerimonias a deo iuſſas in quo obediebat diuinis preceptis. obedientia autem eſt ꝓmeritoria vt operationes noſtre ſint acceptabiles. z iſto modo omnes cerimonie dicuntur facere oblationes ſacrificia acceptari: qz qñ completur aliqua illaꝝ eſt obedientia z ꝺſequenter eſt meritum. Alio modo poteſt accipi qꝫ iſta cerimonia eleuationis faceret ſacrificiuz acceptabile: qz non erat aliqua cerimonia que ita notaret diuinam excellentiam ſicut iſta: eo qꝫ cum eleuaretur ad ſex partes mundi manipulus ſignificabatur deum dñm eſſe omnium partium z poſitionum mundi. z in hoc deus acceptabat ſacrificiuz: qz laudabatur z ſacrificium laudis eſt deo acceptabile. ſic habetur ps. 49. cum dicitur. ſacrificium laudis honorificabit me: z illic oſtendam iter ſalutarium meoꝝ. (Pro vobis.) In hoc ſignificatur qꝫ vnus manipulus ſolus eleuabatur coram dño q̄ q̄ multi offerrentur. qō ꝑ qz dō. vt ſit acceptabilis pro vobis. ergo vnus manipulus erat acceptabilis pro omnibus iſraelitis. Si autem multi manipuli eleuarentur coram dño ſicut multi offerebantur non diceretur de vno manipulo qꝫ ille eſſet acceptabilis pro omnibus iſraelitis: ſed ſolum pro ipſo offerēte. ſed non exprimitur ſic: immo qꝫ vnus manipulus p omnibus eſſet acceptabilis: ergo vnus ſolus eleuabatur. (Altero die ſabbati.) i. qꝫ iſta eleuatio manipuli z oblatio fiet altera die poſt ſabbatum pro ſabbato ſicut nos vocamus: qz tunc neſciremus in quo ſabbato iſta oblatio facienda erat: cum non determinetur hic tempus. ſed intelligitur hic ſabbatum pro ipſa prima die azimorum. nam vocatur ſabbatuz omnis dies feſtus. ſabbatum enim quietem notat: z ſic omnis dies vacatiua ſabbatum dicetur. prima vo dies azimoꝝ erat dies vacatiua: qz erat celeberrima z ſancta z nullum opus fiebat in illa vt bñ. ō. vocatur autem ſabbatum reſpectu alioꝝ diez ſequentium: qz in ſequentibus quinq; diebus poſt primum non erat aliqua celebritas. Dicebatur autem alius dies poſt ſabbatum. i. dies ſequēs poſt primum diem azimoꝝ. ſ. ſcōs dies qui erat dies ſextusdecimus menſis. z ponitur oblatio dēre fieri in hac die z nō in prima q̄ius eſſet, prima celebrioꝛ: qz die qua offerebantur manipuli ſpicaꝝ populares metebant eos de ſegetibus ſuis z ducebant ad dñm. ſed non licebat in prima die azimoꝝ fieri aliqō opus ſeruile: qz erat celeberrima: ideo fiebat in die alio in quo liceret meti ſegetes. z iſte erat dies ſcōs azimoꝝ: qñ ibi cum ſequētibus quattuor diebus licebat vacare quibuſcunq; operibus. ¶ Sed aliquis dicet qꝫ non eſſet illicitum in die primo azimoꝝ metere ſegetes ad cremandum ſuper altare vel qualitercunq; offerendum q̄ q̄ eſſet dies celeberrimus. z hoc qz vetatur ibi opus ſeruile. ſed ſolum

Tertiuz genus.

Diero. ſup ezech.

Notandum.

Notandum de mō oblatiōis i ſecūda die azimoꝝ. De cerimōijsſciz i māipulo.

Dupler ſre expoſitio.

Qūo dicat ſacrificium māipuli acceptabile ꝺo qz eleuabat.

Sabbatum quid ſibi velit.

An licitū eſſet die prio azimoꝝ metere ſpicas ad offerendū ꝓmitias

Responsio

seruile est opus quo homo seruit homini ꝛ nō id quo seruit deo. hic tñ solū est seruitus dei. ¶Ergo rñdendum est ꝙ ꝗ̄ opus seruile dicaꝫ magis directe id quo hō seruit deo adhuc dō seruile opus nisi sit id quo immediate homo seruit deo. qō dico ꝓp sacrificia que fiebant in templo. nam ille erant cerimonie que immediate applicabantur ad cultum dei: alie autem dispositiones ad istas cerimonias inquantum erant magis distantes erāt magis seruiles: ideo non ꝓmittebantur: immo ꝛ ipse cerimonie immediate sacrificioꝝ non ꝓmitterentur in diebus solēnibus nisi

Nō solum sunt opa seruilia ꝗbus hō fuit hōi ſz ét ꝗb⁹ hō fuit deo nisi imediate dirigaꝫ i deum.

qz ꝓceptum datum de obseruāda festiuitate sabbati: vel aliaꝝ celebritatum non obligabat ipsos ministros sanctuarij solum exprimens de popularibus vt pz. ē. cum dō. omne opus non faciatis in eo. sabbatum enim dñi est in cunctis habitationibus vestris. Solum ergo obligauit habitationes popularium ꝛ non tabernaculum dñi. ergo in sanctuario poterāt fieri queꝫ operationes ptinentes ad ministeria eius sine violatione festiuitatis. Illi tñ qui meterent in die illa manipulum spicaꝝ ad offerēdum dño facerent opus ꝓturbatiuum quietis sabbati ꝛ non facerent illud in sanctuario: ergo erat illicitum. Sic igitur non licebat in ꝓma die azimoꝝ que solēnis erat meti manipulos spicaꝝ: ideo nec poterāt offerri. in die āt sequēti licebat hoc: qz nō erat dies celebris: ideo populares eodem die metebant in agro. ꝛ ꝯfestim

†

vocabant manipulos in sanctuarium ad offerēdum. (Et sanctificabit illum.) Referur ad manipulū qui sanctificabatur. i. dño ꝯsecrabatur. ꝛ per istam sanctificationem intelliguntur omnes

F

cerimonie que fiebant in illo manipulo. ſ. ꝙ torrerentur spice ꝛ excuterentur grana atꝙ frangerentur in modum farris. deinde autem infuso oleo ꝛ suppositio thure accipiebat sacerdos pugillum illius ponens sup altare: reliquum autem assumens sibi

†

in partem suam vt bz. ē. 3. c. Hoc autem noluit hic explicare littera: qz iam fuerant posite cerimonie. ca. 2. (Atꝙ in eodem die quo manipulus ꝯsecratur.) Dic ponitur aliud sacrificium qō fiebat in eadem die. ſ. ꝙ offerret vnus agnus immaculatus cuꝫ libamentis suis. ꝛ hoc erat in eodem die quo manipulus ꝯsecratur: scilicet in die secunda azimorum: quoniam tunc vtrunqꝫ fiebat. Dicitur manipulus consecrari quia applicabatur ad

†

dei cultum cremando in altari. (Cedetur agnus immaculatus). i. occidetur vnus agnus immaculatus in sacrificium dñi: ꝛ erat iste agnuꝫ ꝓter agnum qui offerebatur in sacrificio matutino ꝛ ꝓter agnum qui offerebatur in sacrificio vespertino: qz isti ꝓp nullum sacrificium cessabant vt bz. ē. 6. et. 9. c. ꝛ Nu. 28. c. erat enim iste agnus anniculus ꝓter septez agnos anniculos qui offerebantur in qualibet die de septez diebus azimoꝝ vt bz Nu. 28. c. ꝛ quantum ad hoc excedebat sc̄os dies omnes alios dies in sacrificijs: qz iste agnus anniculuꝫ offerebatur sup sacrificia alioꝝ dieꝝ. (Anniculus in holocaustuꝫ dñi.) Dz iste agnus

†

immaculatus ꝛ anniculus. immaculatus qdem qz deberet carere omnibus maculis de ꝗbus dictum est ꝓcedenti. c. ꝛ habentur ibi in littera. Dicit anniculus. i. vnius anni: non quidem ꝙ esset precise vnius anni: qm̄ difficilimum erat inuenire agnum qui precise esset vniuꝫ anni. i. nō excederet per vnam diem neqꝫ deficeret. sed dō agnus anniculus. i. qui haberet vnum annum integrum vel infra annum esset: dummodo non excederet annum.

Agn⁹ anicu l⁹ ge dicaꝫ qz ab octauo die vsqꝫ ad vnū ānū

Non enim poterat offerri aliqō animal dño in sacrificium do nec esset octo dieꝝ vt bz ꝓcedenti. c. cum dō. bos ouis ꝛ capra cum genita fuerint septem diebus erunt cum matre sua: die autem octauo ꝛ deinceps offerri poterunt dño. idem bz Exo. 22. ca. deinde autem vsqꝫ ad annum completuꝫ vocabatur qōlibet anniculum: ꝛ sic offerri poterat. si autem excederet annum iam non poterat offerri hic tanꝫ agnus: sed offerretur in alijs sacrificijs tanꝫ aries. ¶Sed queret aliq̄s circa hoc qō dictuꝫ fuit de agno immaculato. an posset offerri agnus habens caudaz vel aures amputatas. ⁂¶Et forte aliqs dicet ꝙ sic: qz ꝗ̄ ꝗ̄ ꝓhibeantur hic macule tñ iste non sunt ꝓhibite: qz sunt macule non simpliciter. dō enim ꝓcedenti. c. ꝙ bos ꝛ ouis ꝛ capra que habent aures amputatas vel caudam voluntarie offerri poterant: votum tñ ex eis solui non poterat. sed hic non soluebatur aliqō votum: ergo poterat dari agnus habens istas maculas.

Qō. 12.
A
An offerri possz in pascha agnuꝫ hñs caudaz vel aures amputatas
⁂ Quiusdā rñsio ad q̄situm.
Doct. rñsio ad quesituꝫ

¶Respondetur ꝙ non poterat offerri in isto sacrificio hmōi agnus: qz solum dicebatur. ē. ꝙ animal habens caudam amputatam vel aures posset sponte offerri. ergo qñ erat sacrificium vel oblatio facta non spontance: nō poterat offerri animal harum maculaꝝ. hic autem non erat oblatio spontanea: qz ideo dō oblatio spontanea: qm̄ aliquis nullo cogente vel mandante offert. hic autem non erat sic: qm̄ non ꝯferebatur spōte ab aliquo iste agnus: sed deo mandante offerebatur de sumptibuꝫ sanctua

rij: ꝛ sic erat obligatio ad offerendum. ideo non poterat offerri cum aliqua illaꝝ maculaꝝ. (In holocaustuꝫ dñi). i. ꝙ iste agnus offerebatur in holocaustum ꝛ cremabantur omnes partes eius nulla carnium parte ꝓueniente sacerdotibus vt bz. ē. ca. 1. (Et libamenta offerebantur cum eo.) Vocantur libamenta sacrificioꝝ ea que offerebantur cum quolibet sacrificio. ſ. panis ꝛ vinum ꝛ oleum ꝛ thus ꝛ sal. hec enim in singulis sacrificijs offerebantur dño vt bz. ē. c. 2. nisi ꝗbusdam que ptinebant ad inuestigationes maloꝝ. ſ. zelotypie vt bz Nu. 5. c. ibi enim non ponebatur thus. ꝛ dicuntur libamina a libando. libare autem idem est qō bibere: vel degustare. ꝛ ꝗ̄ ꝗ̄ aliqñ dicatur de rebus aridis: ꝓprie tñ ꝓuenit ad res liquidas. ꝛ sic sunt maxima istoꝝ libamentoꝝ. ſ. vinum ꝛ oleuꝫ. ꝛ declarantur hic que sint ista libamēta ꝛ in qua quantitate: cum dō. j. oue decime. Erat autem generale in omnibus sacrificijs ꝙ semper offerrentur libamenta. sed quantitas non erat eadem: ꝛ in eis non referebat de quantitate salis quantum vel quantum esset: nec differebat de quantitate thuris: sed relinquebantur ista in potestate ꝛ voluntate offerentium. alia autem tria libamina. ſ. oleum ꝛ vinum ꝛ panis erant in determinata quantitate: ꝛ variabant ſm ꝺditionem sacrificioꝝ diuersoꝝ. de his bz regula Nu. 15. (Due decime simile.) Dic ponitur quantitas istoꝝ libamentoꝝ. ꝛ primo dō de pane ꝙ essent due decime simile. i. de simila. erat enim simila farina delicata ex qua fiebant panes nimis albi: ꝛ de ista offerebanꝫ due decime. ſ. due decime ephi. est enim ephi vna mensura magna apud hebreos ꝛ egyptios ꝛ illa habebat decem partes quarum quelibet vocatur gomoꝝ vt bz Exō. ca. 16. cum dō. gomoꝝ autem decima pars est ephi. ideo cum dō ꝙ darentur due decime de simila est dicere ꝙ darentur duo gomoꝝ vel vna qnta ephi. nam due decime faciunt vnam quintam sicut due vicesime faciunt vnam decimam. ꝛ assumebantur iste due decime ꝛ ꝯspergebantur oleo sicut si ꝯspergerentur aqua ad faciēdū pastam. ꝛ de istis duabus decimis aliqd ꝓueniebat deo ꝛ aliqd sacerdotibus. (Incensum dñi). i. iste due decime offerebātur ad incensum dñi. i. ad hoc ꝙ incenderentur: qz incendebantur super altare holocaustoꝝ. non est tñ sensus ꝙ iste due decime totaliter incenderentur: sed ꝙ offerrentur ad incendendum. cum tñ oblate essent sacerdos accipiebat pugillum vnum de illis vt poneret sup altare cum oleo ꝛ thure. reliquum autem manebat ꝓ ipso sacerdote. sic pz. ē. c. 2. cum dō. anima cum obtulerit oblationem sacrificij dño simila erit oblatio eius: fundetqꝫ sup eam oleum ꝛ ponet thus ac deferet ad filios Aaron sacerdotis: quoꝝ vnus tollet pugillum plenum simile ꝛ olei ac totum thus ꝛ ponet memoriale sup altare in odorem suauissimum dño: qō autem reliquum fuerit de sacrificio erit Aaron ꝛ filioꝝ eius. cum autem offerrentur iste due decime cum agno anniculo ꝛ imponeretur pugillus de simila totum residuum ptinebat ad sacerdotem illum qui offerebat. sic pz. ē. 6. c. cum dō. ꝛ omne sacrificium simile qō coquitur in clibano ꝛ quicqd in craticula vel in sartagine preparatur eius erit sacerdotis a quo offertur: siue oleo ꝯspersa siue arida fuerit. (In odorez suauitatis). i. ꝙ ista simila cōburebatur ad hoc ꝙ inde surgeret dño odor suauis. deus tñ odorem nullum sentit cum non sit animal nec hz potentiam odoratiuam vt ozgana odorandi. hoc enim solis animatis rebus conuenit. ꝛ dato ꝙ deus odoraret non est sibi iste odor suauis: qm̄ potius esset grauis: qz odor farine combuste nō est suauiꝫ odor: quomodo tñ hoc intelligendum sit. ē. 1. c. declaratum est. (Liba quoqꝫ vini). i. sicut offerantur libamenta de simila ita offerū tur de vino: ꝛ adhuc magis ꝓprie est in vino ꝗ̄ in pane: qz libare ptinet ad res ligdas cuiusmodi est ipsum vinum ꝛ oleum: panis autem res arida est. ¶Aliqui autez volunt assignare differentiam inter libum ꝛ libamentum: qm̄ libum dicunt esse ad rem liquidam. ꝛ tunc vinum dō esse libum ꝛ oleum quoqꝫ: qm̄ ista duo ligda sunt. libamentum autem vel libamen dō esse de re arida sicut panis est: ꝛ sic vocatur hic libum ꝓ ipso vino qz liquidum est. Ista differentia aliqñ obseruatur. sic videtur haberi Nu. 15. c. non tñ semper obseruatur: quoniam aliquādo vocatur libamentum totum ipsum qō offertur cum sacrificio carnium. ſ. panis ꝛ vinum ꝛ oleum ꝛ thus. sic bz. ē. 14. c. vbi vocantur omnia opamenta sacrificij libamenta. (Quarta pars bin.) Ista est mensura vini libandi cum sacrificio. ſ. quarta pars mēsure cuiusdam que vocatur bin. i. vnus sextarius. Dicunt enim aliqui ꝙ bin dicatur esse mēsura maior ꝛ sextarius dicaꝫ mensura minor que dicebatur includi quater in sextario. Sed forte non videtur hoc conuenienter dictum: qz sextarius denominat partem sextam. si ergo sit pars bin non dicetur esse pars eius

quarta

B
†
Libamētoꝝ quātitas.

Epbi qd sit.

†
Libuꝫ ꝛ libamentum differunt.

†
Quid sibi velit bin.

quarta sed sexta : sicut dicimus de gomor qui est decima pars ephi: ꝛ propter hoc vocatur decima sine aliqua ꝫnotatione. ita erit de sextario: qz si alicuius pars est erit sexta pars eius. ꝛ qm̄ dz hic ꝙ fundatur quarta pars hin: dz magis intelligi ꝙ quarta pars hin sit sextarius ꝛ dimidius : sicut quarta pars numeri senarij est vnum cum dimidio: ꝛ duo sextaria erunt tertia pars hin: ꝛ tres sextarij sunt medietas hin. quattuor autem sextarij nō sunt quattuor quarte sed quattuor sexte. ¶De oleo nihil dz hic in qua mensura esset. ꝛ forte aliquis dicet ꝙ non offerebatur oleum in ista oblatione. sed falsum est: qz. ō. 2. cap. dz ꝙ si fuerit facta aliq̄ oblatio de simila dz fundi sup eā oleū. ꝛ sic intelligitur ꝙ semper fundetur oleum: cum indifinita legis equipol leat vniuersali. Item pz qz in eodem cap. ponuntur omnes modi ad offerendum panem: siue sit simila non cocta: siue panes de clibano: siue lagana: siue panes de craticula: aut sartagine . ꝛ de omnibus his dz ꝙ ponetur in eis oleum. ergo quandocunq; fieret oblatio panis oleum ponendum erat. Item si ꝓpter hoc dicerem ꝙ non poneretur hic oleum qz non fit mentio de illo. eodem modo diceremus ꝙ non poneretur thus: qz de illo nihil dz: nec poneretur sal. ꝛ tamen necesse erat in omni sacrificio poni sal vt bz. ō. 2. c. quicquid obtuleris sacrificij sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo : in omni oblatione offeres sal. Item pz hoc Nu. 15. c. vbi iubetur ꝙ quādocūq; aliquis obtulerit oblationem holocausti: vel victimam pacificam sponte: vel vota soluendo: vel offerendo munera dz poni similа ꝛ vinum ꝛ oleum. sed istud de quo hic dz erat holocaustus. ergo oportebat poni in eo oleum. ¶Dicēdum est igitur ꝙ fuit hic oleum positum q̄q̄ non exprimatur. Causa autem quare nō exprimebantur iste omnes res est qz omnia ista erant quedam operamenta sacrificioꝝ que vocantur libamenta. cum ergo iubeatur de vno intelligitur de reliquis. non opz ergo semper exprimi de omnibus. ¶Cum autem queris quātum de oleo fundi deretur in hoc sacrificio. ¶Respondendum est ꝙ fundebatur quarta pars hin. s. tantum quantum de vino. hoc autem videtur qz cum ex superioribus probatum sit ꝙ esset necessarius ponи hic oleum: ꝛ tm̄ non dicitur quantum. ergo poneretur tātum quantum de vino : alias fuisset expressa mensura determinate. Item pz hoc Nu. 15. ca. qm̄ ibi quando ponitur regula de variis libamētis sacrificioꝝ: tātū ponit semp de oleo sicut de vino.

a Et in hoc mouebat deus israelitas ad pietatem: quia erant duri corde: potissime contra pauperes. nam etiam contra animalia bruta mouebat eos ad quandam misericordiam vt patet precedenti capitulo. cum iussum est ne bos: vel capra: aut ouis occideretur vna die cum fetibus suis. Etiam mouet ad pietatem irrationabilium rerum Deuterono. 22. capitulo. cum dixit ꝙ si inuenirentur mater ⁊ filij in nido non tenerentur simul: sed permissa matre abire filij tenerentur. in hoc autem mouet ad pietatem in respectu ad alios homines: quia erant pauperes inter israelitas non habentes vnde colligerent spicas: ideo iussit vt non accurate colligerentur segetes vt sic aliquid remaneret colligendum pauperibus. Istud preceptum positum fuerat supra. 19. capitulo. cum dicebatur. cum messueris segetes terre tue non tondebis vsq; ad solum segetes terre tue: nec remanētes spicas colliges: nec in vinea tua racemos ⁊ grana decidentia congregabis: sed pauperibus ⁊ peregrinis capienda dimittes. Sic etiam Deuterono. 24. capitulo. iusserat deus vt si aliquis obliuiscetur in agro suo manipulos segetum non redeat pro illis: cum dicitur. quando messueris segetem in agro tuo, ⁊ oblitus manipulum reliqueris: non reuerteris vt tollas eum: sed aduenam ⁊ pupillum ⁊ viduam auferre patieris vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuum tuarum. si fruges colliges olinarum quicquid remanserit in arboribus non reuerteris vt colligas: sed relinques aduene: pupillo: ⁊ vidue. si vindemiaueris vineam tuam non colliges remanentes racemos: sed cedent in vsus aduene: pupilli: ⁊ vidue. (Non secabitis eam vsq; ad solum.) idest non tolletis totaliter spicas ⁊ stipulas: sed saltem relinquetis aliquid pro pauperibus. magis tamen est sensus hic ꝙ non secabuntur spice vsq; ad solum: idest vsq; ad extremitatem agri: quasi dicat. quando metitur ager non metatur totus: sed saltem maneat aliquid in extremitate eius: quoniam magis intelligitur hic de spicis ꝙꝯ de stipulis. ⁊ hoc significat littera hebraica: cum ponitur istud idem preceptum cum dicitur. cum messueris segetes non secabis angulum terre tue: idest ꝙ relinquatur saltem aliquid in extremitate agri. (Nec remanentes spicas colligetis.) Hoc intelligitur de spicis que euadunt manus messorum quando iam decise sunt ab agro. etiam intelligitur de spicis que manent stantes in agro si contingat aliquas manere euadentes falcem messorum. pro neutris enim redeundum erat. Si autem aliquis obseruaret istud preceptum deus adaugeret omnes fructus terre eius. sic habetur Deuterono. 24. capitu. cum dicitur. non reuerteris vt tollas eum: sed aduenam ⁊ pupillum auferre patieris vt benedicat tibi dominus deus tuus in omnibus operibus manuum tuarum: idest benedicet dominus deus tuus tibi in omnibus operibus manuum tuarum. Si vō quisquam in hoc nimis auarus nollet permittere pauperibus aliquid colligendum deus diminueret eum in substantia sua ⁊ in omnibus frugibus terre sue: sicut erat de decimis quas si aliquis solueret perfecte deus dabit ei abundantiam frugum in terra: alioquin penuriam magnam. de hoc Malachie capitulo. 3. reuertimini ad me ⁊ ego reuertar ad vos dicit dominus exercituum: ⁊ dixistis: in quo reuertemur si affiget homo deum: quia vos configitis me ⁊ dixistis in quo configimus te: in decimis ⁊ in primitijs ⁊ in penuria vos maledicti estis ⁊ me vos configitis gens tota: inferte omnem decimam in horreum meum ⁊ sit cibus in domo mea ⁊ probate me super hoc dicit dominus: si nō aperuero vobis cataractas celi ⁊ effudero vobis benedictionem meam vsq; ad abundantiam: ⁊ increpabo pro vobis deuorantem: ⁊ non corrumpet fructum terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro: ⁊ beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis. (Sed pauperibus ⁊ peregrinis dimittetis eas.) Ista erat causa propter quam ponebatur istud preceptum. ⁊ non solum hoc: immo etiam iubebatur ꝙ in anno septimo non colligerentur fructus terre: sed permitterentur pauperibus ⁊ aduenis: ⁊ etiam bestijs terre vt habetur infra. 25. capitulo. ⁊ Exodi. 23. (Ego dominus deus vester.) idest facietis hoc: quia ego qui iubeo vobis sum deus vester.

† † †

De septē bri

¶ Locutusq; est dominus ad Moysen dicens. Loquere filijs israel. Mense septimo: prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis: ⁊ vocabitur sanctum. Omne opus seruile non facietis in eo: ⁊ offeretis holocaustum domino.

Locutusq; est dominus ad Moysen. Dic agitur de tertio festo ⁊ principali in toto anno: scilicet de festo clangoris. erat enim istud festum vt clangerent in eo buccinis in tabernaculo ⁊ facerent solennitatem magnam. ¶ Causa autem huius festiuitatis erat quia deus liberauerat Isaac a morte cum vellet eum pater suus immolare: ⁊ posuit pro eo arietem vt habetur Genes. 22. capitulo. In memoriam ergo huius clangebant in synagogis suis ⁊ in tabernaculo buccinis corneis. non enim clangebant in tubis metallinis: vt per buccinam corneam esset memoria arietis immolati pro Isaac. ¶ Considerandum autem ꝙ in ista festiuitate clangoris que apud hebreos festum cornu appellatur tria accipiuntur: scilicet vacatio a laboribus: ⁊ pulsatio in cornibus: ⁊ oblatio in animalibus. Quantum ad primum dicendum ꝙ erat iste dies solennis sicut dies prima ⁊ septima azimorum ⁊ sicut dies pentecostes ⁊ erat vna dies solum vt apparet hic. in ea enim obseruatio fiebat ab omni opere seruili. Secundum erat in clangore tubarum. ⁊ quantum ad hoc differebat istud festum ab omnibus festiuitatibus que hic nominantur. nam de festiuitate neomeniarum aliter erat: quoniam ibi clangebatur buccinis: sed differebat: quia quamꝯ in omni festo neomenie clangeretur tuba: erant tamen ille tube metalline: scilicet argentee. ꝙ autem clangeretur tunc patet Psalmo. 80. cum dicitur. Buccinate in neomenia tuba insigni die solennitatis vestre. Quo vō in tubis argenteis clangeretur habetur Numeri capitulo. 10. cum dicitur. si quando habebitis epulum ⁊ dies festos ⁊ calendas: canetis tubis super holocaustis ⁊ pacificis victimis vt sint vobis in recordationem dei vestri. ⁊ tamen ibi dicebatur de tubis argenteis: quia dictum fuerat a principio capitu. fac tibi duas tubas argenteas ductiles quibus conuocare possis multitudinem quando castra mouenda sunt. Tertium erat in sacrificijs. ⁊ in hoc erant duo festa: scilicet festum clangoris ⁊ calendarum: cum esset festum clangoris in prima die mensis septimi: ⁊ in omnibus principijs mensium faciebant iudei festum calendarum siue neomeniarum: quia prima dies mensis est prima dies lunationis sm iudeos qui computant menses per lunationes: ⁊ in his calendis habebant solennitatem magnam clangentes buccinis ⁊ facientes solennia sacrificia. erat autem sacrificium calendarum offerre in holocaustum vitulos de armento duos ⁊ arietem vnum ⁊ agnos anniculos septem ⁊ hircum pro peccato cum libamentis suis. hic ergo offerri debebant in festo clangoris vt patet Numeri capitulo. 28. ⁊ hoc non quia erat clangoris: sed quia erat principium mensis. erant etiam alia sacrificia in illa die: quia erat festum clangoris: scilicet ꝙ offerretur in holocaustum vitulus vnus ⁊ aries vnus ⁊ agni immaculati septem cum libamentis suis: ⁊ hircus pro peccato. (Mense septimo prima die mensis). Iste mensis erat in quo

Qō. 18. A De festo clāgoris ac ō eius dē causa

† Lre expō.

† †

erant

Festiuitates mẽsis septimi.

erant plurime festiuitates.s.festum propitiationis ⁊ clangoris ⁊ tabernaculorum.

¶De modo accipiendi mensem septẽbris apud iudeos. Et quo modo aliquãdo habent menses duodecim aliqñ tredeciz in anno. Et de arte emboliſmorum ad hoc vt apud iudeos principium anni maneat fixum. Et de vera celebratione paſche ſm chriſtianos. Queſtio. 19.

A **Be feſto** autez tabernaculorum dicitur q̄ erat in menſe ſeptimo qui apud nos vocatur ſeptember: eo q̄ iudei nõ incipiunt menſes ſuos a ianuario ſicut latini ſed a martio. Dr aũt prima die menſis: quia iſtud feſtum fiebat in calendis: nec erat iſte primus dies menſis ille quem nos facimus primum diem ſeptembris: quia ipſi non incboant menſes ſuos ſicut nos: ſed per lunationes computant. ideo in prima die lunationis principium menſis incboant. ⁊ propter hoc principia mẽſium apud eos vocantur neomenie. i. defectus lunares: quoniã tunc luna deficit a toto lumine ſuo cum ſit in coniunctione ad ſolem. non poſſunt tamen iudei multum preuenire diem primã ſeptembris noſtri: immo vt ſolet dici non poſſunt preuenire per vnam diem integram: quia ipſi incboant ſeptembrem ſuum in lunatione que eſt propinquior equinoctio autumnali. ſ. principio libre. ⁊ quia principium libre eſt i medietate menſis ſeptembris vel fere: non poteſt propinquior lunatio equinoctio incipere ante ſeptembrem noſtrum. poteſt tamen incipere ſeptember bebreorum in fine ſeptembris noſtri vel circa finem. vnde aliquando faciunt ipſi feſtum clangoris circa finem ſeptembris noſtri. ¶Precedentia vera ſunt. ſ. q̄ principium menſis ſeptimi bebreorum non poteſt diu incipere ante principium ſeptembris noſtri: ⁊ tamen poteſt incipere pluſquam per duas aut tres dies. ⁊ q̄ preſupponitur q̄ principium menſis ſeptimi ſit proxima lunatio equinoctio autumnali ſiue precedens: ſiue ſubſequens non eſt verum. ſed lunatio ſeptima computando a principio anni ſui vbicunq̄ euenerit eſt principium menſis ſeptimi ſui. ſed illud fundamentum inſpicitur ſolum a iudeis ad principium anni tenendum. nam oportet q̄ principium anni ſui incipiat ſemper in eodem loco. ſ. circa equinoctium vernale qõ eſt in martio vt ſemper pbaſe qõ erat die quartadecima menſis primi Exoð. 12. fiat in tempore quo incipiunt fruges noue: eo q̄ in die ſextodecimo menſis huiuſ offerri debebat manipulus ſpicarum virentium. ſi autem principium menſis primi vel anni poſſet variari per quãtitatem duorum menſium ante vel retro non poſſent fieri bec duo. ſ. q̄ offerretur manipulus de ſpicis adbuc virentibus: ⁊ q̄ ante diem illum nemo comederet ex ſegete pultes polentam neq̄ panem vt dicitur. ē. in littera. ſi ergo poſſet precedere per duos menſes aut vnum principium anni iudeorum ad equinoctium vernale quod eſt in martio nõ eẽnt tunc ſegetes virentes que poſſent offerri vt inde grana excuti poſſent ⁊ in modũ farris conteri in farinã: ⁊ tamen neceſſe erat boc fieri vt oſtenſum eſt. ē. ergo non debebat principium anni eorũ precedere equinoctiuz vernale p vnum aut duos menſes: q̄ tunc nulle fruges eſſent in terra iudeorum habẽtes grana aliqualiter matura. ſi aũt poſſet principiũ anni iudeorũ eſſe duob⁹ aut tribus menſibus poſt equinoctiũ vernale iam non eſſent ſegetes virentes in agris de quibus offerret manipulus: imo fortaſſis nulle ſupeſſent virides vel aride. ſed eſſent oẽs collecte de agris: ⁊ oportuiſſet iam iudeos manducaſſe de frugibus pultes polentã ⁊ panes. iõ ad ꝟ q̄ iſta duo acciderẽt quolz anno in die ſextodecio mẽſis p̃mi oportebat q̄ ſic principiũ meſſiũ ⁊ maturatio quolz anno eueniũt tpe determinato: ⁊ nõ p̃ueniũt neq̄ poſteriorant: ita ⁊ principiũ anni iudeor̃ ſp iciperet determinato tpe. boc aũt eis qui diuidunt tpa p ſolem: vel eq̃litatẽ diez facile eſt quẽadmodũ nobis ⁊ oib⁹ latinis ante nos. nã annũ ſuũ a principio ianuarij incipiebant ⁊ nos ſic facimus. ⁊ cũ ſic non antecedat neq̄ ſuccedat principium anni ſemp ⁊ in quolibet anno eſt idem menſis in quo nobis ſunt ſegetes mature. ſ. iunius: ſed eis qui menſes ſuos ⁊ tpa per lunã cõputant difficile eſt boc: q̄ luna non adequat ſolem in motu. ⁊ ſi faciamus annũ ex duodecim lunationibus deſunt dies vndecim ad equandũ annum ſolarem: ⁊ ꝓpter illos vndecim dies quibus quolibet anno retrocedit lune cõputatio mutaẽ principiũ anni per ſingulos annos: ⁊ boc mutatione magna: intãtũ q̄ ſi accideret boc anno eſſe principiũ anni lunaris in principio ianuarij qñ incboat annus noſter vſq̄ ad decẽ ⁊ ſeptẽ annos eſſet principiũ anni lunaris die vicesimaoctaua vel quaſi: vel paulo ante menſis iunij. nã in decez ⁊ ſeptẽ ãnis retroceſſiſſet cõputatio lune p centũ octuagintaſeptẽ dies qui faciunt ſex mẽſes ⁊ quattuor dies vel quaſi. ⁊ boc mõ principium anni ſaracenorũ ⁊ menſis eorũ nouus ramadan in quo ieiunant voluunt̃ per totũ annum nr̃m: vt aliquãdo ſit ramadan ſuus in ianuario noſtro: aliquãdo in febzuario: aliquando in aprili: vel auguſto: aut octobri: ⁊ in quolibet menſe anni noſtri: quia ipſi cõputant ãnos ſuos p lunationes nibil ad curſũ illũ addendo ſicut dicit alfraganus in principio. ¶Si autem quis voluerit facere annuz lunarem ex tredecim lunationibus erit maior diuerſitas ⁊ in breuiori tpe: q̄ cum duodecim lunationes deficiunt ab integritate anni noſtri diebus per vndeciz dies tredecim lunationes excedent annũ noſtrum p decem ⁊ nouem aut decẽ ⁊ octo dies: ⁊ tunc mutabitur quaſi in duplo velocius principium anni lunaris per oẽs menſes nr̃os vt addant̃ quolibet anno decẽ ⁊ nouem dies. ſed boc accidit ordine oppoſito. nã ſi annus babeat duodecim lunationes retrocedet per vndecim dies quolibet anno principiũ anni lunaris ad annum noſtrum: vt ſi incipiant nunc ſimul ambo anni prima die ianuarij in ſequenti incipiet annus lunaris die viceſima decembris: ⁊ in alio anno in die nona eiuſdez: ⁊ in alio ãno in die viceſimaocta nouembris ⁊ ſic decurtando per vndecim dies. Si aũt fiant tredecim lunationes erit ordo conuerſus non ſuccedet p decem ⁊ nouẽ dies annus lunaris ad principiuz anni noſtri. vt ſi nunc eſſent ſimul prima die ianuarij principium anni nr̃i ⁊ lunaris ſequẽti anno erit principiũ anni lunaris die viceſima ianuarij: ⁊ alio anno die nona febzuarij. ⁊ ita ſequeretur multo maior diuerſitas. ꝓpter qõ oẽs qui cõputant annos ſuos per menſes lunares faciunt duodecim lunationez regulariter ⁊ non tredecim: ⁊ ita tam iudei q̃ ſaraceni faciunt qui cõputant per menſes lunares eo q̄ ſic proximius ſe babẽt ad integritatẽ anni qui⁹ conficitur ex completo motu ſolis: ⁊ tamen ſol eſt regula in tpibus: q̄z ſm eũ fiunt quotidiane alterationes ⁊ diuiſiones quattuor tẽpozũ anni. i. veris eſtatiz autumni ⁊ byemis. ideo lz ita poſſet diuidi tps faciendo annũ ex tredecim vel quattuordecim lunationibus ſicut faciendo ex duodecim: q̄z tamẽ non tam primo cõueniret anno ſolari ⁊ vniformitati eorum que apparent in conditionibus tpis diuiſerunt potius totũ annũ ex duodecim lunationibus. ⁊ boc ſecute ſunt oẽs gentes que tenent lunares menſes. ſed boc ſuppoſito ſaraceni ⁊ quidam alij qui non aſtringuntur ad faciendũ principiũ anni eodez determinatio tpe faciunt annũ ſuum ex ſolis duodecim lunationibus. ⁊ q̄z non complent annũ ſolarem noſtrũ variatur principium anni ſui p noſtrũ annũ ſicut dictum eſt. Judei aũt cogunt̃ ad determinatũ principiũ ãni: qñ oportet q̄ principium anni ſui ſit ſemp qñ ſunt virentes ſpice ⁊ vocatur menſis nouoz̃ Deutero. 16. ca. ⁊ boc fuit quia tali tẽpore egreſſi ſunt de egypto Exo. 12. ca. ⁊ iuſſit deus tunc q̄ ille menſis quo exibant eſſet eis ſemp primus menſis ⁊ principium anni. c. ca. vñ ad boc oportuit q̄ bebrei aliquo mõ ingrerent per quem ſemp eſſet principium anni illo tẽpore. ⁊ ſi haberent menſes ſolares facile erat illud: q̄z menſis martius eſſet eis ſemper primus: ⁊ concordaret illi tempori in quo egreſſi ſunt iſraelite de egypto ⁊ in die ſextodecimo eius in terra chanaam ſemper ſunt ſpice virentes ⁊ quaſi mature que offerri poterant in manipulum ⁊ conteri in modum farris. ſed iudei non vtuntur menſibus ſolaribus ſed lunaribus: immo ⁊ in tempore exitus eorum de egypto non erant menſes ſolares quibus latini vſi ſunt ⁊ nos nunc vtimur: ſed erat vſus menſiuz lunarium: ⁊ ideo illis oportuit q̄ vterentur iudei. maxime quia boc videbatur deus dixiſſe: vel inuiſſe in creatione rerum. ſ. luminaria duo eſſent in ſigna ⁊ tẽpora dies ⁊ annos Gene. 1. ca. dies ⁊ anni fiunt per ſolem. tempora. i. menſes fiunt per lunaz. ¶Ad boc ergo q̄ computando menſes ſm lunam maneret principium anni quaſi fixum pro determinato tẽpore: oportuit eſſe artem emboliſmorum qua vtunt̃ iudei. ſ. faciunt quoſdam annos duodecim lunationũ qui vocant̃ cões ⁊ alios tredecim lunationũ ⁊ vocantur emboliſmales. i. ſuperexcreſcentes: quia additur ibi vnus menſis ad annos cõmunes. Et iſta ars eſt vt ponantur duo anni communes ⁊ tertius emboliſmalis: ⁊ rurſus duo cõmunes ⁊ tertius emboliſmalis. ⁊ aliquãdo poſt vnũ cõmunẽ vnũ emboliſmalẽ ponimus: ⁊ ſic non põt principiuz anni multũ variari. Ut ſi poneret iſto ãno luna pria primi menſis q̄ eſt principiũ anni eueniſſe die quintadecima martij: ſi fiat iſte annus cõis. i. duodecim lunationũ detraberent̃ vndecim dies ab anno nr̃o: ⁊ erit principiũ ſequẽtis ãni die ãrto martij. ⁊ ſi ſequẽs annus eẽt cõis detractis alijs vndeciz dieb⁹ fieret p̃incipiũ anni in die viceſimoſecundo febzuarij. ⁊ rurſus ſi tertij⁹ ann⁹ ſequẽz

D Sol eſt ria in tpibus.

Saraceni non aſtringunt̃ i certo die facẽ principiũ anni bñ tñ iudei.

E Aro emboliſmoz gd apõ iudos.

Nota bñ p annis iudeorum.

B

C Lũa nõ adequat ſolem in motu.

esset cōmunis detractis alijs vndecim diebus fieret principium anni die vndecima februarij. z ita longe recederetur a principio annorum primo dato. s. die quintodecimo martij circa quod ē nunc equinoctium vernale. i. introitus solis in ariete scilicet die vndecimo: vbi post duos annos cōmunes sequetur vnus annus embolismalis habens tredecim lunationes z ita reditur ad principium: sicut in exemplo dato in primo anno cōmuni. s. post embolismum fuit principium in quintodecimo martij z est vn⁹ annus cōmunis: in alio anno erit in vicesimosecundo februarij. z quia sequēs annus qui est tertius z embolismalis habebit tredecim lunationes erit principium anni in die vicesimatertia martij z est tunc vltra equinoctium. postea sequuntur duo anni cōmunes z reducent ad primam diem martij detrahendo in quolibet vndecim: z hoc modo in arte embolismorum nunquā ponuntur tres anni cōmunes simul sed duo soli: z post eos tertius embolismalis z aliquando post vnum cōmunem sequetur vnus embolismalis. z aliquando qō est valde rarum ponuntur duo embolismales simul. i. duo anni quorum quilibet habeat tredecim lunationes. hoc autem apparet clarissime in arte cicli paschalis qui continet quinq; cyclos: z nonaginta quinq; annos vbi videtur quando debet esse annus cōmunis z quando embolismalis vt ostendit Jsidorus lib. 7. Ethimolo. capi. de ciclo paschali. ¶ Et istum modum ciclorum obseruant iudei vt teneant principia annorum suorum fixa vel quasi: tenendo menses lunares. z nos seruamus cyclos ad inueniendum pascha: quia ecclesia semper celebrat pascha in mense primo iudeorum: siue habeat annus duodecim: siue tredecim lunationes. z semper est pascha nostrum post pascha iudeorum. nam iudei celebrant pascha die quartadecima mensis primi vt patet hic z Exo. 12. nos vero ſm statuta patrum in synodo nicena facimus semper pascha inter diem quartumdecimum lune z vicesimū primum vt ait Jsidorus lib. 7. Ethimo. z ratio est vt ibi redditur vt nos non coincidamus cum iudeis in pascha: z vt semper in dominica die celebremus. sed in septem diebus semper est vna dies dominica. nos vero aliquando extendimus pascha vsq; ad lunam vicesimamquartam mensis primi iudeorum. hoc autem videbit quis si aduertat: quia nos semper facimus pascha post pascha iudeorum: z tamen ad plus non possunt esse plures q̄ decem dies post. sed hoc non esset possibile nisi aliquādo faceremus annū ex duodecim aliquādo ex tredecim lunationibus. ¶ Hoc suppposito aliqualiter apparet lz grosse quādo iudei habent annum embolismalem. nam quādo est pascha valde alta. s. vltra quindecim dies aprilis necesse est annum esse tredecim lunationum. quādo autem est pascha in martio semper est annus communis. i. duodecim lunationū. Sz ista doctrina non datur generaliter ad cognoscendum quādo est annus embolismalis z quādo cōmunis. ¶ Sed potest videri ex hac doctrina id qō principaliter petimus. s. quando maxime recedit principium anni antecedendo introitum in arietem: z quādo maxime subsequetur z tardat. nam in illo anno quo est pascha maxime anticipatum est annus cōmunis z maxime antecedit ad principium cōmune anni. quādo vero est pascha tardissimū est annus embolismalis: in quo maxime tardat z elongatur principium anni a cōmuni principio. z voco talē annum embolismalem non in quo embolismus est: sed sequens ad embolismum: quia embolismus precedens facit tardare pascha. ¶ Est autem ſm regulas nostrorum ciclorum pascha maxime anticipatum die vicesimoprimo martij: quale erit in anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimooctauo: z erit tunc luna prima mēsis primi iudeorum die quarta mensis nostri martij. Pascha autem tardissimū quod esse pōt est die vicesimaquinta mensis aprilis quale erit anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo. z tunc principium anni iudeorum. i. luna prima erit die secundo aprilis. z sic apparet quantum distet luna prima que est principium anni iudeorum ab equinoctio qō est die vndecimo vel duodecimo martij. nam luna que maxime anticipat est circa principium martij z tamen intra martium: z luna que maxime distat est intra aprilem ad duos vel tres dies eius. z hoc modo regula illa posita q; lunatio magis cōiuncta equinoctio vernali fit principium anni iudeorum est vera cōmuniter. z tamen aliquando non est vera: vt quandocūq; luna in qua celebratur pascha nostrum z iudeorum incipit post diem vicesimūquintum martij. nam tunc luna precedens est magis coniuncta equinoctio vernali: z non est illa principium anni sed finis. sicut in predicto anno domini millesimo quadringētesimo quinquagesimoprimo: cum luna prima mensis primi est dies scōa aprilis: z luna prima lunationis precedentis die tertio martij: illa enim coniunctissima est equinoctio vernali. ideo ita debet accipi veritas illius regule que cōmuniter traditur que semper vera est nisi in quibusdam annis sequentibus post embolismales: quia tunc est luna mensis primi circa finem martij vel in principio aprilis. Sed predicta vera sunt quantū ad lunam primam mensis primi: quia illa distat modo predicto ab equinoctio vernali. sed quantum ad lunationes aliorum mensium non fit sic. s. q; illa sit prima luna mēsis septimi que maxime appropinquat equinoctio autumnali qō est in tredecima vel quartadecima septembris. quia postq̄ luna prima inuenta fuerit que est principium anni nihil fit nisi computare vnam lunam vno mense z ita facimus alios menses non respiciendo alias habitudines ad equinoctium vel introitus solis in aliqua signa. vñ fit per oppositum in mense septimo hebreorum. nam quando lunatio que est principium anni incipit ante equinoctium vernale est illa ꝓpinquissima ad equinoctium: quia nō est ante initium martij nostri. z tamen equinoctium est ad vndecimum vel duodecimum diez: ideo minus distat luna prima ab equinoctio q̄ per quindecim dies. quando autem est lunatio post equinoctiū potest esse luna magis distans ab equinoctio principium anni. z hoc est quādo cūq; incipit luna post vicesimūquintum diem martij nostri sicut in anno predicto millesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo: quia luna prima primi mensis est scōo die aprilis z ita distat quasi per vigintitres dies ab equinoctio. luna autem precedens que fuit pro vltimo mense anni fuit die tertio martij. z ita solum distat per septem dies vel quasi ab equinoctio: z non est ibi principium anni lz deberet esse iuxta regulam predictam si esset vlr vera. de mense septimo hebreorum respectu mensis nostri septembris z equinoctij autumnalis est per cōtrarium: quia qñ luna que est principium septimi mensis est post equinoctium: est semper propinquior equinoctio q̄ quelibet alia. non est autem sic generaliter quando precedit luna prima ad equinoctium: quia quandoq; est propinquior q̄ sequens aliquando remotior. z apparet de lunatione que maxime distare deberet succedendo. s. in anno millesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo quādo luna prima primi mensis est secunda die aprilis z est maxime distans post equinoctium. tunc enim luna prima in qua incipit mensis septimus est die vicesimanona septembris nostri: z ita distabit ab equinoctio autumnali per vndecim vel duodecim dies: quia illud est quartadecima aut tredecima die mensis septembris z isti non faciunt mediam lunationem. z ita illa est equinoctio propinquior q̄ illa lunatio que precessit que est vicesimo sexto die mensis augusti: z ita precedit ad equinoctium q̄si per viginti dies. ¶ Econtrario autem quando luna prima mensis primi iudeorum est ante equinoctium vernale quando est pascha valde anticipatum est luna prima ibi magis coniuncta equinoctio q̄ sequens z precedens: z tunc luna prima mensis septimi iudeorum distabit magis ab equinoctio autumnali q̄ lunatio sequens: vt apparet in anno millesimo quadringentesimo septuagesimooctauo. nam tunc est pascha maxime anticipatum. s. die vicesimaprima martij. z luna prima que est principium anni est die quarta martij vel tertia z est cōiuncta equinoctio quod est in vndecimo martij: z illo anno prima luna mensis septimi est die vicesimaoctaua augusti z distat ab equinoctio quod est quartadecima septembris per decem z septem dies. lunatio aūt sequens incipiet die vicesimasexta septembris: z est duodecim diebus post equinoctium. z sic luna prima octaui mensis est ibi magis coniuncta equinoctio q̄ luna precedentis. s. septimi. ex quo apparet q; distantia primi mensis iudeorum ab equinoctio est succedendo. distantia autem maxime septimi mensis ab equinoctio est antecedendo: z tamen clarius est verum q; luna prima propinquior equinoctio autumnali est principium septimi mensis q̄ q; luna prima propinquior equinoctio vernali fit principium anni vel primi mensis iudeorum vt patet ex exēplis datis. Dicta autem dicta sunt aliquātulū diligenter z accurate: quia solent tam doctores nostri q̄ hebrei dicere generaliter lunam ꝓpinquiorem ad equinoctium esse principium mensis primi z septimi: que dicta debent temperari ſm hec. nam z nos ſm illos sepe dicimus. sed veritatem magis precisam volumus hic inquiri. Dicta autem introducta sunt propter festa que accidunt in mense septimo hebreorum: z precipue propter festum clangoris quod erat prima die mensis septimi.

¶ Istud

Jsidorus.

Pascha anticipatum.

Pascha tardissimū

Qō. 20. A Festum clāgoris nunc a iudeis q̄ tū ad q̄ dā cerimonias obſuaſ ⁊ ñ q̄tū ad oēs ⁊ q̄re.

¶Istud autem festum nunc obseruatur a iudeis quantum ad quasdam cerimonias sed non quantum ad omnes: sicut erat de ceteris festiuitatibus. sic enim festum azimorum quantum ad celebritatem primi diei ⁊ septimi obseruatur: eodem modo obseruabatur quantum ad azima comedenda. nam etiam hodie comedunt iudei azima per illos septem dies. non tamen obseruatur quantum ad oblationes primitiarum eleuando manipulum spicarum: nec etiam quantum ad sacrificia solennia que fiebant in quolibet illorum septem dierum. ^A¶Causa diuersitatis est quia cerimonie quedam determinabant locum alie non. prime non obseruantur nunc apud iudeos: secunde autem obseruantur. sed prime sunt vt sacrificia ⁊ omnes oblationes: quoniam iste non poterant fieri extra locum sanctum quē elegisset dominus vt esset nomē eius in eo. ſ. vbi esset tabernaculum vel arca. sic habetur Deutero. 12. capitu. ſ. caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris: sed in eo quem elegerit dominus in vna tuarum vrbium offeres hostias. ⁊ q̄ facere sacrificia ⁊ oblationes primitiarum pertinet ad istud genus cum ista fierent in sanctuario: non possunt nunc facere illa iudei: etiam si lex eorum haberet obligationem sicut ipsi existimant. Alia autem cerimonialia non determinantia locum obseruantur ab eis sicut comedere azima ⁊ facere dies solemnes custodiendo se a laboribus: ideo hoc faciunt. ¶Idem autez in festo pentecostes obseruant: quoniam ibi sunt quedam cerimonialia determinantia locum: alia autem non. Prima sunt ipsa sacrificia in animalibus ⁊ oblatio panum primitiarum. nam ista fiebant coram domino. ſ. in sanctuario vt dictum fuit supra. sed nunc iudei sunt extra terraz sanctuarij. ergo non pñt illa obseruare nec obseruarent etiam siquis compelleret eos ad hoc: sicut siquis compelleret eos ad comedenduz suillas carnes ⁊ relinquendo filios incircumcisos. potius enim mortem quācūq; subirent si viderentur sibiipsis habere aliquē zeluz legis q̄ ista facerēt vt habetur. 1. Macha. capitu. 2. et: 1. Et. 2. Macha. capitu. 7. de septem fratribus machabeis ⁊ matre eoruz. ¶Alia cerimonialia obseruantur a iudeis in festo pentecostes. ſ. q̄ sit ille dies obseruabilis ab omni opere seruili: ⁊ hoc faciunt. in festo autem tabernaculorum idem obseruant. nam sacrificia nulla faciunt aut oblationes: quia extra locum sanctuarij fieri nequeunt. diem tamen istum faciunt in magna solēnitate obseruabilem: quia hoc non concernit determinationem loci sicut sacrificia. etiam obseruabatur in hac die sonitus clangoris ⁊ hoc nō determinabat locum: ideo iudei etiam hodie in festo clangoris clangunt buccinis corneis in synagoga sua. (Erit vobis sabbatum memoriale). i. ista dies erit magne festiuitatis. ⁊ non vocatur sabbatum quia semper in sabbato sit: quoniam poterat accidere in alijs diebus p̄m varietatem ānorum: potissime quia semper debebat esse in prima die septembris. ⁊ dicitur sabbatum a quiete: quia quiescebant iudei ab omni opere seruili in die festo. Vocatur sabbatum memoriale. idest sabbatuz ad memoriam domini. hoc non dicitur vt aliqui volunt q̄ ista dies esset tante obseruationis q̄ maneret magis in memoria solēnitas eius q̄ aliorum festorum. sed dicitur sabbatum memoriale propter festum calendarum: ⁊ refertur ad id quod dicitur immediate. ſ. ad clangentibus tubis. ⁊ est sensus q̄ sabbatum istud erat memoriale cum clangerent tubis. i. q̄ cum clangerent concitabant deum in memoriam sui. sic habetur Nume. capi. 10. cū dicitur. siquando babebitis epulum ⁊ dies festos ⁊ calendas canetis tubis super holocaustis ⁊ victimis vt sint vobis in recordationem dei vestri. Dicebatur autem deus recordari illorum per clangorem tubarum: non quidem q̄ deus excitetur per tubas: quia solum pertinent hec ad animalia babētia vires actiuas auditiuas. Deus autem nullas tales vires habet: quia animal non est. sed ista sunt iuxta metaphoras operationū humanarum. nam sicut homo cum audit tubas prouocatur ad illarū sonitum: ita cum deus dicetur audire tubas in festis calendarum vel neomeniarum: videbitur recordari israelitarum ac si ante non recordaretur. deus tamen nibil magis sic q̄ aliter recordatur: cum nulla res est que possit eum facere venire in aliquam maiorem vel minorem cognitionem q̄ habeat. (Clā gentibus tubis). Iste tube debebant esse cornee ad significationem q̄ deus iubebat eis obseruare istud festum ad memoriam liberationis israel p̄o quo immolatus est aries. ⁊ sic aliquando in veteri testamēto canebatur in tubis corneis vt habetur p̄s. 97. cum dicitur. in tubis ductilibus ⁊ in voce tube cornee. In hac vero die videbatur clangendum vtriq; tubis. Primo autem in tubis ductilibus. ſ. in tubis argenteis que erant ductiles. ⁊ hoc propter festiuitatem calendaruz in qua canendū erat tubis argenteis ductilibus vt patet Nume. 10. capit. Secundo clangendum erat in tubis corneis ad memoriam isaac liberati ⁊ arietis immolati p̄o eo. ¶Aliqui autem dicunt esse sabbatum memoriale istam diem idest quia deberent israelite in hac die recordari de liberatione isaac. sed hoc nihil est quoniam tunc in quolibet horum quinq; festorum de quibus hic deberet fieri memoria alicuius beneficij vel rei geste ex cuius causa introducebatur illud festum. nullum namq; istorum festorum est quod introductum non sit propter aliquod beneficium ad memoriam rei geste vt supra declaratum est. ergo deberet vocari quodlibet istorum festorum sabbatum memoriale. sed propter alterum: potissime cum littera exprimat dicens q̄ erit sabbatum memoriale clangentibus tubis. i. erit causatiuum recordationis in clangore tubarum. (Et vocabitur sanctuz). idest ista dies dicetur sanctificata vel applicata ad dominum scilicet vt homines in illa vacent a laboribus vt intendant contemplationi dei. (Omne opus seruile non facietis in eo). idest nullum opus seruile per equipollentiam. ⁊ in hoc denotatur q̄ sint equales obseruationes istorum festorum quattuor. ſ. azimoruz: ⁊ pentecostes: ⁊ clangoris: ⁊ tabernaculorum. nam in quolibet horum iubebatur abstinere ab operibus seruilibus vt patet in littera: ⁊ consequenter licebat in eis parare cibos. (Et offeretis holocaustum domino). Qō est istud holocaustum non dicitur hic. sed intelligendum est id qō babetur Nume. 29. capi. ſ. q̄ offerretur vitulus vnus ⁊ aries vnus ⁊ agni anniculi septem cuz libamentis suis: ⁊ hircus p̄o peccato. preter hoc etiam offerebantur ea que erant de solēnitate calendarum: quoniam semper erat istud festum in calendis. de hoc patet Nume. 29. cum dicitur. preter holocaustum calendarum cū sacrificijs suis. erat autem sacrificium calendaruz offerre duos vitulos in holocaustum: ⁊ arietem vnum: ⁊ agnos anniculos. 7. cum libamentis suis. offerebantur etiam sacrificia iugia. ſ. matutinum ⁊ vespertinum holocaustum. ista enim nūquā cessabant. Et quāq̄ dicitur hic q̄ deberet offerri holocaustum non est intelligendum solū de holocausto: quia etiam in hac die offerendus erat vnus hircus p̄o peccato vt habetur Nume. 29. cap. sed nomine maioris sacrificij intelliguntur minora.

¶Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi: dies expiationum erit celeberrimus: ⁊ vocabitur sanctus. Affligetisq; animas vestras in eo: ⁊ offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile nō facietis in tēpore diei huius: quia dies ppitiationis est: vt propitietur vobis dñs deus vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hac: peribit de populis suis: et que opis quippiam fecerit: delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimuz sempiternum erit vobis in cunctis generationibus ⁊ habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: ⁊ affligetis animas vestras. Die nono mensis septimi a vespere vsq; ad vesperum celebrabitis sabbata vestra.

Locutusq; est dominus. Hic agit de quarto festo ⁊ principali quod erat semel in anno scilicet de festo propitiationis: quod vocatur dies propitiationis ⁊ dies expiationis. vocatur autem dies expiationis quantum ad nos: ⁊ propitiationis quantum ad deum suum. in hac die peccata dicebantur remitti: ⁊ hoc quantum ad nos est expiari: quia expiatio dicit purgationem ⁊ absterſionem macularum. peccata autem in nobis sordes quedam sunt ⁊ valde magne. Deus etiam remittebat peccata nobis in hac die. ⁊ hoc propitiari est: quia nisi deus misereatur nostri non remittet nobis peccata. ⁊ sic ista dies accipit duo nomina ex peccatorum remissione. ¶Considerandā aūt erant tria in hac die. Primum erat obseruatio a laboribus. Secundum erat vacatio in afflictionibus. Tertium erat oblatio in animalibus ⁊ ceteris cerimonialibus. Quātū ad primū dicendū est de isto festo q̄ erat maxime obseruationis: maioris gdem q̄ omnia festa

q̄re p̄o in corneis.

Nōnulloz opi.

£

†

†

Q̄les obseruatiōes festoz q̄tuoz.

†

Notādum ſrale.

ſ. 19. ſ.

De ose. di. 2. c. 1. i p̄cipio.

De festo p̄pitiatōis ⁊ ō ei⁹ oupliciноie.

Qō. 21 A Tres cerimōie i die festiuitatis ppitiatiōis obſuabāt.

Jn festo pentecostes cerimōialia duplicia erant.

B Sabbatum memoriale.

† Jn festo clāgoris clāgebatur i buccinis corneis ⁊ argēteis ⁊

predicta preter sabbatum.in ceteris namq; dicebatur q̄ non fieret opus seruile in eis.de die vero propitiationis dicitur q̄ nō fieret in eo aliq̄ opus:ꝛ sic excludebant omnia opera tam seruilia q̄s non seruilia.vñ non licebat parari cibos in hac die. de causa ꝓpitiationis huius dictū est supra in principio hui⁹.c. ꝛ quidem non parabantur cibi:q; non comedebatur quicquaz in die illa vt pz.ī. ¶Scōm erat in hac solēnitate in afflictionibus.ſ.vt omnes israelite se affligerent in hac die.ꝛ hoc erat q̄ non comederent:nec biberent p totam diem:nec aliquod gaudium acciperent:sed orationi ꝛ labore vacarent.de hoc habet infra ꝛ habetur supra.16.c.Tertiū erat in die hac obseruatio in sacrificijs ꝛ ceteris cerimonialibus.ꝛ hoc erat quātum ad rituz expiandi.nam accipiebantur sacrificia pro sacerdote ꝛ pro populo ꝛ duo hirci super quos mitteret sors quis esset pro domino ꝛ quis in capū emissariū.ꝛ qui erat pro domino imolabatur atq; de sanguine eius fundebat ad expiandum intra sancta sanctorum coram propitiatorio ꝛ intra tabernaculum coram altari thymiamatum.super caput autē emissarium sacerdos confitebatur peccata israelitarum ꝛ mittebat eum in solitudinem. de hoc plene supra.16.ca.ꝛ ideo nihil dicitur hic de illo. (Decimo die mēsis huius septimi).Inchoauerat supra dicere legislatoz de festis que erant in mense septembzi ꝛ dixerat de vno:hic autem addit de scōo.i.de die propitiationis qui erat in decimo die mensis septimi.ſ.septembzis computando dies eo modo quo supra dicebatur.ſ.vt nō dicatur decimus dies septembzis ille qui est decimus apud nos: sed ille qui est decimus in lunatione fm quam iudei mensis computant. (Dies expiationum erit).i.dies expiationis:q; vnica expiatio erat pro toto populo quā faciebat sacerdos magnus vt patet.ē.16.Potest autem vocari dies expiationum pluraliter:quia plures expiabantur. naz pro peccatis omnium israelitarum expiabatur:magis tamen ꝓpzie dicitur dies expiationis in singulari:quia expiatio propzie designat cerimoniam illam que fiebat a sacerdote magno pro expiandis israelitis.ꝛ ideo quamquā sacerdos multas cerimonias ageret:quia tamen solum semel fiebat in anno ꝛ semel in eadem die quia erat actus continuus dicebatur expiatio vna. (Erit celeberrimus ꝛ vocabitur sanctus).idest iste dies expiationis erit in magna obseruātia a laboribus qō est esse celebrē a colendo dictum.vocatur autem sanctus inquantum deo applicatur ad cultum.ſ.vt homines in eo vacent deo ꝛ non operibus suis.ꝛ propzie vocat iste dies celeberrimus vel celebzior: q; vere erat celebzior alijs festiuitatibus supra positis cum in alijs prohiberentur solum opera seruilia.in hoc autem omne opus.(Affligetisq; animas vestras in eo).Istud erat scōm preceptum quod obseruabatur in die expiationis.ſ.vt affligerent se omnes israelite.ꝛ dicuntur affligere animas suas.i.seipsos: qm̄ anima pro homine toto accipitur.sicut patet Gene.46.cap. ꝛ Exod.1.capitu.cum computant anime descendētes de femore iacob:in quo non possunt accipi aie pro aiabus sed pro hominibus:quia anime non descendunt de femoze iacob sed homines cum anime non proueniant ex traduce:sed a deo infundātur.Uel potest accipi hic anima pro vita.sicut accipitur Joā. 12.capi.cum dicitur.qui amat animam suam perdet eam:ꝛ qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternā custodit eā. vbi anima non accipitur pro anima nostra rationali:quia nullus hanc odisse debet:sed diligere.sed accipitur anima pro vita.ibi enim consulit vt vitam nostram affligamus vt in futuro delectemur.Dicitur autem aliquis affligere vitam suam cuz in magnis laboribus eam agit ita vt rationabiliter eaz odisse possit.sic habetur Exod.1.cap.cum dicitur.oderantq; filios israel egyptij:ꝛ affligebant illudentes eis:atq; ad amaritudinem perducebant vitā eorum operibus duris luti ꝛ lateris:omniq; famulatu quo in terre operibus premebantur.sic etiam hic affligere vitam iudei dicebantur cum in illa die nec biberēt: nec comederent:nec quicquā solatij acciperent: sed labozi ꝛ orationi vacarent.(Et offeretis holocaustum domino). Non ponitur hic qō sit istud holocaustum.ꝛ dicendum q̄ in hac die erat duplex genus sacrificij. vnum sacrificium erat ad expiationem.ꝛ istud erat de quo dicitur.ē.16.capi.ſ.vnus vitulus pro sacerdote ꝛ familia sua:ꝛ duo hirci oblati a populo de quozum cerimonijs in eo.capi.agitur.ꝛ istud officium erat pertinens ad merorem quia agebatur de expiatione peccatorū:ideo in magna humilitate ꝛ contritione cordis agendum erat:habitum quoq; valde humilem habere dicebat.vnde sacerdos magnus mutatis vestibus glozie sue assumebat vestes solius ministerij sacerdotum minozum.ſ.seminalia linea ꝛ tunicam lineaz ꝛ cidarim ꝛ balthеum de quibus eodem capitu. ¶Alia autem erant sacrificia que pertinebant ad solēnitatem huius diei:ꝛ non ad lamētum:vel expiationem.ꝛ hoc erat q̄ offerretur vitulus vnus ꝛ aries vnus atq; agni anniculi septem cum libamentis suis solitis ꝛ hircus pro peccato vt habetur Nume.29.capi. ¶Et si aliquis dicat q̄ ista sacrificia coincidunt. ¶Dicendum est q̄ non.vt patet prealleqato cap.quia dicitur.absq; his que offerri pro delicto solent in expiationem ꝛ holocaustuz sempiternū: in sacrificio ꝛ libaminibus eorum. (Omne opus non facietis in tempore diei huius).Ista est diuersitas precepti ab omnib⁹ festiuitatibus precedentibus cum in ceteris diceret omne opus seruile:hic autem omne opus denegatur.ꝛ sicut supra dictuz est nihil addit omne opus super omne opuz seruile nisi parationez ciborum quas fieri licebat in alijs festinitatibus:in hac autem non.ꝛ causa huius est quia in hac die nō licebat quicquā comedi aut bibi:ideo frustra erat permittere parari i die hac.ꝛ hoc quia hebzei affligere se debebant accipientes omnem laborem ꝛ tristitiam in abstinentia ciborum ꝛ potuum. ¶Dicunt autem iudei q̄ in hac die propitiationis erant quinq; opera ꝓhibita.Primum erat comedere:quoniam non comedebant tota illa die vsq; ad crepusculum in apparitione astrorum.ꝛ sic ad minus abstinebant a cibo per.24.horas.ſ.a principio noctis precedentis vsq; ad principium noctis subsequentis. Secūduz opus erat bibere ꝛ etiam non licebat eis per totam diem.ſ.per 24.horas.Tertium erat abstinere ab vxore. Quartum erat nō balneari.Quintum nullos calceos habere. Ista autem iudei in institutis suis hñt ꝛ sic apud eos obseruatur.ꝛ sic fortassis apud antiquos obseruatum fuit.tamen an ab omnibus istis operibus abstinendum esset:vel si ab istis an ab alijs solum:vel a quibusdam alijs insuper non constat.satis tamen rationabiliter patet q̄ ab omnibus in quibus delectationem experiri poterant abstinendum erat:quoniā iubebatur simpliciter q̄ affligerent animas suas.qui tamen alicui delectationi vacat non affligit animam suam.(Quia dies propitiationis est).i.ideo debetis abstinere ab operibus corporalibus ꝛ vacare afflictionibus:q; dies propitiationis est.ꝛ subditur causa in littera. (Ut propitiet vobis dominus deus vester).i.ideo hoc facietis: quia vultis misericordiam a deo.deus enim non despicit orantes cum afflictione cordis.iuxta illud.cor contritum ꝛ humiliatum non despicies.vt patet ps.quinquagesimo.Deus namq; iubet vt homines affligantur vt ipse sic misereatur eorum vt patet Jobel. cap.2.cum dicitur.scindite corda vestra ꝛ non vestimenta vestra:ꝛ conuertimini ad dominum deum vestrum:quia benignus ꝛ misericors est:patiens ꝛ multū misericors ꝛ prestabilis super malicia.sicut etiam Deutero.30.capitu. cum dicitur q̄ deus quāquam punierit iudeos eijciendo eos ad multas partes orbis:tamen reducet eos si ad illum redierint in toto corde suo.ꝛ non solum ad hoc proficiebat contritio animi: sed etiam abiectio in babitu ꝛ exterior tribulatio.sicut patet Exod. capitu.33. vbi cum deus vellet punire israelitas pro peccato fabricatiōis vituli vt aliqualiter eis compateretur dixit. iam nunc depono ornatum tuum vt sciam quid faciam tibi.ꝛ sequitur ibidem q̄ deposuerunt filij israel ornatum suum a monte oreb. (Omnis alia que afflicta non fuerit in hac die peribit de populis suis). Hic ponitur pena transgressorum.ſ.q̄ qui omitterent aliquaz cerimoniam istarum:siue non affligendo se:siue non obseruando festuz perirent.quāq; in hoc differt:quoniam si aliquis trāsgrederetur cerimoniam que erat in abstinendo a delectationibus siue affligendo animam peribat de populis suis: non q̄ iudices possent eum occidere:quoniam lex hoc non iubebat: sed q̄ deus occideret eum per vnuz de varijs generib⁹ mortis:que deus sepissime occulto iudicio suo malis infligit.si autem transgressus fuisset cerimoniam que erat vacare a laboribus a iudicibus occidebatur.quā quam infra littera dicat.delebo eam de populo suo.sic namq; de sabbato erat q̄ quicūq; violasset requiez sabbati occideretur per dominum iudicium ꝛ inflictionem. sic habetur Exod.31.et.35.capitu.ꝛ habetur exemplum hui⁹ Nume.15.capi.de eo qui colligens ligna in sabbato lapidatus est. maioris enim gravitatis erat violare custodiaz festiuitatis opera seruilia faciendo q̄s non abstinendo a delectationibus vel se non affligendo:ideo pena dispar esse debebat.(Et que operis quippiam fecerit). Hic ponitur transgressio secunde cerimonie scilicet violare quietem festiuitatis huius faciendo aliqua opera siue seruilia: siue non seruilia. vtroq; enim modo peccabatur. sed non erat vterq; modus equalis in peccando. vnde si aliquis in die propitiationis pararet cibos ꝛ

comederet

Obiectō Rūfio.

†

Qō. 22. A

In die expiationis q̄q; opa erāt ꝓhibita cuz affligerēt animas suas.

B

†

†

Expiatio qd sit.

†

Preceptū obseruatuz i die expiationis.

L

†

In die solēnitatis expiatōis duplex erat genus sacrificij

†

Pena trāsgressorū.

que erāt trāsgressiones i festo ꝓpitiationis pro qb⁹ iudices ponebāt penas.

†

trāsgressio scōe cerimonie.

Queerat maior violatio festi par cibos vl comedē.

D rum:z templo ipsorū in ppetuas ruinas:atq̄ solitudines reda
cto.z pz qz post reditū de babylone sic offerebanť duodeci pa
Scriptor paralipo. nes.nā esdras scripsit libꝝ paralī.z ibi agit de ordinatione sa
cerdotū z leuitaruz in suis ministerijs post reditū de captiuita
te.z pz qz primo Parali.9.c.dō.vniuersus israel dinumeratus
est z sūma eorū scripta ē in li.regū z iuda translatiq̄ sunt in ba
bylonē pp delictū suū.z post hoc ponit eodē capitulo ordinē sa
cerdotū z leuitarū in suis ministerijs z dicit ibi.porro de filijs
caath fratribus eorū erant sup panes ppositionis vt nonos per
singula sabbata pperarent.ergo durabat postea idē ministeriū
† Dupler lre expositio. panū qō in nullo diminutū.(Quia sanctū sanctorū est.)i.isti pa
nes sunt aliquid valde sanctū inter sacrificia.z tunc offerri de
bet ad illud qō dixi in loco sancto.s.q̄ comederentur panes isti
in loco sancto:qz sunt multū scificati. ¶Alio modo pōt intel
ligi q̄ sacerdotes comedant istos panes:qz sanctū sanctorū ē ō
sacrificijs dñi.i.qz istud est aliquid sanctū vel applicatū eis ō sa
crificio domini.sanctū enī applicatū dō.z sic dō aliquis dicz san
ctificatus.i.ad cultū dei applicitus.ita aūt z potest dici aligd san
ctificatū eē sacerdotibus.i.applicatū eē ad ius illorū.z iste ē sen
sus quē propzie facit lra.s.q̄ sanctū sanctorū ē de sacrificijs dñi
q.d.de ceteris que deo offeruntur hoc erat sanctificatū sacerdo
tibus.i.pertinebat ad illos.Similis modⁿ habeť.ē.2.c.cū dō.qō
aūt reliquū fuerit de sacrificio erit aaron z filiorū eius sanctuz
† sanctorum de oblationibus dñi.i.erit separatū in ius aaron de
oblationibus q̄ pertinent ad deū.z dō.(De sacrificijs dñi.)non
q̄ essent sacrificia isti panes qz propzie sacrificia dicuntur eē ō
animalibus.sed accipitur sacrificium large.p oblatione panis.
sic habetur.ē.c.2.cū dō.alia cū obtulerit oblationem sacrificij si
mila erit eius oblatio.ecce.n.vocauit ibi similā sacrificiū z po
stea dō.cū obtuleris sacrificiū cocti in clibano.vbi necessario ac
cipitur p panibus.et dicitur.si sacrificiū fuerit de craticula.z ibi
eodē modo p panibus accipiť.simile habeť Nu.15.c.vbi sacri
† ficia carniū vocanť victime z oblationes de panibus vocantur
sacrificia.(Jure perpetuo.)i.q̄ isti panes in eternū pertinebūt
ad sacerdotes. Accipiēdū est ħ eternū sicut in superioribus dice
bať.s.p toto tpe quo durarēt cerimōie iste sacrificioꝝ.

¶Ecce autem egressus filius mulieris israeli
tis quem peperat de viro egyptio iter filios
israel:iurgatus est in castris cū viro israelita.
De blasphe mo lapida to. Cūq̄ blasphemasset nomen domini z male
dixisset ei:adductus est ad moysen. Vocaba
tur autē mater eius salumith filia dabri de tri
bu dan. Miseruntq̄ eum in carcerem donec
nossent quid iuberet dominus. Qui locutus
23.q.5.c. qd g̃ in fi. est ad moysen dicens. Educ blasphemum ex
tra castra:z ponant omnes qui audierūt ma
nus suas super caput eius:z lapidet eum po
pulus vniuersus. Et ad filios israel loq̄ris.
Homo q̄ maledixerit deo suo:portabit pec
catum suum. Et qui blasphemauerit nomen
domini: morte moriatur. Lapidibus oppri
met eum omnis multitudo populi. Sive il
le ciuis sive peregrinus fuerit. Qui blasphe
mauerit nomen domini:morte moriať. Qui
percusserit:z occiderit hominem morte mo
riatur. Qui percusserit animal: reddet vicari
um idest animam pro anima. Qui irrogaue
rit maculam cuilibet ciuium suorum:sicut fe
cit sic fiet ei. Fracturam pro fractura:oculum
pro oculo: dentem pro dēte restituet. Qua
lem inflixerit maculā:talem sustinere cogeť.
Qui percusserit iumentuz:reddet aliud. Qui
percusserit hominem:punietur. Equuz iudi
cium sit inter vos:sive peregrinis sive ciuis
peccauerit:qz ego sum dominus ds vester.
Locutusq̄ est moyses ad filios israel:z ✠ edu
xerunt eum qui blasphemauerat extra castra:
ac lapidibus oppresserunt. Feceruntq̄ filij
israel sicut preceperat dominus moysi.

De pe. dī. 3. ca. q̄rat z.c. Sūt plu res. Pena blasphe mi.

23.q.5. c.reos ibi occīli p oculo. Exo.21. Deu.19. mat.5.c.

Satisfa ctio p of fensa. Als ✠ adduxe runt. Casus q dā icidē talis de viro bla sphemo.

Qō.9 A

Ecce autez egressus. Hic ponitur scō principale.s.q̄
dam casus de viro blasphemo. ¶Et
dicit nicolaⁿ q̄ iste casus ō blasphemāte pōit imediate post ōscri
ptionē festoꝝ:qz i solēnitatibⁿ solēt boies abūdātiⁿ comedē z bi
bē ex quo isurgūt litigia pmutato boie ad quādā irā ex potu.z
ex ħ facilīⁿ iducunť ad blasphemādū q̄ alꝰ.z sic fuit ō isto viro
blasphemo.ª ¶Sz ħ nō vī posse stať pp duo.primo qz psuppōit
ħ q̄ obſuarenť festa dū eēnt israēlite i ōserto. Itē i illis hērēt oc
casionē iurgioꝝ.sz ħ ñ stat qz festa oñt q̄sdā oblatōes sic pz Nu
me.28.et.29.c.z tū ista nō fiebāt i ōserto qm̄ ñ hēbāt locū israēli
tez ouēiētiā ad misterādū:nec mīstrabāt sz faciebat vnusq̄sq̄ qō
volebat vt habeť Deuē.12.c.iō ñ obſuata sť sacrificia nisi mo
dico tpe i mōte synai vt habeť Nu.28.c. ¶Itē psupponit ħ al
tez falsū .s.q̄ israēlite i ōserto i dieⁿ festis latiⁿ comedebāt z bibe
bāt.qō nō pt stare qz panē nō comedebāt:nec hēbāt vinuz:nec
vescebanť carnibⁿ.sz solo māna vescebāť i cibū:z aquā ōgusta
bāt i potu. Sic pz Deuē.2.c.et.8. In ħ aūt nō erat letioz cibus:
cū quotidie cuilibz iudeoꝝ eēt equa cibozū portio.s.vnū gomoz
vt habetur Exo.16.c.non erat ergo eis aliquid in quo excede
rent mensurā cibi z potus. Sed magis videtur dicendū q̄ iste
casus fuit positus hic qz eo tēpore quo oabantur ista precepta
accidit. ¶Dicit autē ra.sa.q̄ ista blasphemia facta a viro fuit
ppter panes propositionis:ideo posito de panibus propositio
nis subiungiť imediate de illo q̄ blasphemauit pp illos. ¶Sed
hoc non stat qm̄.j.dicit q̄ iste vir iurgatus ē cū alio viro in ca
stris z blasphemauit nomē dñi.z sic videť q̄ non fecerit pp pa
nes propositionis:aut pp aligd alter simile sed pp iurgiū ocita
tus ad irā.(Ecce aūt egressus filius mulieris israelitis.)Hoc di
stinguitur in tres ptes:qm̄ primo ponit blasphemi viri trāsgres
sio.Scōo punitionis determinatio.Tertio ōtermiatiōis execu
tio.Scōa ibi.(Miseruntq̄ eū.)Tertia ibi.(Locutusq̄ ē moyses.)
Circa primū dō.(Ecce autem egressus.) ¶Pro quo sciendū q̄
sicut alig iudei volunt q̄ iste vir blasphemus fuit de genere dā
ex pte matris qō vez ē:z voluit equari in castrametatione pp ħ
cū alijs q erāt de genere dan z ꝺsanguinei matris sue:sed fuit p
bibitⁿ ab illis iuxta quos volebat figere tabernaculū:qm̄ occu
pabat spatiū i quo gdā eoꝝ castrametaturⁿ erat:vñ ōducta ē cā
ista coꝝ moyse pp rixā z sētētiauit ō illū q̄ volebat apō ceteꝝ ō
tribu dā figē tabnacula:qz ñ erat fixio castroꝝ i tali vl tali loco
sz lineā maternā sz patrnā vt hēt Nu.c.2.vbi dō q̄ singuli p tur
mas suaz atq̄ vexilla z domoꝝ cognationū suaꝝ castrametabūť.
i hebreo dī.z domos pzuz suoꝝ castrametabunť. Iste āt vir qz
exierat de loco iudicij ꝺdēnatⁿ blasphemauit nomē dñi z pp ħ
fuit missus in carcerem z postea lapidatⁿ. Hoc autem dicunt iu
dei propter ea q̄ in lra tanguntť.s.q̄ eēt iste filiⁿ mulieris israeli
tis sz nō viri z q̄ eēt ō tribu dā z qz dō ħ egressus.qō intelligūt
ad egressionē de loco iudicij. ¶In quo dōm q̄ iste casus satis
erat possibilis z cōueniens:tū nō inducit ex lra: imo ex aliq̄ pte

repugnat

Doc.opi.

Opi. rab bi. Im pbō opi.ra. sa.

† B

† Qz iste vir blas phema uit. Casus in deorum.

Im pbō

repugnat: qz isti dicunt q primo iurgatus est vir iste nõ israelita cũ alio viro israelita: z postea causa deducta in iudiciũ fuit condemnatus z egressus inde blasphemauit.littera tñ prius ponit hic egressionem q̃ iurgiũ: qz dicit q egressus filius mulieris israelitis iurgatus est in castris cũ viro israelita. Itez hoc qõ dicitur hic z egressus.ipsi referunt ad egressionẽ de loco iudicij.sz hoc nõ inducit: qñ iste modus loquendi est hebraicus vt põatur egredi p incipere etiã si non fit ibi aliquis motus.egredi tñ motũ localem signat.sed ideo accipitur iste modus loquẽdi: qz qñ aliqua res potest operari z nondũ operatur est in potentia ad operandũ z cũ operatur egreditur de potentia ad actũ.nam sicut qui egreditur nũc mouetur z ante hoc non mouebatur: ita q incipit operari ante hoc erat in potentia nihil operãs nũc vero operatur z sic moueri videtur.vnde conueniẽter dicit egredi.similis modus loquendi habetur Exo.2.c.cũ dicitur.egressus ẽ post hoc vir de domo leui accepta vxore stirpis sue.ecce dicit virum egressum.sz hoc qõ erat accipere vxorẽ nõ dicit aliquã egressionẽ nec hoc qõ est vxorẽ acceptã cognoscere:tamen vt ibi declaratũ est dicebatur egredi.i.incipere:qz ante illud tẽpus non accedebat ad vxorẽ suã ne proles indẽ concepta periret:tunc vero egressus est.i.incepit cognoscere vxorem suaz.sic aũt nõ põt accipi hic egredi p egressione de loco iudicij:qz tunc eẽt prius egredi q̃ iurgari.sz hoc ẽ extra positionẽ casus eorum. sed accipitur egressus p incipere.s.q incepit iurgari iste vir nõ israelita cũ viro israelita .Que ergo fuerit causa pp quã iurgati fuerint z quid induxerit istum virum ad blasphemandũ nõ constat.sed hoc non multum differt.(Filius mulieris israelitis.) Dic ponitur genus istius.erat iste de israelitis ex parte matris: sz non ex parte patris z pp hoc erat ignobilior alijs.Et ista ẽ causa quare iudei dicunt fuisse sententiã prolatã cõtra ipsum q nõ castrametaretur cũ alijs cognatis matris sue:qz debebat quãtuz ad hoc cõsequi iura linee paterne. Ista mulier de qua hic dicit vocabat salumith de tribu dan sicut infra habetur.(De viro egyptio inter filios israel.).i.ista mulier concepit de viro egyptio dũ esset inter filios israel. Potest autem esse sensus q ista femina fuisset accepta in vxorem a viro egyptio z inde nasceret iste q blasphemauit. Hoc autem iudei non recipiunt.non enim intelligunt q femine hebreorum vellent nubere viris aliarum gentium.sed dicunt hoc fuisse factũ p fornicationẽ.s.q vir egyptius accessisset ad illam feminam nuptã viro hebreo z inde gigneretur iste blasphemus.z dicunt q iste vir egyptius fuit quidã de prepositis operum in egypto z fecit q maritus illius femine que vocabatur salumith quadã die valde mane consurgeret ad laborez:ipse autẽ prepositus operum introiuit i domum salumith per tenebras ipsa putante q essent vir eius cognita est ab ipso:z inde natus est iste blasphemus fm q dictuz fuit Exo.2.c. vt iudei referunt.Quicquid autẽ horum fuerit nihil differt.s.siue p matrimonium siue per adulteriũ vir iste blasphemus gẽitus esset.Sz adhuc magis videt q ista mulier accepisset virũ egyptiũ z inde concepisset:qz dicitur in littera.quẽ pepererat ỏ viro egyptio inter filios israel.Dicebatur aũt eẽ inter filios israel qñ habebat vxorẽ de genere eorum z erat quasi vnus ex eis.(Iurgatus ẽ in castris.) In hoc declaratur q iste vir blasphemus pp iram blasphemauerit:qz dicitur q iurgat⁹ est:qõ ẽ contra dictũ ra.sa.qui dixit blasphemasse pp panes propositionis.Ex hoc aũt qõ dicitur hic blasphemasse illũ in castris iudei intelligunt q blasphemauerit pp castra.s.pp castroz situationem fm narrationẽ supra positam.sz declaratũ est q illa repugnat sibijpsi.Sed dicitur q iurgatus est in castris ad demõstrandũ q iste poterat conuinci de blasphemia.naz si iste extra castra blasphemasset non adessent multi testes q eũ conuincerent esse blasphemũ.in castris autem facillimum erat probari q blasphemauerit:qz ibi erat multitudo gentis cũ omnes manerent in castris z tabernacula eorum satis coniuncta essent.(Cũ viro israelita.)Dicitur iste vir israelita:qz erat ex patre z matre israelitis:ali⁹ aũt q̃ q̃ baberet matrẽ israelitẽ tñ p̃ su⁹ erat egyptius:iõ nõ dicebat vir israelita.sz gẽit⁹ iter israelitas.(Cũq blasphemasset nomẽ dñi z maledixisset ei.) Dic ponit blasphemare z maledicẽ p eodẽ.z sic est qñ nihil ẽ blasphemia nisi maledictio nois dei.vel qñ nomẽ dei exprimit z illo expresso aliqd malũ de deo p̃dicat:hic aũt ponit in lra hebraica.(Cũq declarasset.) vbi nos dicim⁹.(Cũq blasphemasset.) ✠ Et ostt iudi q iste vir peccauit in duob⁹.Primo qz declarauit nomẽ dñi.s. nomẽ tetragrãmaton publicando illud.sed nulli licebat hoc p̃ferr nisi sacerdotib⁹ qñ pferebãt bñdictões sup offerẽtes vel nubẽtes z i similibus.erat eni hoc nomẽ magne reuerẽtie z ob hoc vetitũ erat ne q̃s noiaret nisi sacerdotes. Sic etiã erat apud antiquos gentiles qñ qñ aliq̃ nomẽ erat valde honorabile subticebat sicut erat de nomine vrbis romane Dicit eniz solius impolist.c.1.q ẽ quoddã nomẽ vrbis rome magis propriũ q̃ cetera q̃ in vulgus nunq̃ venit:qz dii z sacra illud publicari vetuerunt: valerius autez sozanus qz illud semel publicauit morti traditus ẽ quãtũ ergo ad hoc q iste blasphemus explanabat nomẽ dñi q̃ nominari illicitũ erat peccabat.ẽt erat hic secunda grauitas.s.q maledixit nomini dñi z pp hoc merebat mortẽ.z ista duo ponunt hic tanq̃ distincta.(Sed dicendũ ẽ q non oportet intelligi istũ peccauisse ex eo q declarauerat nomẽ dñi z hoc eẽt blasphemare z ex hoc q maledixisset sed vtrũq̃ idez ẽ.nã ad hoc q aliquis blasphemet duo requiruntur.(Primũ ẽ prolatio nois dñi qua lecũq̃ illud fit siue fit directũ nomẽ dñi siue attributale:siue significans essentiã:siue perfectiones diuinas.nihil eni differt q aliq̃ dicat se non credere in deũ: vel in oipotẽtẽ:vel in eũ q cuncta creauit:vel in eũ quẽ btã virgo genuit:vel in oia scientẽ aut q̃litercũq̃ noiare velit:dũ tñ illud nomẽ vel p equiualentiã deũ signet.qõ dz pp noia attributalia q̃ quã q̃ deũ directe nõ significent:qz tñ significant pfectiones in tali gradu in quo nulli conueniũt nisi deo q talia noia exp̃serit nomẽ dñi exp̃sisse vẽ.z sic qualitercũq̃ proferat sufficit ad habendũ primũ qõ est eẽ blasphemũ.(Scõz erat q ille q̃ blasphemat maledicat noi dñi z hoc est in quo magis cõsumat blasphemia. nã siquis nominet nomẽ dñi z nõ maledicat nihil peccat .cũ vero maledixerit blasphemia ẽ: qz ergo volebat hic sacra scriptura declarare qd eẽt blasphemia posuit duo.s.declarare z maledicẽ.(Adductus est ad moysen.) Qz viri q viderũt eũ blasphemantẽ tenentes deduxerunt illũ ad iudicẽ vt videret qd in tali casu agendũ eẽt z fuit duct⁹ ad moysen: qz q̃q̃ alij eẽnt iudices s.decani z quinquagenarij z centuriones atq̃ tribuni vt habet Exo.c.18.tamẽ isti nõ iudicabant de causis q̃ pertinebãt ad deum cũ dicit.esto tu populo in his que ad deũ pertinent vt referas que dicunt ad eũ:ostendasq̃ populo cerimonias z ritũ colendi viãq̃ p quã ingredi debeãt z opus qõ facere.sed blasphemare pertinebat ad deũ cuius nomen maledicebat.ergo debebat iudicare moyses z nõ alij iudices.(Itẽ qz iudices illi solũ iudicabant de rebus paruis z manifestis:moyses autem iudicabat de rebus magnis vt habet Exo.18.c.cũ dicit.gcgd aũt maius fuerit referant ad te z ipsi minora tñmodo iudicent:leuiusq̃ tibi sit partito in alios onere.Sed iudiciũ de blasphemia erat maximũ iudiciũ.(Primo qz erat capitis minutio infligenda. iudicia aũt de capitis diminutione dñr eẽ de maioribus:forzalia aũt q̃ sunt cãe pure ciuiles sunt minores.(Secundo erat ista cã magna pp dubiũ qz nesciebat qd i tali casu iudicãdũ eẽt quousq̃ deus determinauit q lapidaret vt pz infra.(Vocabat ãt mater eius salumith filia dabri de tribu dã.) Hic ponit nomẽ matris fm iudeos ad inducendũ casum supra positũ.s.q bẽbat matrẽ iste vir israelitẽ z nõ patrẽ.z pp hoc fuit orta cõtentio de castrametatione.sed hoc nõ refert.Immo magis videtur dicẽdũ q scriptura posuerit hoc enarrans veritatẽ rei non tñ aliqd alterũ significans.z hoc qz sacra scriptura nõ semper ponit omnia q̃ scribunt ad significanda aliqua ministeria:sed sepe ponit ad solũ ordinẽ rei enarrandũ:alioquin inquireret quare vocata est salumith in loco isto mater huius blasphemi.nã nihil hoc agit an vocaret sic vel aliter:sed soluz referebat q eẽt ipsa israelites z nõ pz.Dicunt aũt iudei q ista voeat salumith qõ interpretatur pacifice loquens:qz omnibus loquebatur salutans qõ nõ decet mulieres honestas sed magis taciturnas esse: ideo q̃ p caces sunt citius impudice fiunt.qõ inducunt ad occasionẽ cõceptus adulterini quẽ habuit ista salumith vt ipsi dicunt de viro egyptio.sed hoc non concordat enarrationi eorum qui dicunt eam ignoranter fuisse cognitam cum putaret se a viro suo cognosci.(Miserũtq̃ eũ i carcerẽ.) Nõ sciebat moyses quid determinaturus esset in causa ista:ideo posuit in carcerem reum quousq̃ a deo peteretur quid agendum esset.nam in omnibus causis magnis consulebatur deus:qz moyses sepe dubitabat vt patet quando consuluerunt eum filie salphaad:z non respondit sed consuluit dominum vt habetur Nume.cap.27.Iterum autem consuluerunt filij manasse moysen super filiabus salphaad:z non respondit quousq̃ a deo inquireret vt habetur Nume.26.capitu.(Donec noscent quid iuberet dominus). Loquebatur deus moysi tanquam homo ad amicum suum vt habetur Exo.33.cap.z quandocunq̃ moyses vellet consulere deum poterat habere colloquium eius: z debebat ad hoc multa loca. Primus erat si introiret intra sancta-

Rome nomẽ absconditum.

Improbõ. Ad blasphemare duo requiruntur. Primum.

B

Scõm.

✠ Qz duct⁹ ẽ blasphem⁹ ad moysen z nõ ad alios iudices.

Iudiciũ de blasphemia erat maximum.

✠

L

✠

✠ Quib⁹ locis de⁹ allocquebatur moysen. Primus.

✠ Qõ. 10. A Quõ iste blasphemus vir peccauit sz iudeos declarãdo nomen dñi tetragrãmatõ z de illo q publicauit nomen absc̃dituz ciuitatis rome et occisuz ẽ

scōz ad ppitiatoziū: qñ de ppitiatorio oziebaf vor loquēs ad eum z declarans dubia. sic habef Nu. 7. c. cū dicit. cūcz ingrederef moyses tabernaculū federis vt cōsuleret ozaculū: audiebat vocē loquētis ad se de propitiatorio qō erat sup arcā testi-
Secundus. monij inter duos cherubin vnde z loqbaf ei. Alius locus i quo deus moysi loquebaf erat ad ostiū tabernaculi. sic habef Exo. 29. c. cū dr. sacrificiū ē dño oblatione perpetua in generationes vestras ad ostium tabernaculi cozā dño vbi ostituā vt loquar
Tertius. ad te: ibicz precipiā filijs israel. Alius locus erat in quo de⁹ loquebaf moysi in colūna nubis. s. cz inclinabatur colūna z loqbaf ei: z nō solū ei sz aliqñ alijs sicut pz Nu. 12. c. cū dicitur de aarō z maria cz vocauit eos deus z descendit in colūna nubis z stetit i ītroitu tabernaculi. Alij modi z loca erant in quib⁹ de⁹ moysi loqbaf. nā vbicūcz vellet ibi loquebaf. z iste erat modus
† cognoscendi facilis veritates rerū occultarū. (Qui locutus est ad moysen.) quomodo autem locutus fuerit non differt. satis enim est cz locutus fuerit sic. constat aūt cz ēcz hic dicatur deū locutū eē non intelligitur de deo sed de angelo qui loquebaf in nube vel in propitiatorio. deus enim nūquā loquebaf vt Exo. 23. et. 25. c. pbatū ē. (Educ blasphemū extra castra.) Dic ponif
† *Pena aōo ōtermīata viro blas-phemo. pena determinata a deo. in quo intelligendū est cz moyses non dubitabat de morte qn ifligēda eēt isti blasphemo: qñ blasphemia est de maximis pctis. Ideo p eo satis moz debef manifeste: sz dubitauit moyses de genere mortis. s. de suspendio: vel lapidatione: aut huiusmodi. z iubet deus cz lapidetur: et cz hoc fiat extra castra. Lā huius ē ne castra polluanf sanguine humano z qz honor quidā est. extra castra aūt ꝺuenientius fiebat. et ex hoc acceperūt iudei vt qñcūcz aligs blasphemaret z lapidandus eēt eijceref a castris. sic aūt factū est in beato Stephāo qñ iudei eiecerunt eū extra ciuitatē z lapidabant. Sic habetur
† Actuū. c. 7. (Et ponāt oēs qui audierunt manus suas sup caput eius.) i. oēs testes delicti ponant manū super caput ipsius g peccauit z tunc lapidabatur. ¶ Et ex hoc acceptū est inter iudeos
D Qñ testes crimiſ apō iuꝺos ipōe b ät manuſ sup conuictū ō crimine. cz qñcūcz aliquis peccaret z morte plectendus eēt: testes huius sceleris imponerent manum sup caput etiam si non esset peccatuz blasphemie. Sic pz in susanna quā accusauerūt duo senes: z cū ipsi testificarentur contra ipsam imposuerunt manus sup caput eius vt habetur Danie. c. 13. illud tñ erat accusare de adulterio. ¶ Causa aūt pp quā testes imponebant manū capiti hominis scelerati erat: qz imponere manus capiti alicuius denotat protestatē: qō ad iudicem pertineret g reos sentētiat. sz testes sic se habent cz vident ferre sententiā ex eo cz pp dicta ipsoz fertur sententia: ideo ad ipsos pertinet imponere manus sicut iudici. Pertinet ēt alterū. s. cz primo testes percutiant ipsum g
1. Lā. p sceleribus occidit cz quisqz alius de quo nihil dicit hic: sed habef Deutero. 17. c. cū dicit. manus testium prima interficiet
2. Lā. eū z manus reliqua populi extrema mittet. ¶ Causa autez ad idem ptinere vī ad qō superior causa de positione manuū sup caput. nā isti qui sunt testes in aliquo scelere si scelus habeat penā infligendā a populo: sicut lapidatio a toto populo infligitur habent ius tancz aliquid de populo: ideo ad eos tancz ad ceteros de populo pertinet percutere ipsos sceleratos conuictos. et qz testes specialius pertinent ad mortē alicuius cz aliqui alij: debebant habere hoc testes super omnes alios populares cz prio
† percuterent ipsum qui occidi deberet. (Omnes g audierint.) dr de istis cz ponāt manus suas super caput blasphemātis: ga
† ipsi testes sunt. (Et lapidet eū omnis populus.) i. ponatur i testate totius ppli ad hoc cz omnes lapident. z cā vī esse qz istō peccatur est publicū. s. cz g cōmittit illud peccat in cōmunitatem cū publice offendat deū z oēm cōmunitatis: ideo punitio pertinebit ad ipsum populū. de hoc magis dicetur infra. (Et ad filios israel loqueris.) Cū fuerit posita pena huius in particulari immediate subiungit lex de tali crimine ad omnes posteros cū
† dr. (Nō g maledixerit ꝺo suo.) i. qui blasphemauerit. nā supza dicebatur cz ad hoc cz aliquis blasphemaret nomen dñi requirebanf duo. s. declarare nomē dñi z maledicere illud. hic autē solum ponitur maledicere: qz hoc aliquo modo icludit illa duo cū nēo possit maledicere nomini dñi nisi illud exprimat. z sic in
† maledictione includitur totū blasphemare. (Portabit peccatuz suum.) i. sustinebit penā p iniquitate sua. Peccatum enim non potest accipi hic nisi pro pena: qz si accipiatur p culpa manifestum est cz quicunqz peccat portat peccatum suum: z est impossibile cz quisquā alius portet cū peccatū in solo peccante sit. sed accipitur peccatū pro ipsa pena peccati. et tunc dicitur aliquis portare peccatū suū qñ penā peccati totaliter suffert ita cz nihil sibi remittitur: nec aliquid in alios transumit. Si enim aliquid dimittatur nō portat peccans sup se totū peccatū suū etiā si aliquid in alteros transferatur cū dicūt nihil horum fit: quicunqz
† peccat peccatū suū portat. (Et g blasphemauerit nomen domini morte moriatur.) repetitio est eiusdem sentētie: qz idem ē maledicere z blasphemaf vt dictū fuit supza. nec accipitur hic blasphemare solū p declarare nomē dñi. s. pnunciare illud solo ore: qñ hoc modo nō infligebatur mors. nec etiam iudei vocabant blasphemiā ipsam nominationem nominis dñi. sz qñcūcz aliquis dicebat qcz qō videbaf eis eē manifeste contra deū sicut pz de christo qñ dixit. nūc videbitis filiū hois venientē in nubibus celi: z summus sacerdos dixit blasphemauit: quid adhuc indigemus testibus? ecce audistis blasphemiā. z ipse summus sacerdos ad istam vocē scidit vestimenta sua vt habetur Mat. 26. c. eodē modo iudei intellexerunt esse blasphemiā qñ stephanus dicit. ecce video celos apertos z filiū hois stantē ad dextris virtutis dei. z tunc iudei clamātes voce magna eiecerūt stephanum extra ciuitatē z lapidabant eū ptinentes primo aures suas ne audirent verba illa vt habef Actuū. c. 7. ecce ergo ista verba blasphemiā vocant. sed nō ē hoc in expressiōe nois dñi: sz ex eo
† cz aliquod malū ō deo dicitur. (Morte moriaf.) Ista ēt repetitio est: qz idem ē morte moriatur qō portabit peccatū suū. i. penā pcti: z pcti meref mortē necessariū est vt qui portat peccatū suū morte moriaf. z sic osueuit deus dicere de illis g mente obstinata transgrediuntur cerimonias legis cz portabunt iniquitatem suam: sicut pz de illo qui comederit morticinum vel captū a bestia z noluerit lauare vestimenta sua portabit iniquitatē suam vt pz. ō. 17. c. ¶ Sed in hoc differt: qz portare iniquitatem aliquando significat mortē inferendā ab eo super qua nihil habent iudices. z tamen dicere cz morte moriatur pertinet ad iudices qui in tali casu debent inferre mortem. Sic patet Nume. 15. c. cum dicitur de illo qui transgrediē cerimonias legis. anima vero que per superbiam aliquid cōmiserit siue ciuis sit ille: siue peregrinus: quoniam aduersus dominum rebellis fuit peribit de populo suo: verbum enim domini cōtempsit z preceptū illius fecit irritum: idcirco delebitur z portabit iniquitatem suam. ibi enim de morte que a deo infligenda est agitur: hic autem
† cū dicitur morte moriatur intelligitur a populo infligente. (Lapidibus opprimet eum omis mukitudo ppli.) Ista ē determinatio pene magis i speciali. quoniam idem est morte mori: z lapidibus opprimi. sed per illum solum nesciretur que mors infligēda esset. z dicitur cz lapidibus opprimet eum omnis multitudo i. totus populus lapidabit talem hominē. repetitio est supiozis.

¶ Quare totus populus lapidabat delinquentē contra deum et non contra proximum. Questio. II.

Causa autem quare totus populus lapidet. ō. posita est. s. qz ad eum pertinet ista iniuria cum fit inflicta deo suo. z dicit ois multitudo nō cz omnes de multitudine lapidēt: qz hoc nō cōtingeret: sed cz cuilibet de multitudine ius fit vt lapidare possit. Etiā nō accipitur omnis multitudo pro tota multitudine israelitarum: qz non poterant de toto israel conuenire omnes qui erant quasi immunerabiles. sed tota multitudo itelligitur de illo populo in quo lapidabatur blasphemus. nā ibi singulis de populo ius erat vt lapidare possent blasphemum. Et sz non erat hoc preceptū obligans singulos. s. cz nemo esset de populo illo qui non obligaretur ad mittendum lapides contra blasphemum. erat tamē exhortatio quedam vt omnes irent ad lapidandum eum: z bene faciebant atcz placebant deo illuc euntes. ¶ Erat autem prima causa quare omnibus concedebatur lapidare blasphemum: qz vt dictum est omnibus iniuriam fecerat qz deo omnium qui ab omnibus colitur maledixerat: contēnendo illū quē ceteri adorant. ¶ Secunda qz erat hic quidam cultus quē deo impendebant. nam erant omnes subditi deo et tenebantur honorare eum: ideo ad omnes pertinebat vlcisci iniurias deo illatas. Et tamen qui blasphemabat inferebat iniuriam deo: ideo ad omnes de populo pertinebat cz eum lapidarent. ¶ Tertia ratio z precipua erat vt cum venirēt omnes ad blasphemum lapidandum viderent atrocitatē mortis z cz nulla misericordia habebatur cum eo qui talia cōmiserat: ideo videntes omnes timerent talia cōmittere. qō nō fieret si pauci viderent istas executiones penaz. Sic pz Deut. 13. c. vbi dicitur ō illis qui alios incitauerunt ad colendos deos alienos. s. fit primo manus tua super eum z post te omnis populus mittat manum: lapidibus obruetus necabitur: qz voluit te astrahere a domino deo tuo vt omnis israel timeat audiens z nequacz vltra
*Notādū faciat quippiā huius rei simile. ¶ Considerādū aūt cz qñ pctā aliqua committebantur contra deū: solum iubebat reos occidi

a toto

a toto populo. qñ aūt peccata erant contra ꝓximos vt in homicidio ⁊ adulterio ⁊ similibus nominata iubebat ꝙ reus occideretur a toto populo. ⁊ patet hoc de illo qui obtulit de semine suo idolo moloch. nā iussit de⁹ ꝙ totus popul⁹ terre illū lapidaret ℨ.20. ⁊ ibi ponitur ō adulteris ⁊ alijs pctōribus ꝙ similiter lapidandi erant. ⁊ tamē nō exprimit ꝙ lapidarent a toto pplo. ēt qñ qdā inuentus est colligens ligna in sabbato in deserto iussit deus vt ois turba ysrael lapidaret boiem illum extra castra Nu. 15.c. Sic ēt quādo in aliqua ciuitate inuenirentur aliqui qcunq; essent idolatre vel solicitantes ad idolatriā alios occidē di erāt a toto populo. Deute. 13. et. 17. ¶ Causa autē quare in delictis ɔtra deū deberet inferri mors ab oibus ⁊ in alijs pctis nō ita expresse iubebatur erat duplex. Prima qz cū peccās contra deū intulisset ei iniuriā pertinebat ad oēs ō pplo vlcisci illā qz erant subditi dei ⁊ cultores eius. cū autē mors inferebatur ꝓ delicto cōmisso in aliquā psonā priuatā nō pertinebat expetitio vindicte ad oēs de pplo: qz nō erāt subditi illius: sed ad ipz ꝙ passus erat iniuriā ⁊ ad cognatos atq; amicos illius. Ideo ñ oportebat dici ꝙ totus ppls occideret talē peccatorē. ¶ Secunda erat qz totū pplm cōuenire ad occidendū pcōrē fiebat ꝓcipue vt oēs viderent atrocitatē pene ⁊ timerēt: ⁊ nō auderent similia cōmittere Deute. 13.c. ⁊ tñ volebat deus ꝙ boies magis cauerent pctā que contra eū cōmittunt q̄s ea q̄ ɔtra ꝓximum: ideo potius iussit conuenire totū pplm ad occidendū pctōrē in pctis q̄ contra eū cōmitebātur q̄s in illis q̄ erant contra ꝓximū. ¶ Et lz vtraq; pctā contra deū eēnt ⁊ offenderet in eis: voluit tamē magis cauere ea q̄ cōtra ipsum solū erant. Primo qz illa videntur eē vt cōmuniter maiora q̄s cetera vt blasphemia ⁊ idolatria: ⁊ maiora pctā magis sunt cauenda. Secundo qz etsi iterdū aliq̄ pctā cōtra ꝓximū sint grauiora q̄s illa q̄ sunt cōtra deum solū tñ deus videt magis cōtēni in illis q̄ cōtra ipsum sunt qz illa videnť eē facta cōtra deū: alia aūt nō cōtra deū: lz contra hominē. lz cauend⁹ est valde ⁊ēptus dei: iō circa talia adhibenda est magna cura ne cōmittanť: ⁊ grauis pena imponenda qñ cōmissa fuerint. ¶ Tertio ⁊ ꝓcipue qz tanto ē maior solicitudo adhibenda ne peccatū cōmittať quāto sunt boies ꝓniores ad illud cōmittendū. lz ad cōmittendū pctā que sunt contra solum deū sunt boies magis ꝓni q̄s ad cōmittendū pctā ɔtra ꝓximos: qz in pctis ɔtra deū videtur ꝙ nemo fit ꝙ vindictā exposcat: in pctis aūt cōmissis ɔtra ꝓximū ē ꝙ doleat de suscepto damno aut iniuriā ⁊ vltionē petat: ideo debuit deus facere ꝙ homines magis timerent cōmittere pctā contra ipsum q̄s ɔtra ꝓximos: ⁊ ideo voluit ꝙ ad puniendū peccantes cōtra se ꝛueniret totus populus vt oēs videntes timerent ⁊ nō auderent cōmittere similia. ad puniendū autem peccantes contra ꝓximū nō apposuit tantā diligentiā an oēs ad puniendū pctōres conuenirent. ¶ Interdū tñ iussit ꝙ sic peccantes a toto pplo occiderentur ⁊ tunc nō erat nisi vt alij videntes timerent sicut patet. Deuť. 21. et. 22. ¶ Considerandū aūt in hoc ꝙ deus iussit aliquos occidi ꝓ pctis in ꝓximū ⁊ quosdā iussit a toto pplo occidi. ⁊ hoc fuit specialiter in illis pctis q̄ minora videbant de bis q̄ morte digna erant. ⁊ pz in duobus in qbus habeť expresse ꝙ peccātes a toto populo lapidarenť. ¶ Primū erat in filio ꝙ nō obediebat monitis paternis ⁊ vacabat cōfessionibus atq; luxurie. nā lz ista essent pctā quedā: tñ nō manifeste patebat ꝙ ista essent digna morte: ideo deus iussit lapidari illū a toto pplo ad portas vrbis vt totus ysrael audiens timeret Deuť. 11.c. ¶ Secundus erat de puella q̄ fornicata est manens in domo patris nondum desponsata existens: ⁊ postea qñ accepit sponsum tacuit se eē cognitā. nā postea cū vir su⁹ non inueniret illā virginē lapidabať a toto pplo Deuť. 22.c. ⁊ hoc videbať eē de minimis pctis: qa illa nō erat alicui viro alligata cū nō eēt cōiugata neq; desponsata. volebat ergo deus ꝙ in talibus totus populus videret penā inferri ⁊ timeret. ac si diceret eis si ꝓ istis paruis debetis timere vobis penā inferendā qd fiet de maioribus: qz ibi illā magis timere debetis sicut erat in homicidio ⁊ rapina ⁊ adulterio: ⁊ tñ de bis nō exprimit ꝙ a toto populo occiderenť: qz planus erat ista eē grauia pctā: ⁊ quisq; timeret ea committere: saltem timore primorum cōtra quos illa erāt. (Sive ille ciuis: sive peregrinus fuerit.) i. ista pena omnibus erit equalis cuiuscūq; cōditionis sint: ⁊ hoc sive peregrini sive ciues sint. Accipiunť autē hic peregrini. i. aduene. s. qui veniunt de terra sua vt habitent i terra aliena. ciues aūt dicuntur eē qui sunt naturales de aliquo loco. ⁊ non accipitur hic ciues: vel aduene: aut peregrini ꝓprie: qñ ciues a ciuitate dicuntur. s. ꝙ de aliqua ciuitate oriundi sint ⁊ consequunť priuilegia: ⁊ iura illius ciuitatis. aduene aūt dicebantur ꝙ ab extra veniebant vt in aliq̄ ciuitate habitarent. Indei aūt qñ erāt in deserto nō erāt ciues nec peregrini: cū ista ad aliquā ciuitatē referantur. sed dicebantur ciues ⁊ peregrini large. s. ciues erāt illi qui erant oriundi de genere iacob quibus directe data erat ista lex. peregrini autē dicebanť ꝙ inter istos habitabant accipientes eorū ritū: ⁊ de gentibus veniebant. comparatio autem horū ad veros ciues ⁊ peregrinos equa ē: qñ illi qui sunt de aliqua ciuitate participant originē loci cuius loci leges sunt ⁊ priuilegia vel quascunq; immunitates. ⁊ illi qui ab extra veniunt nō participant vnitatē originis loci: ⁊ ideo leges respectu eorū aliene sunt. ita in iudeis ⁊ cōuersis ad iudaismum erat: qñ iudei descendebant directe de genere iacob ⁊ sic participabant vnitatē originis cui originī leges ille in qbus iudei viuebant cōpetebant. Illi autē qui conuertebanť ad iudaismum nō habebant vnitatē illius originis: ideo quātū ad hoc iudicabanť peregrini vel aduene. ¶ Item qz ſm aristo. 3. politico. si li dicuntur eē ciues ꝙ participant lege ⁊ principatu. s. dignitate concionatiua: sui enim ⁊ multitudo banausorū ciuitatē nō faciunt. ¶ Isti aūt cōuersi ad iudaismū sic se habent ꝙ non participant lege ⁊ principatu. nā q̄s participatio in lege eēt eis cōis: qz sicut hic dicitur eadem lege puniebatur ciuis ⁊ peregrinus: ⁊ nō debebat eē aliqua differentia: vel personarū acceptatio: sive ciuis: sive peregrinus esset in iudicando: tamen nō erat participatio in principatu vel dignitate gentilibus ad fidem cōuersis: qñ ſm ꝙ habeť Deuť. 23.c. in quibusdā gentibus conuersis ad iudaismū nūquā intrabant ecclesiā dei. i. nūq̄s efficiebanť principes vel rectores: in alijs aūt vsq; ad certas generationes. ⁊ dū hoc maneret in ꝛuersis ad iudaismū vel in posteris conuersorū dicebantur esse peregrini: ⁊ tamen eadem lex illis esse debebat quantū ad punitiones ꝓ peccatis ⁊ ad distributiones iusti: precipue cū cōtra deū peccarek. ⁊ peregrinus pōt hic signare duo. s. eū qui conuertitur ad iudaismū de gentilitate vel ꝓ illo ꝙ aliquo modo morabať inter iudeos etiā si non esset conuersus ad iudaismū. nā dato ꝙ aliq̄s veniret casu aliquis de gentilibus ad terrā iudeorū cum quibus nō erat interdicta omnis communicatio ⁊ ille blasphemaret nomē dñi morereť. Sic ēni faciunt leges humane: qz q̄cunq; aliquis peccat in aliquo loco etiam si non sit de loco illo punitur ſm leges illius terre q̄s sortitur forꝓ ōlictū. (Qui blasphemauerit nomē dñi morte moriat.) ista est pura repetitio superiorū qñ nihil additur hic ad precedentia: ⁊ sepe fiunt iste repetitiones in sacra scriptura ad magis imprimendū. (Qui percusserit ⁊ occiderit hominem.) Supra ponebatur lex de eis qui blasphemabant: qō erat ɔtra deū. Hic ponitur lex de eo qui agit contra ꝓximū ⁊ contra res eius. ⁊ primo agit de maxima lesione q̄ est mortis inflictio ⁊ deinde de minoribus. ¶ Dicitur ꝙ qui percusserit ⁊ occiderit hominem occidatur a iudicibus. additur enim hoc qō est occiderit. nam si aliquis percusserit ⁊ non occiderit tenebitur de vulnerato ⁊ ñ de occiso. ⁊ hoc ēt intelligitur si occiderit hominē iniuste: nam qui occidit in quibusdam casibus in quibus lex permittit nō bz aliquā vindictā a lege. Si autem aliquis percusserit solum non occidens tenebitur ad leges contrapassi vel talionis q̄ infra habentur. ⁊ hoc intelligitur siue occiderit seruū: siue liberū dumtñ seruus non fuerit suus. Si autem seruus fuerit suus distinguiť qz aut immediate mortuus est seruus percussus in manibus dñi sui: vel post modicū: aut supuixit vno vel duobus diebus. si vero supuixerit nō occideť dñs. si autē immediate mortuus fuerit occideť dñs. sic habeť Exo. 21.c. (Morte moriatur.) i. occidatur qz hominem occidit: qō verū ē nisi a casu egerit vt habetur Exo. 21.c. qō intelligendū est nisi forte ille qui occidit a casu ꝓbaretur habere aliquas inimicitias cū eo qui occisus est: quoniam tunc q̄s ſm veritatem a casu egerit tamen lex presupponit eum fecisse ab intentione vt habetur Nume. 35.c. ⁊ Deuterono. 19.c. etiam intelligendum est nisi ille qui a casu occidit aliquo modo fuit in culpa: et ſm alias limitationes que date sunt Exod. 21. cap. vel si egit se defendendo: quia hoc apud omnem legem culpa caret. (Qui percusserit animal reddat vicarium.) Hic agitur de damno illato in rebus ꝓximi. s. in animalibus suis vel in quibuscunq; alijs rebus. ⁊ potest hic accipi percussio animalis pro occisione vel solum pro vulneratione. sed melius est vt accipiatur hic pro occisione. nam istud verbum vtrunq; significat: ⁊ in hystorijs magis accipitur percutere pro occidere q̄s pro vulnerare vt sepe dicitur in libris regum ⁊ Iosue ⁊ iudicum ꝙ percusserunt tot milia in ore gladij. i. occiderunt. Aliquando autez accipitur pro vulneratione. ⁊ ratio ē huius sic qz infra habetur eadez lex. s. qui percusserit iumētū reddet

B In delictis ɔ de uz q̄re ab oib⁹ ōbēt mors inferri. 1. Lā.

2. Lā.

C Peccantes i duo b⁹ pctis a pplo lapidabāť. Primus. Scōs.

D Judei i deo to nec erāt ciues nec pe regrini.

Quid regri tur ad ꝑ ꝙ aligs fit ciuis.

Peregrin⁹ duo signat.

Lex ō agēte ɔ primū ⁊ ɔ ei⁹ res.

aliud.Si accipiat in vtroqꝫ ꝑcutere ꝓ vulnerare erit lex totali
ter repetita.est tamen cauenda repetitio inquantū possumus.
Si aūt accipiat in vno percutere pro vulnerare ⁊ in altero per
F
cutere pro occidere est conuenienter dictum:non enim fiet ali-
qua repetitio legis.ēt hoc conuenit:q2 sicut ibi dat lex de homi
ne occiso ⁊ vulnerato ita debet dari de iumentis.⁊ dicitur ꝙ q
percusserit.i.occiderit animal qdcunqꝫ dumtā pertineat ad ali
quē possidentē:q2 de alijs non est lex ꝙ reddet vicarium.i.red
det aliud animal qd suppleat vices eius.vicarius eniꝫ a vicibus
dictus est.⁊ sic dicitur vicarius alicuius iudicis qui vices eius
in iudicando supplet.hoc modo cum pro vno animali alterum
redditur qd eadē efficere possit vicarium reddere dicitur.hoc
enim magis conuenit ad animalia pertinentia ad labores q̄ ad
alia.de vtrisqꝫ tamen verum est ꝙ ꝓ animali occiso debet red-
di alterum eiusdem speciei ⁊ eiusdem valoris vel sit in electiõe
†
ipsius petentis an velit accipere precium ꝓ illo animali.(Idest
aiam pro anima.)Istud est expositio superioris cum dictum est
ꝙ dabitur animal vicarium pro animali occiso.s.ꝙ non datur
preciū vel aliquid alterum equiualens sed anima pro anima.i.
animal pro animali.non enim potest hic accipi anima proprie:
q2 nemo potest dare alteri animam pecoris.⁊ illa etiā si dare-
tur nihil proficeret:⁊ iste est modus accipiendi scripture vt'com
†
muniter vt sumatur anima pro re animata viuente.(Qui irro-
De lege vulnerationis.
gauerit maculaꝫ.)Hic agitur de lege vulnerationis.s.si aliquis
percusserit quomodocunqꝫ alterum siue illa percussio sit enor-
mis:siue non:ꝙ inferenda est alia percussio inferenti.⁊ accipit
hic macula non ipsum vulnus:sed deformitas manens ex vul-
nere.s.cicatrix vel damnum qd sequitur ex vulnere:vt si alicui
†
oculus eruatur:vel mutiletur pedibus aut manibus.(Cuilibet
ciuium suoruꝫ.)Hic vocantur ciues large:non solum ille q erat
participans origine ciuitatis et lege et dignitate:sed etiam illi
qui aduene erant ⁊ sola lege participabant.nam sicut infra dici
tur equū iudicium inter vos sit siue peregrinus siue ciuis pecca
uerit.vel potest accipi hic ciuis proprie ⁊ tamen ꝙ per ciuem in
telligantur peregrini etiā si non importetur per hoc nomen ci-
†
uis.(Sicut fecit sic fiat ei.)i.qualē maculā inflixit talis macula
ei infligetur:vel quale vulnus dedit tale suscipere cogatur.

Qõ.12.
A
An lex talionis seu ꝯpassi iusta vel iniusta sit.

¶In quo cõsiderandū est ꝙ ista est que vocatur lex talionis.s.
quando aliquis tale pro tali suscipit:vt si oculus pro oculo erua
tur vel dens ꝓ dente vt infra dicitur.Circa quā legē considerā
dū est ꝙ ista lex talionis nõ est simpliciter iusta aliqui tamē exi-
stimant eā esse iustam.⁊ sic apud antiquos contēdebatur d hac
lege cõtrapassi.naꝫ id qd leges hūane vocāt talionē philosophi
Opin. quorundam.
vocant cõtrapassum.¶De quo quidā dicebant ꝙ contrapassū
est simpliciter iustū ⁊ rectā fieri vindictam:siquis patiatur ea q̄
fecit.sic etiā pythagorici determinant sicut ait aristo.in.5.Ethi.
Improbõ.
Nõ tamē hoc cõuenit sicut ipse ibidē dicit.s.multis enim in lo-
cis dissonat:puta si principatū habens percussit non oportet re-
percuti:⁊ si principē ꝑcusserit qs nõ percuti solū oportet:sꝫ ⁊ pu
niri.vnde dicit ꝙ ciuitas nõ permanet per ꝯtrapassum.s.ꝙ fi-
ant eadē ⁊ equalia que recepta sunt:sed ꝙ fiant proportionalia
nā sicut dicit percutiēs regē nõ suscipit equale si repercutiatur:
si tamen rex aliquē percusserit nõ fit sibi equale si repercutiat:
sꝫ maius ei infligitur q̄ ipse inflixerit.¶Et causa huius est:q2
quando lex dat aliquas punitiones pro illatis vulneribus vel
al's non respicit ipsa vulnera sed respicit iniuriam ⁊ damnum
q̄ sequuntur ex percussionibus.⁊ ideo cum contigerit ista eē eq̄
lia iustum est.cum vero inequalia sunt iniustum est : quoniam
iustitia secundum aristote.Ethico.lib.5 cap.equalitas quedam
est.oportet autem reduci ad equalitatem istos duos.s.agentem
⁊ patientem:vt quantum vnus de malo accepit tantum et a-
lius accipiat.vnde cū rex percusserit rusticū iniuriā quidem in-
fert si iniuste faciat:magna tamen non est ꝓpter duo.s.q2 ille q
recipit magnā iniuriā recipere non poterat cum sit parue digni
tatis persona:iniurie tamen ſm quantitatē accipientiū magni-
tudinem vel paruitatem suscipiunt.Secundo ista iniustitia
magna non est:q2 ille qui intulit eam magnus erat ⁊ quanto il-
le qui inferebat magnus erat tanto iniuria parua erat.Si vero
rusticus econtrario regem repercusserit iniuria valde magna
fit.¶Primo quidem q2 ille cui infertur magnus est ⁊ a magni
tudine suscipientis cõmensuratur magnitudo iniurie suscepte:⁊
q2 rex improportionabiliter aut quasi rusticū excedit:ideo equa
lis percussio regi illata est improportionabilis iniuria vel qua-
si iniurie suscepte cum rusticus percuteret.etiam hoc est q2 qui
regem percutit non solum regi iniuriaꝫ facit:sed toti cõmūitati
quoniā rex cõmūitati preest:equale aūt illatū cõmunitati valde
maius est q̄ si inferatur alicui persone priuate.¶Item ista in-
iuria est valde magna:quoniā ille q intulit eā parue dignitatis
erat.⁊ quanto inferens minor est tāto iniuria maior ē sicut quā
to suscipiens maior est tanto augmentatur iniuria.rusticus aūt
Rusticus dignitatis pue ē.
dignitatis parue est:ideo percutiendo magnam iniuriam īfert.
vnde fit ꝙ cum rex percusserit rusticū parua iniuria fiet.Si ve
ro rusticus regē repercusserit valde magna iniuria acta sit ⁊ ad
hoc tñ ꝙ iustitia sit debet esse eq̄litas.ergo si tātū rusticus regē
percusserit quātū ab eo percussus est iniustitia fit:cum maioreꝫ
patiatur rex iniuriā q̄ intulerit.Sed necesse est ad hoc vt recte
factū sit tantā esse iniuriā quā rex tolerat quātā eā quam itulit.
ḡ necesse est ꝙ aliquid valde minus patiatur rex ad hoc ꝙ solū
tantā habeat iniuriā quantam rustico intulerit q̄ id qd rusti-
cus passus est.¶Unde repugnat omni legi ⁊ rationi ⁊ deo ꝙ
B
si rex malū intulerit rustico tantū recipere iubeatur.Nec quidē
hoc solū in publico intelligendū est.s.ꝙ si rex publice rusticum
percusserit ꝙ publice repercutiatur:qm̄ hoc manifeste excedens
erat.¶Sed nec etiā in occulto hoc faciendū est.s.ꝙ debeat rex
in occulto ꝑcuti ꝓ percussione publica quā rustico intulerit:im
Si rex vellet satisfacē rustico ꝑcusso a se null'i foro ꝯsciētie iuste poterit ei iponē vt repercuteret vt ꝑcusserat.
mo dato ꝙ in foro cõscientie rex confiteretur ⁊ vellet plene sa-
tisfacere de peccato suo non debebat ei imponi ꝙ repercuteret
si percussisset:qm̄ qui talē imponeret penitētiā manifeste supra
modū imponebat penā.velut siquis alteri rapuisset decem ⁊ in
confessione iuberet restituere decē milia:manifestus enim exces
sus esset ideo oportet vt minus imponatur regi q̄ intulerit nõ
q dē minus de iniuria:quoniaꝫ tantū pati debet quantum agit
alioquin iustum non est:cum iustitia equalitas dicatur potis-
sime in cõmutatiuis vbi debet esse equalitas rei:sed debet pati
minus de pene inflictione q̄ intulerit:qm̄ minor pena in rege
maioris iniurie illatiua est.¶Patet ergo ꝯtrapassum non esse
simpliciter iustū sed oportet reduci ad alterū modū equalitatis.
¶Unde dicendū regulariter ꝙ ꝯtrapassum circa distributiuā
iustitiā nõ dicit equalitatē:ideo nõ ē simpliciter iustū:nisi aliqñ
Penes distributiuā iustitiā ꝯpassū ñ dic eq̄litateꝫ nec ꝯuenit nisi ꝑ accidēs i iustitia vo cõmutatiua aliq̄lit magis ꝯuēit
ꝑ accidens fiat vt contrapassum distributioni cõueniat.Ratio
aūt ē q2 in distributiua iustitia q̄rit mediū non rei sed ratiõis
vel dignitatis:ideo ibi inquiritur equalitas geometrica ⁊ non
arismetica.Sed cõtrapassum dicit equalitatē arismeticā q̄ ē eq̄
litas rei ⁊ nõ proportiõis vel dignitatis:ideo rarissimū ē ꝙ in
iustitia distributiua conueniat ꝯtrapassum.¶De iustitia autē
cõmutatiua dicendū ē ꝙ ꝯtrapassum magis applicet ad eaꝫ q̄
ad distributiuā:nec tñ ꝓprius ē iustū ꝯtrapassum in iustitia com
mutatiua vt pꝫ in exēplo supra dato de rege ꝑcutiēte rusticū et
reꝑcusso ab eodē:ꝙ ibi iustū nõ fit ⁊ tñ ē ꝯtrapassum.¶Q2 āt
ꝯtrapassum ꝯueniat aliq̄liter iustitie commutatiue magis q̄ di
stributiue cā manifesta est:q2 in cõmutatiua attenditur mediuꝫ
rei ⁊ nõ rõnis ⁊ fit iustitia ſm equalitatē arismeticā:⁊ tñ ꝓprius
nõ cõuenit q̄q̄ videat in supficie ꝯuenire.Nā cõtrapassum di
C
cit vt aliqs eadē vel tanta patiat quāta intulit.Iustitia aūt ſm
Error ponētiū ꝯpassum eē simpl'r iustum.
equalitatē est.ergo vꝫ ꝙ cū aliqs tale ⁊ tantū patit quātū intu-
lerit iustū sit cõmutatiuū.Hoc autē ꝯtrapassum ē.¶Sed ī hoc
errāt illi qui ponunt cõtrapassum eē simpliciter iustū attenden
tes ad modica:qm̄ in iustitia ꝯmutatiua ꝯsiderat equalitas ipsa
tñ non fit in ipsa re q̄ est percuti vel percutere sꝫ in damno vel
Eq̄litas quā reqrit iustitia ñ ꝯsideratur ſm irrogationeꝫ rex sꝫ ſꝫ magnitudinē iiurie.
iniuria:ista autē nõ sunt equalia q̄q̄ percussiones equales sint
vel ipse res q̄ exterius inflicte sunt.Q2 aūt nõ debeat ꝯsiderari
equalitas ſm ipsas res illatas sed ſm iniuriā vel dānū pꝫ.nam
quādo aliquis se percussum ꝯquerit:ideo dicit malū sibi īflictū
eē qm̄ iniuria inflicta ē ⁊ nõ q2 percussio.ideo ad hoc ꝙ equet
patiens agenti oportet vt in eo equet in quo dicit sibi malū in-
flictū eē.s.in iniuria.nā si equaret ſm rem.s.ſm ꝑcussionē ⁊ nõ
ſm iniuriā adhuc ꝯquerendū eēt isti qui passus est.Diceret eni
sibi maiorem fuisse inflictā iniuriam q̄ postea irrogata est ei q
intulit:⁊ sic semꝑ maneret iniustū cū consistat iustitia in quadaꝫ
equalitate.¶Dicendū ergo ꝙ ipsa percussio vel qdcūqꝫ illatū
Qñ sunt eq̄les iflictiões penax ⁊ nõ eq̄les iniurie ñ ē iustitia i ꝯpassuꝫ.
ab extra ꝑ accidens est ad ipsam equationem in iustitia agentis
⁊ patientis.iniuria autē est id in quo ꝑ se equalitas quā iustitia
requirit facienda est.⁊ ratio huius est q2 iniuria nunq̄ potest
eē nisi iniusta vt q percussit sanare volens:sicut medicus q vul
nerat vt sanet vel q nesciens percussit:aut nullo potens modo
euitare qn percuteret aliū.s.q2 ad hoc impulsus est corporali-
ter ab alio:⁊ in talibus nulla vindicta dari debet:q2 non est in
iustitia.ergo ad quātitatē iniurie respicit ⁊ nõ rei vel plage.sic
eni de dāno vt de iniuria dicendū est.nā non est ꝯsideranda eq̄
litas in eo quod inflictū est:sꝫ ī dāno qd ꝑ inflictionē secutū est.
Nam si ex ablatione alicuius rei alicui magnū damnū sequit
multo appetendum est.Si aūt sequatur paruū dānū parua erit
estimatio

estimatio facienda:ideo ad hoc q̄ agens ⁊ patiens equiparent necesse est vt faciens equalitatē inter eos non consideret ipsum qō illatum est.s.ipsam rem:quoniam hoc per accidens est. sed consideret ipsam damni illationem.s.q̄ si magnum damnum illatum est:magna sit facienda restitutio.si autem paruū idem paruū restituendum sit. ¶Est ergo error in hoc ipsorum qui existimant iustum esse contrapassum:quia putant q̄ equalitas que est in re illata:siue fit percussio:siue ablatio rerum sit id in quo cōmensuranda est equalitas ad iustitiam.sed falsum est: quoniam solum hoc fit ad iniuriam ⁊ damnuz conferendo.Si vero contigerit vt cuz res exteriores equantur iniurie queque ⁊ damna equalia sint conuenit ibi contrapassum ⁊ erit iustum simpliciter.Si tamen equatis rebus extra non equantur iniurie vel damna:contrapassum iniustum erit. ¶Unde dicenduz est contrapassum solum habet locuz in iustitia cōmutatiua quā do persone ⁊ merita personarum equalia sunt totaliter:q⁊ tunc equatis rebus extra equabuntur iniurie ⁊ damna ⁊ erit iustuz simpliciter.si tamen persone non sint equales nec merita res exteriores equate non constituent equalitatem in iniuria vel dāno.imo necesse est q̄ quādocūq; ista duo equata fuerint: nunquā damnum ⁊ iniuria equalia sint.qō patet in exemplo dato de rege ⁊ de rustico. ¶Apparet ergo leuiter de cōtrapasso ex supra dictis an iustum vel iniustum sit.⁊ dicendum q̄ aliquando iustum ⁊ aliquando iniustuz est.hoc tamen per accidens est. per se enim contrapassum non facit iniustum.Sic autē est quā do hic dicitur q̄ sicut aliquis fecit sic fiat ei ponitur lex contrapassi.sed hic est iusta eo q̄ ponitur inter personas equales.s.inter personas priuatas.tales autem q̄q̄ habeant aliquā excellētiam ad alterutrum in virtute: vel diuitiarum magnitudine:vel alijs rebus que solent facere differentiam inter homines:tamē non sunt simpliciter inequales: ideo lex contrapassi tenet inter eas.principatus autem vel virtus dominatiua facit inequalitatē simpliciter vt nō sit equalis domin⁹ subdito.vel iudex eis q̄bus iudicat aut prelatus eis q̄bus preest:ideo cū inter istos eq̄litas facienda sit non dz intercidere contrapassum. non erit iustum nisi per accidens.(Fracturā p fractura).Hic exemplificatur lex cōtrapassi.s.vt si aliquis percusserit repcutiatur.⁊ tātū quātuz percussit tātū repercutiat.qō dicit fractura pro fractura.significat enim fractura ꝓprie alicuius membri non ablati a corpore destructionē.s.vt in corpore manens inutile fiat ad officiū corporis.vt si aliquis pedē fregerit alteri:q⁊ eidem pes infringat.Sic autem de manu ⁊ de ceteris.Alio modo accipitur fractura pro quolibet vulnere.nā in quolibet vulnere caro frāgitur.i.rumpitur illata violentia ferri vel alterius rei.⁊ isto modo accipi hic necesse est:quoniam aliter nō daret regula de vulnere:sed de sola fractura. in omnibus tñ constituebat contrapassum.(Oculum pro oculo:dentem pro dente).i.q⁊ si aliquis eruerit oculum alterius vel dentē eruendus erit ei oculus vel dens.Hoc autem verū est si iste qui eruerit oculum vel dentem alicui erat homini libero.nam tunc patiet eādem penam.si tamē eruisset seruo suo vel ancille nō tenebat eandē penā ferre: sed soluz dimittet liberos seruos vel ancillas quos sic pcusserit vt habet Exo.21.ca.si tamē esset seruus sic percussus: sed non eius qui pcussit:tenebat ad penam percutiēs ad quā teneretur si percussisset hominē liberū.(Restituet).s. dentem pro dente ⁊ oculum pro oculo:⁊ fracturā pro fractura. Iste modus loquēdi nō est ꝓprius:qm restituere est quādo quis alteri reddit qō abstulit.si tamē aliquis alteri oculū eruerit:⁊ ꝓpter hoc oculus eius eruatur nō restituit alteri oculum.semper enī priori manet oculus erutus.sed accipitur restituere large.i. reddere.s.q⁊ qui alterū percutit eruens oculum restituit.s.q⁊ oculus illius ponit pro oculo alterius.non tamē restituitur quicq̄ percusso.

Qō. 13. A

¶In hoc autē dicunt iudei q⁊ non fiebat ista repercussio sm litterā sed sm estimationem.s.q⁊ si alicui oculus erutus esset non oportebat vt erueretur oculus eruenti.immo non eruebat: sed pro oculo dabatur estimatio.nā q̄q̄ in libero homine estimatio haberi non possit vt patet.ff.ad.l.acquil.in lege liber homo. tamē habebatur eo modo quo poterat.nam ⁊ si nō haberet estimatio quātum ad cicatricem vel deformitatem tñ hēbat quantum ad dānū.q⁊ autem alius eruens oculuz alteri non deberet pati erutionē patet in hoc:qm pēa debebat esse per equalitatē. sed si forte alicui erui deberet oculus ptingeret q⁊ p hoc occidere:aut q⁊ aliquid ei magnū inferret nocumentū maius q̄q̄ ipse intulisset.ideo non erat talis punitio facienda. ¶Idē aūt si deberet inferre vulnus pro vulnere:q⁊ si aliquis percussisset alterū in capite ita vt esset mouti ꝓpinquus ⁊ iudex deberet infligere talem punitionē agenti:contingeret q⁊ mozeret iste cū tanta infligeret punitio:q⁊ difficillimū videt ab intentione equare nocumentū qō a casu tātū vel tantū factum est: ideo videbat esse iniustū in hac lege si sic fieret. Unde iudei dicunt non debere sic fieri sed reduci ad estimationē in pecūijs:vel si forte vellet ipse qui passus erat remittere iniuriam erat sibi liber.in hoc tamen an aliquādo ponerēt pena corporalis alicui percutienti alterū talis qualem ipse infligerat Exo.21.c.dictu est. ¶Dicūt tamē iudei q⁊ si forte iste qui intulisset lesionē nollet soluere estimationē iniurie facte sm q⁊ a iudice taxaret:cogebat ad talem penaz qualem infligerat.s.fracturā pro fractura oculum pro oculo dēte pro dente.quādo tñ vellet soluere estimationē non debebat fieri ista estimatio ab eo qui passus esset. nam iste magis estimaret q̄z esset rōnabile cum quilibet seipsum diligat aliqualiter supra modū:potissime in illis qui non sunt viri magne virtutis.tunc autem iste iudeus percutiens alterū soluebat estimationē.Si autem non bēret vñ soluere vendebat in seruuz pro tanto precio quātum fuisset facta estimatio.vel si precīū estimationis magnū esset vendebatur vsq; ad annuz remissionis qui erat annus septimus.Si autem sic adhuc non sufficeret preciuz non poterat amplius vendi.q⁊ autem venderet aliquis nō habens vnde soluat patet Exo.22.c.vbi iubet q⁊ si aliquis furat⁹ fuerit ⁊ non habuerit vnde soluat vendat in seruum. ¶Dicunt autem aliqui nostri doctores circa istam penā talionis:q⁊ aut ille qui fuerat percussus ⁊ mutilatus vel qualitercūq; lesus volebat ꝓsequi iniuriā ad hoc q⁊ agens puniret sicut pcusserat.⁊ tunc cōdēnabat agens ad simile percussionē.s.dentē p dente fracturā pro fractura oculum p oculo.Si vero ille qui accusabat alterū qz percusserat eū vellet suscipere estimationem in pecunia:iudex nō poterat infligere alterā penā. ¶Et hoc satis rōnabiliter dicitur.nā si semp deberet fieri estimatio in pecunia ēt inuito ipso qui pertulisset percussionē:nō erat ista lex talionis.sed alliceret q⁊ fieret estimatio in pecunijs qō non dicit. Etiā p3 hoc qz Exo.21.c.dicit q⁊ si aliquis percusserat mulierē ꝓgnantē dz reddi ocul⁹ pro oculo ⁊ dens pro dēte:⁊ fractura p fractura. Deinde cum dicatur de domino percutiente seruum suū ⁊ ācillā ⁊ eruente oculū vel dētē:vī q⁊ reddet liberos suos vel ancillas q̄s sic pcusserit. ¶Ex dis aūt arguitur ꝓsupposito q⁊ sp debeat dari alicui minor pena si pcusserit seruū suū q̄tū si pcusserit aliquē alterū.qō p3 Exo.21.c. Naz qui occidit hoiem liberū ab intentione occiditur siue percussus imediate moriatur siue post multos dies.si tñ aliquis seruū suū percutiat ⁊ moriat post duos vel tres dies non occidet vt p3 in eodē.ca. ¶Dabito ergo hoc querit an ille qui percussisset mulierē pregnantem ⁊ excussisset oculū vel dentē deberet pati fracturā pro fractura ⁊ oculum pro oculo erui:vel deberet in pecunijs solum fieri ista estimatio. Si aūt dicat q⁊ in pecunijs solū fiet.vī q⁊ magis det dñs seruo pro oculo excusso q̄z det homini libero cuius oculū excusserit:qm dando sibi libertatem dat sibi totuz qō valet. est enī estimatio libertatis estimatio totius hois.qm tamē mulieri pregnanti pro oculo eruto vel dente excusso solam estimationē dentis vel oculi impendit minus tribuit. Uidet ergo q⁊ pati debeat amputationē manus qui alterz manu mutilauit.Sic etiam de oculo ⁊ pede ⁊ ceteris. ¶Si aūt obijcit qō ante dicebat.s.q⁊ si alicui oculus eruēdus esset ꝓ oculo quē alter eruerat cōtingeret infligi maius damnū ei q̄z ipse infligisset. ¶Dicendū est q⁊ hoc nō obstat.qm iste fuit in culpa qui voluntarie alteri malum intulit.ideo si contingat eū maiora pati sibi imputet.⁊ ista videt esse intentio legis que de talione agit maxime cum littera sequens dicat.(Qualem inflixerit maculam talem sustinere coget).Fit enī hic comparatio de macula ad maculaz.s. de vulnere ad vulnus:de mutilatione ad mutilationē.ideo non videt referendū ad pecuniam.nam cū pecunia pro vulnere illato soluitur non infligitur talis pena qualis est suscepta:potissime cum dicat q⁊ ille qui intulit maculam sustinebit maculam. sed manifestum est q⁊ soluere pecuniam non est maculam sustinere:ideo videt q⁊ referendū sit ad maculaz que infligi debeat: qm tñ ista pena infligi deberet non erat infligenda ab eo qui susceperat prius maculam vel vulnus: qm iste appetitu vindicte acriter cruciaret enormiter percuteret:sed est infligenda talis pena a persona publica cui hoc ex officio incūbit ⁊ necessitate. hoc etiā melius est pro eo qui patit.nam si iste pateretur ab eo quē pcussit haberet illum odio:q⁊ videret eum vindicte appetitu stimulari.cum vero ab alio infligatur cui hoc ex necessitate officij incumbit non crederet illum agere ex liuore:ideo nō mouebitur sic ad iram ⁊ odium.de his tñ videat Exo.21.ca. cum

D

Contrapassū q̄ñ bz locuz i iustitia cōmutatiua.

Lex contrapassi.

E

†

†

†

A Cū alius eruebat oculū vt dētē alci an eēt ei eruēdus ocul⁹ vel dens vel eēt estimād⁹ in pecunia

¶ Judeorum opinio.

B Nostrorum doct. opin. penes legē talionis.

L Estimatio libertatis.

Obiectio.

Rñsio.

†

ibi magis dictū est: ⁊ pōt defendi ytraq; positio. de quo etiam dicam Matthe. 5. (Qui percusserit iumentum reddet aliud). Dic agitur de nocumento illato homini in rebus: vt si pecora sua vel iumenta occidant: aut percutiant. ⁊ qz supra dictum est de percussione iumenti intelligebat de percussione que est mortis inflictiua. Dic autem agitur de percussione que non est ad mortem: sed ipsum animal deteriorat: quoniam tunc percutiens tenebitur reddere alterum animal tanti precij quāti erat illud antequā percuteret. ⁊ ipse percutiens habebit iumentum qō percussit. simile habetur Exo. 21. capi. cum dicit de illo qui aperuit cisternam ⁊ non operuit eam: ⁊ ceciderit bos: vel asinus in eam dominus cisterne reddet precium: animal autem qō in cisternam cecidit erit ipsius domini cisterne. Similiter autez si aliquis habuerit bouez corrupetā ab heri ⁊ nudustertius: ⁊ nō custodierit eum: ⁊ ille percusserit alterū bouem vel asinum: dominus bouis reddet bouem pro boue ⁊ cadauer integrum accipiet. de hoc eodē capi. De his etiam habet extra de iniurijs ⁊ damno dato. poterat autem fieri estimatio in pecunijs si ipse dominus animalis percussi vellet. ⁊ hoc daretur certa pecunia pro minoratione valoris animalis percussi ⁊ maneret animal apō ipsum dominū suum. vel q; daretur totus valor animalis: ⁊ q; transiret animal percussum ad percutientem. (Qui percusserit hominem punietur). Hoc potest intelligi duobus modis. Uno modo q; sit repetitio superiorum: quia supra dictum est oculū pro oculo ⁊ dentem pro dente. ⁊ tunc ista punitio que iubet hic infligi non distinguet ab ea que supra ponebatur. s. fracturam pro fractura ⁊ oculum pro oculo. ¶ Alio modo pōt intelligi q; non sit repetitio superiorum: sed q; agatur hic de illato vulnere qō non est corruptio sicut mutilatio oculi vel dentis. nō est detruncatio sicut mutilatio manꝰ vel pedis. sed est sola ruptura carnis que postea concluditur manente cicatrice. ⁊ tunc pōt dici q; nō fiet repetitio superiorum: quia dicet q; supra solum agebatur de corruptione vel mutilatione ⁊ non de qualibet percussione. ¶ Et tunc quando dicit punietur pōt intelligi dupliciter. Uno mō q; puniat per talionē. s. q; infligatur ei tale vulnus quale infligit cum hic agatur de talione. ⁊ dicatur immediate q; fit equum iudiciuz. s. quātum ad equalitatem rei. Alio modo potest itelligi q; puniatur. s. q; flagellet. sic habetur Deuter. 25. c. q; quādo alii qui habēt inter se causaz ⁊ ille qui peccauit dignus est plagis: prosternet coram iudice ⁊ flagellabitur ita vt iuxta quantitatez delicti sit plagarū modus. ⁊ illud non intelligitur de causis ciuilibus: quoniā in ciuilibus non intelligitur iustigatio. conueniet ergo huic casui qz pena non est determinata hic. (Equum iudiciū inter vos sit). Hoc refert ad superiora de erutione dentis pro dente ⁊ oculi pro oculo. ⁊ dicit esse istud equum iudicium: ga sit ibi equalitas fm rem. i. fm illationem vulneris. ⁊ non accipitur hic equū iudicium pro equalitate iniurie: quoniā nō constituerat an sit equalis vel inequalis iniuria: sed quo modo sint vulnera equalia. ⁊ hoc est equum iudiciuz. s. per contrapassum qō est iustum hic: qz persone iste inter quas ponitur ista lex sūt equales. ¶ Alio modo potest intelligi hoc. s. equū iudiciuz erit inter vos. i. seruate equalitatē ad omnes nec obseruantes fauorem vel personarū acceptionem fitis. qui enim personas acceptant inequaliter iudicant. ⁊ iste sensus habet Deutero. 1. cap. cum dicitur. audite illos: ⁊ quod iustum est iudicate siue ciuis sit ille: siue peregrinus: nulla erit distantia personarū: ita parui ac dictis vt magnum: nec accipietis cuiusquā personam: qz dei iudicium est. ⁊ isto modo est satis cōueniens sensus. sed prior magis applicatur ad lram cum hic agat de pena contrapassi vel talionis. (Siue peregrinus siue ciuis peccauerit). Uocant hic ciues illi qui descendebant de stirpe iacob: ⁊ peregrini illi qui erant conuersi ad iudaismū de gentilitate. nam non pōt accipi hic ciuis proprie vel peregrinus: quoniam isti dicunt respectu originis sicut magis supra declaratum est. ⁊ dicebant isti tam ciues q; peregrini suscipere equalem legem non quidē quantū ad ora: qz in dignitate non erat eis equalis lex: sed solum quātū ad inflictionem penarū de qua hic agitur. q; autem extranei nō haberent dignitates sicut habebant iudei habetur Deute. 23. c. ⁊ ibi declaratū est. de penis autē infligendis alia rō est. ¶ Lā autē quare ciues ⁊ peregrini erant equales in inflictione penarū ⁊ nō in suscipiendis dignitatibus est: qz ad ciuem ptinet participare lege ⁊ principatu cū vnitate loci. Illi aūt qui erant peregrini nō participabant lege ⁊ principatu sed sola lege. principatus aūt habant iudeis qui erant orti de genere iudeoꝝ: ideo cū nullam participationē haberent gentiles conuersi ad iudaismū qui vocant peregrini in principatu: nō fiebat equū iudiciū cuz israelitis. nam nullū iudiciū fiebat eis in hoc. Judiciū enim semper est in aliqua re. Cum aūt in dignitatibus ⁊ oibus principatibus babēdis nihil gentilibus cōueniret non fiebat eis equum vel inequale iudiciū cum iudeis. Scōm erat in quo gentiles ⁊ iudei participabant ipsa lex: ⁊ in hac participabant equaliter iudei ex genere ⁊ gentiles cōuersi. ⁊ quātū ad hoc dī q; equū erit iudiciū siue sit ciuis: siue sit peregrinus: ⁊ recte dixit equū eē iudiciū nō simpliciter in peregrino ⁊ ciue: sed siue ciuis peccauerit siue peregrinus equū iudiciū erat. in quo innuit q; equitas. i. equalitas que attendi debebat in iudicādo non erat quā: uz ad oia sed cū aliqs peccaret. (Qz ego dñs deus vester). i. faciatis ista que dixi vobis de equalitate iudicij: qz ego qui mando vob̄ hec facere sum dñs deus vester. (Locutusq; est moyses ad filios israel). Dic ponit executio p̄cepti. fuerat enim supra datuz preceptū de lapidādo eū qui blasphemauerat. In ista parte ponit. s. quomō moyses p̄ceptū istū ꝓposuit israelitis ⁊ ipsi opere cōpleuerunt lapidando blasphemū. (Et eduxerunt euz qui blasphemauerat extra castra). Sic enim iusserat deus supra: vt qñ aliquis lapidandus esset pro blasphemia educeretur extra castra. ⁊ non solū erat in hoc casu: sed ēt qñcūq; aliquis lapidare tur educebat extra portā ciuitatis. sic pz de illis qui cōuertebāt alios ad idolatriā. nā extra ciuitatē lapidabant vt hī Deut. 17. c. et. 13. (Ac lapidib⁹ oppzesserūt). i. occiderūt eū lapidādo. oppzimere eni lapidibus est q̄si lapidib⁹ opire. nā dī oppzimē. q. premere. hoc est cū tanta lapidū moles sup aliquē iacit vt premat eoꝝ pondere ⁊ sic p̄ssus moziat. (Fecerūtq; filij israel sicut p̄cepat dñs). Ista est repetitio dicti supioris: quia nihil aliō est q; israelite fecerint ea que p̄cepit dñs nisi q; lapidarent blasphemū: qz hoc solum nunc iusserat. sepe eni tales repetitiones fiūt vt pz ex p̄dictis. Si aūt aliqs vellet referre ad alia p̄cepta ita q; nō sit recapitulatio. dicēt q; h̄ refert ad id qō̄ dixit. s. q; qui pcusserit boiem pcutiat: ⁊ qui pcusserit iumentū reddat vicariū. ⁊ sic de ceteris p̄ceptis. ¶ Sed hoc non pōt stare: qñ de his nihil fecerunt israelite: sed solum deus iussit vt reciperent ista p̄cepta. ⁊ ipsi receperūt audiētes illa. hoc aūt nihil facere ē: iō necessariū est q; referat ad ea que supra dicta sunt. s. q; israelite lapidauerunt illū qui blasphemauerat.

¶ Capitulum. xxv.

Locutusq; est dominꝰ ad moysen in monte synai dicens. Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos. Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis: sabbatizetis sabbatum domino. Sex annis seres agrum tuum: ⁊ sex annis putabis vineam tuam: colligesq; fructus eius. Septimo autez anno sabbatum erit terre requietionis domini. Agrū non seres: ⁊ vineam non putabis. Que sponte gignet humus non metes: ⁊ vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiaz. Annus enim requietionis terre est. Sz erūt vobis in cibuz: tibi ⁊ seruo tuo: ancille ⁊ mercennario tuo: ⁊ aduene qui peregrinant apō te: iumentis tuis ⁊ pecoribus omnia que nascuntur prebebunt cibum.

Locutusq; In superioribus legislator egerat de solēnitatibus que durabant p vnū diē vl̄ pauc os. Dic aūt agitur de solēnitatibus q̄ durabant p vnū annum: sicut erat festū siue solēnitas remissionis que fiebat in anno. 7. ⁊ festū iubilei quod fiebat in anno qnquagesimo. ¶ Et diuidit in duas ptes. s. in partē pricipalē ⁊ incidentalem. scōa ibi. (Qñ vendes quippiaz). Iterū prima in duas: qz prio agitur de solēnitate anni septimi. Scōo agitur de solēnitate anni quinquagesimi ibi. (Numerabis quoq;).

¶ Qūo lex siue festū de āno remissiōis positū fuit ad pauper relaxationez. s. vt soluerent boies a seruitute: ⁊ vt remitterētur debita eorum contracta ex mutuo ⁊ de pauperibus: ⁊ grauaminibus iudeorum diuitum in pauperes. Qō. 1.

¶ Circa

† De nocumēto boꝝ illato in rebꝰ.

† Duplex lra expō.

† Precepti huius executio

† Expō.

Improba. expōnis quorūdā.

De obseruatione sabbati ⁊ ō vacatiōe āni septimi.

Connexio capli

Diuisio eiusdē.

Ciues ⁊ peregrini qf in penaꝝ inflictiōe ⁊ nō in suscipiēdis dignitatibꝰ erāt equales.

A Ad quid fuit posita lex de anno .7. remissionis.

Circa primū considerandū est q̄ ista que deus ponit i isto capitu. introducta sunt in fauorē pauperū. erant enī iudei duri corde ⁊ nō miserebant pauperibus: ideo deus introduxit aliq̄s leges in fauorē eor̄ vt sic nō p̄merent a diuitib⁹. Iudei aūt q̄ paupes erāt aliq̄ seipsos vēdebāt pp pauptatē: aliq̄ aūt vēdebāt res suas. Si aūt vēditio q̄ erat de seipsis maneret i eternū: ita q̄ fieret venditio simpliciter: sicut fit inter alias gentes pauperes nimis p̄merent̄. ⁊ sic multi grauati conuerterentur ad ritū gentiliū. hoc autē deus nimis cauebat: ideo q̄q̄ cōcessit eis q̄ venderent seipsos ad subleuandā pauptatem vt p̄z Exo. 21.c. ⁊ Deutero. 15. tamē noluit q̄ ista venditio esset i eternū sed q̄ solū duraret ad plus per sex annos: ⁊ in septimo āno fiebat remissio. ſ. q̄ ille qui venditus fuerat exiret in libertatē: ⁊ iste annus septimus vocat annus remissionis. ⁊ cum vno anno fieret ista remissio transibant sex anni intermedij: ⁊ deinde in septimo anno fiebat iterū remissio ita vt totus tēpus distingueret̄ per septēnarios annoꝝ: ⁊ seruitus quecūq̄ esset dissoluebatur in anno septimo. q̄ intelligit̄ ō seruitute quā haberet vnus hebreus ad alterū hebreū. si tamē aliquis de gentilibus conuerteret̄ ad iudaismū ⁊ postea venderet̄ alicui iudeo in seruum non liberabat̄ in septimo anno: sed manebat seruus vsq̄ in eternū: sicut fit inter alias gentes in q̄bus venditio celebrat̄ simplr. ¶ Computatio aūt istor̄ annoꝝ septē non fiebat p̄o quolibet qui vendebat̄ in seruū: ita q̄ deberet esse sex annis in seruitute ⁊ in septio anno liberaret̄. sed iste annus remissionis semp̄ cōputabat̄ continue ex eo tempore quo incepit computatio. ⁊ si aliquis venderet̄ imediate post annū remissionis manebant sex anni vsq̄ ad annū septimū. qui erat iterū annus remissionis. ⁊ iste poterat manere illis sex annis in seruitute. Si tamē venderet̄ in secundo anno post annum remissionis manebat soluz quinq̄ annis. si in quarto manebat tribus annis. Si vero in sexto solum manebat illo anno. ⁊ sic aliq̄ vendebat̄ aliquis in seruū: ⁊ nō manebat in seruitutē nisi p̄ menses duos vel vnū. sicut si venderet̄ aliquis p̄ duos menses ante p̄cipiū anni septimi illis duobus duntaxat manebat in seruitute ⁊ deinde lex extrahebat eū a seruitute. p̄o liberatione ergo ab hac seruitute fiebat ista solēnitas anni septimi. ſ. vt in illo anno tolleret̄ oēs seruitus. ¶ Erat etiā alter̄ in quo grauabantur iudei pauperes a diuitibus q̄n̄ cum ab eis sulcepisset aliquid mutuo tū: grauabant̄ ab eis tanq̄ ab exactoribus: ⁊ q̄ interdū nō poterant soluere faciebant eos obligari ad maiores pecunias sicut nūc qui obligati sunt soluere aliquā quātitatem pecunie ad certū tp̄s in quo soluere nequeunt dant aliquid ipsis creditoribus p̄o tp̄is indulgentia vt relaxent vsq̄ ad vlteriꝰ tp̄s. ⁊ cuz multis impetret̄ ista indulgentia a creditore ⁊ offerant̄ munera ipsi debitores valde grauant̄: q̄ cōtingit vt soluant pecuniā multiplicatā. ſ. in triplo: vel in quadruplo. ⁊ hoc modo exhauriꝰ tur tota substan⁹ debitor̄ ꝓpter parua debita a p̄cipio ꝺracta. vel aliq̄ ipsi debitores nō potentes soluere ad p̄fixum diē faciunt sup se ꝺractum de maiori quātitate pecunie soluēda in alio tēpore. cuz vero statutus venerit dies non fic soluere possint ite⁊ nouos ꝺctus faciunt augentes pecunie quātitatē: ita vt hoc mō oia bona debitor̄ cōsumant̄. ¶ De enim ⁊ plures alie fraudes inter iudeos future erant: q̄ erant viri immisericordes nisi deus obuiasset: iō dedit quoq̄ aliā legē vt q̄ncūq̄ aliqs obligatus esset in mutuo ad aliquā pecunie quātitatē: q̄ ann⁹. 7. veniret cessabat illa obligatio debiti. ⁊ sic annus septim⁹ dissoluebat oēs obligationes quecūq̄ ex mutuo nascebant̄. ⁊ hoc verū est de iudeo ad iudeū sed de iudeo ad ouersum ad iudaismū nō tenebat hec lex. sed debitū nunq̄ extinguebat tpe. ⁊ sic pauperes qui inter iudeos erant q̄q̄ aliq̄ grauarentur debitis tā nimis grauari nō poterant: q̄ cū veniret annus septimus dissoluebat̄ oīs obligatio. ⁊ hoc mō manebant substantie eor̄ inconsūpte. sic dī Deute. 15.c. cū dī. septimo anno facies remissionez que hoc ordine celebrabit̄: cui debet̄ aliquid ab amico vel ꝓximo a fratre suo repetere nō poterit: q̄ ann⁹ remissionis est dñi a peregrino ⁊ aduena exiges: ciuē ⁊ ꝓpinquū repetendi nō habebis ptātez. ⁊ ad ista duo p̄ficiebat annus remissionis. ſ. vt soluerentur boies a seruitute ⁊ vt remitterent̄ debita eor̄ ꝺcta ex mutuo. Sed ad hoc iudei poterant cauillare nolentes cōmodare pauperibus pauco tpe ante q̄ veniret annus remissionis vt nō remitteret̄ debitū in anno illo: sed solum cōmodarent pauco tpe post annū remissiōis vt debitores bērent tp̄s ad soluēduz. ⁊ hoc mō fraudarent̄ paupes: q̄ cū venirent ad finē tp̄is añ tp̄s remissionis p̄merent̄ pauperes angustia ⁊ perirent. iō iussit deus ne talis fraus fieret cōminans mala multa eis qui talia facerent. sic dī Deutero. 15.cū dī. caue ne furripiat tibi impia cogitatio ⁊ dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis: ⁊ auertas a paupere fratre tuo oculos nolēs ei q̄d postulat mutuū cōmodare: ne clamet ō te ad dñm ⁊ fiat tibi in peccatū: sed dabis ei: nec ages quippiā callide in eius necessitatib⁹ subleuandis vt benedicat tibi dñs deus tuus in oi tpe ⁊ in oibus ad q̄ manum miseris. Prima ergo festiuitas anni septimi ad ista duo statuta erat.

B Scōm q̄ uamē in deor̄ di tū i pauperes.

Adquid proficiebat annus remissiōis.

¶ De festiuitate iubilei: ⁊ quō p̄ eam etiā liberabant̄ iudei a seruitute ⁊ possessiones vēdite redibant ad p̄pos dños. Qō. 2.

Nunc aūt est alia festiuitas q̄ vocat̄ iubileus ⁊ est annus q̄nquagesimus. ſ. q̄ fiebat ō q̄nquaginta in q̄nquaginta annos. ⁊ ista durabat per annū sicut annus remissionis. ⁊ vt aliqui dicūt q̄ncūq̄ accidebat erat annus remissionis ⁊ iubileus idē de quo infra videbit̄. ¶ Ista etiā festiuitas p̄roderat ad duo sicut p̄cedens. primū erat q̄ aliqui liberabātur in ea a seruitute. Nam q̄q̄ in anno septio fieret remissio ⁊ liberatio seruoꝝ: tū aliq̄ contingebat vt quidaz nō liberarent̄ velut cū aliquis venditus in seruū accipiebat a dño suo vxorē ⁊ gignebat ex ea filios. si enim vellet in anno septio exire liber manebant filij ⁊ vxor apud dñm vt dī infra in lra ⁊ Exo. 21.c. ⁊ Deutero. 15.c. Si aūt vellet educere secum filios ⁊ vxorez p̄ forabat dñs auriculā serui ⁊ manebat in seruitutē vsq̄ ad annū quinquagesimū q̄ erat annus iubilei. si aūt ista festiuitas data nō fuisset nunq̄ exirent in libertatē illi qui vellent secū educere filios ⁊ vxorē. ad hō q̄ ꝓderat. ¶ Erat aūt ꝓeter hūc alius modus quo iudei pauperes grauabant̄ a diuitibus. ⁊ hoc erat: q̄ aliq̄ vendebant possessiones suas diuitibus nolentibus eis alr q̄q̄ dare. ⁊ q̄ si ista venditio maneret simplr facta in eternum sicut inter alias gentes erat: de pauperarent̄ iudei valde: q̄ hoc mō cito carerent oibus facultatibus suis: iō deus dedit q̄ q̄ncūq̄ ille q̄ vendidisset possessionē vellet eā redimere acciperet a possidēte data pecunia quā recepat cōputatis tū fructib⁹ in sorte. ſ. q̄ tātū diminueret̄ de p̄recio dato q̄tū valerēt fruct⁹ quos suscepisset emptor agri vel p̄redij vrbani. Hoc aūt semp̄ intelligebat̄ demēdo expensas factas de fructibus p̄ceptis. Sed ꝺtingebat q̄ ille qui paup erat nō posset redimere possessionē suaz ⁊ si nullū aliō daret̄ remediū: ēt hoc mō iudei vēditores ōpauperarent̄: ideo dedit deus legē vt in anno q̄nquagesimo qui est iubileus oīs possessio ꝓueniret ad p̄imū possessorē nullo dato p̄recio. ⁊ ad hoc nimis ꝓficiebat istud festū iubilei. p̄z aūt ex hoc quomō deus dabat leges que in hoc. c. bñr solū ad fauorē pauper iudeor̄ vt nō grauarent̄ valde ⁊ grauati ꝺuerterent̄ ad gētilitatē q̄ō erat maximū scādalū. Per hoc igit̄ p̄z ītroductio ad ea que dicunt̄ in toto hoc. c. in quo agit̄ de duab⁹ festiuitatibus ⁊ de liberatiōibus ⁊ venditiōibus. (Locutus est dñs ad moysen). Ista locutio an fuerit ꝺtinuata p̄cedētibus vel fuerit facta aliq̄ interpollatio inter eam ⁊ p̄cedētes non p̄z. nihil. n. differt quid hor̄ fuerit. nā q̄ncūq̄ eor̄ satis stare pōt. nō enīz oēs leges que in hoc libro date sunt fimul date sunt: sed inter q̄sdaz interpollatio facta est vt declaratū fuit. ē. 16.c. (In monte syna). Dic ponit̄ locus in quo data sunt ista p̄cepta. ſ. in mōte syna. oia namq̄ que in isto libro dicta sunt fuerunt data in monte synai vt dī in fine sequētis. c. cum dī. hec sunt p̄cepta atq̄ iudicia ⁊ leges quas dedit dñs inter se ⁊ inter filios israel in mōte synai p̄ manū moysi. sic et̄ p̄z. j. 27.ca. Data et̄ sunt ista p̄cepta oia in tabernaculo federis vt p̄z. ē. 1.c. cū dī. vocauit aūt Moysen deus ⁊ locutus est ei ō tabernaculo testimonij. hoc aūt est q̄ ista p̄cepta dabant̄ moysi secrete a deo qui loquebat̄ ei in tabernaculo federis: siue in ꝓpitiatorio intra scā scōrū vt p̄z Exo. 25. c. ⁊ Nu. 7.c. siue ad ostiū tabernaculi vt dī Exo. 29.c. ⁊ hoc descendēte deo in colūna nubis vt dī Nu. 12.c. Quis aūt fuit annus ab exitu de egypto in quo date sunt iste leges: ⁊ quot anni vel menses esse potuerunt a p̄ia ista⁊ legū data⁊ vsq̄ ad vltimā declaratū fuit. ē. 1.c. circa p̄cipiū. (Loquere filiis israel). Hoc ideo est q̄ deus nō dabat p̄ se leges israelitis nisi cum in monte synai clamauit in voce tube audiente populo in datione decalogi vt dī Exo. 19. et. 20.c. ⁊ Deute. 5.c. Alia aūt p̄cepta dabat soli moysi quē vocauit ad se ad montē ⁊ loquebat̄ ei vt p̄z Exo. 20.c. ⁊ Deute. 5.c. ideo postq̄ deus dabat leges istas moysi: necesse est q̄ ipse eas publicaret populo. An vero ad audiēdū leges istas totus populus ꝰgregaret̄ in vnū vel sufficiebat publicare eas senioribus populi. ē. 1.c. in p̄cipio declaratum est. (Q̄n ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis). In hoc significatur q̄ ista lex nō obligabat p̄ tpe illo quo erant iudei in deserto ſz icipet obligare postq̄ essent in terra ꝓmissiōis. ¶ Nec

A An eēt sup fluus ānus iubileiꝯtū ad seruitutē cū i āno 7. liberarē tur serui.

B

† De solēnitate anni septimi.

† Notandū.

tñ etiam intelligendũ ꝙ est imediate quo iudei ingrederent̃ in terrã promissionis esset obseruatio ista facienda.sed tunc obligabant̃ ad leges obseruandas qñ possiderent terrã pacifice cessantes a belloꝝ frequẽtia sicut declaratũ fuit late.s̃.23.c. Causa aũt erat q: iudei in deserto nõ erant dispositi ad suscipiendum oĩa que iubebant̃ fieri in solẽnitatibus.potissime aũt de istis solẽnitatibus de q̃bus hic iubet̃:qm̃ nõ hẽbant id qđ p̃cedẽs erat ad solẽnitates istas.qđ pꝫ q: solẽnitas anni remissionis erat ad tollenda debita ꝛ seruitutes cũ ibi liberarent̃ a seruitute illi qui serui erant:ꝛ liberarent̃ a debito illi qui mutuũ aliquid accepe rant. In deserto aũt non erat locus ad aliq̃d hoꝝ:q: nemo poterat ibi ꝯhere debita vel seruitutes.ergo nec poterat eẽ liberatio ab his. Qꝫ aũt nemo ista ꝯheret apparet:q: debitũ ꝯhit̃ in aliquo pp indigentiã cum aliquo indigens mutuum recipit. In deserto aũt nulla indigẽtia esse poterat:q: hoĩes recipiunt indigentiã pp necessitates eoꝝ que sunt ad vitã vt in cibo ꝛ potu ꝛ vestibus.iudei autẽ nullo hoꝝ indigebant in deserto. De cibo ꝛ potu apparet:qm̃ erat eis cibus mãna de celo ꝛ potus erat aq̃: pro hoc aũt nulla pecunia egebant.nec ẽt ꝓ vestibus: qm̃ ex eo tp̄e quo exierunt de egypto vſq; ad introitũ in terrã ꝓmissionis vestes eoꝝ vetustate non defecerunt:nec calciamenta attrita sunt vt hr̃ Deute.c.8.ergo ꝓ nulla re pecunia indigebant.ꝛ ꝯñter nec erat ibi mutuũ necessarium vt ꝯctio alicuius debiti. ❡ Eodẽ mõ de seruitute dđm est ꝙ nõ erat aliqua seruitus inter iudeos in deserto: qm̃ seruitus ꝯhebat̃ ex hoc ꝙ aliq̃s iude⁹ vendebat se alteri iudeo in seruũ pp necessitates sicut infra hr̃. cum dr̃.si paup̄tate cõpulsus vendiderit se tibi frater tuus. Consequenter ergo nõ esset aliqua seruitus cũ nõ eẽt ibi debitũ:nec locus ad ꝯhendũ illud. Eodem mõ dato ꝙ aliq̃s vellet se alicui i seruũ subijcere ex debito vel al's null⁹ hoc acceptaret:q: serui accipiunt̃ vt seruiant.sed in deserto nõ erat aliquid in quo seruirent cum ibi nõ laborarent hoĩes ꝓ cibo:ꝛ potu: aut vestimento:aut aliq̃ humana necessitate:sed oĩa ista a deo haberent.nullus ergo aliquẽ in seruũ accip̄e vellet.cũ igitur nulla ꝯheret̃ hic seruitus nec obligatio debiti nõ erat ꝯueniens nullo mõ annus remissionis cũ nihil esset qđ remitteret̃. ❡ De festiuitate autem iubilei eodẽ mõ dđm est:qm̃ ista ꝓficiebat ad duo.ᵛ ❡ Primũ erat vt liberaret a seruitute eos qui in anno remissionis liberati nõ fuerant sicut erant illi qui acceperãt apud dños suos vxores ꝛ filios genuerunt: ꝛ nõ poterant exire in anno remissionis cũ eis si vellent eos in libertatẽ educere:sed manebant vſq; ad annũ iubilei.quãtũ ad hoc aũt nõ erat necessarius annus iubileus in deserto.nã cũ ibi seruitus nulla ꝯheret̃ non erat necessaria nec possibilis liberatio aliqua que fieret in anno remissiõis vel iubileo. Erat aũt scđꝫ ad qđ ꝓficiebat festiuitas iubilei.s.ad hoc ꝙ oĩs possessio vendita rediret ad priorem possessorem vt pꝫ infra in lr̃a.sed hoc in deserto nõ erat. ❡ Primo q: nõ erat ibi aliqua ꝯctio debiti vel indigentia pp quã aliquis venderet possessionẽ suã.ideo nõ esset talis redẽptio vel liberatio possessionũ. Potissime q: iudei non poterant aliq̃d tale hẽre cum ibi nõ hẽrent possessiones imobiles q̃s vẽderent ꝛ deinde in anno q̃nquagesimo recuperarent.nõ enim habuerunt iudei aliquas possessiones reꝝ imobiliũ quouſq; fuerunt in terra ꝓmissiõiꝫ. In deserto aũt nihil hẽbant nihilq; poterant possidere cum nõ manerent:sed facerẽt viam in terrã ꝓmissiõis. Nõ hñtes ergo aliquas possessiones imobiles nõ poterant eas vẽdere: ꝛ ꝯñter nec erat aliqđ festũ:aut esse poterat in quo liberarent̃ tales possessiones ab emptoribus redeuntes ad primos dños. (Qñ ingressi fueritis terrã). Ex hoc innuit deuꝫ ꝙ iudei aliq̃ñ ingressuri erant in terrã ꝓmissionis:ꝛ est ista dei p̄destinatio cum diffiniret deus eos igressuros.illi tñ q̃bus deus ista dixit nõ ingressi sunt terrã ꝓmissionis sed quidã alij.nam de oĩbus qui erant a viginti annis ꝛ supra in anno secũdo ab exitu de egypto qñ israelite murmurauerũt cõtra dñm pp exploratores venientes de terra ꝓmissionis:nullus introiuit in eã p̄ter Josue ꝛ calepb vt hr̃ Nu.14.c. Alij aũt qui minores erant.s.a viginti annis infra:ꝛ qui postea nati sunt in deserto introierunt in terrã ꝓmissionis vt hr̃ Nu.14.ꝛ Deute.c.1. (Quã ego dabo vobis). De⁹ dicit se daturũ terrã promissionis:q: deus deduxit israelitas ꝑ desertũ miraculosa op̄atiõe: ipse quoq; misit terrorẽ in hostes eoꝝ vt fugerent de terra illa nõ potentes resistere iudeis vt hr̃ Exo.23.ꝛ Deute.7.c. Deus quoq; dedit vires sp̄aliter iudeiꝫ vt pugnarent ꝯ hostes aliog̃n nõ auderent:nec aliq̃d ꝓfecissent vt hr̃ Deute.8.c. (Sabbatizabitis sabbatũ dñi).i.obseruabitis festiuitatẽ quã deus iussit obseruari. Hic vult itroducere legislator festũ remissionis qđ fiebat de septẽ in septẽ annos.ꝛ đ hoc dr̃ hic ꝙ sabbatizet̃.i.cesset̃ ab operibus.nõ enim põt intelligi hoc de sabbato qđ est p̄ria dies hebdomade s̃ꝫ hebreos: vel vltima s̃m aliũ modũ cõputationis.qđ apparet ꝑ ea que imediate dñr:q: dr̃ septio anno sabbatũ erit.sed dr̃ ꝙ sabbatũ de quo hic agit̃ est annus septimus remissionis. ❡ Et vocat̃ sabbatũ.i.requies pp duo.p̄rio pp quietem:q: oẽ festũ vocat̃ sabbatũ vt.s̃.dictũ est.23.c. In hoc aũt anno quiescebat̃: ideo sabbatũ est. Alio mõ vocat̃ sabbatũ ꝑ cõparationẽ ad sabbatũ qđ erat in qualibet hebdomada.nã sicut sex diebus licebat op̄ari ꝛ in septio quiescebat̃:q: sabbatũ erat dñi vt hr̃.s̃.23.c. ita erat i anno remissionis:q: sex annis terra colebat̃ quãtũ ad oẽs cultus suos. In septio aũt ãno sabbatũ erat terre:ita ꝙ in toto illo anno nihil colebat̃. ❡ Dñr aũt iudei sabbatizare sabbatuꝫ dñi idest quiescere in sabbato a deo.s.in anno remissionis septio:ꝛ istud vocabat̃ sabbatũ sicut sunt cetere solẽnitates sabbatũ:qa quẽadmodũ in alijs solẽnitatibus quiescebat̃ a laboribus:ita ꝛ in hac:qm̃ in toto isto anno cessabat̃ ab oĩbus laborib⁹ agriculture:q: nihil arabat̃:aut serebatur:vel putabat̃ in terra:sed relinquebant̃ agri inculti:ideo dicebant̃ sabbatizare.i. quiescere a laboribus q̃buꝫ quolibet anno exercerebant̃.ꝛ nõ vocat̃ istđ festũ sabbatũ simplr̃:sed sabbatũ terre:q: terra quiescebat ibi sicut hoĩes al's quiescere solebãt. Uocatur aũt sabbatũ dñi.i.sabbatũ impositũ a deo.ipse enim istã festiuitatẽ dedit in fauorem pauperũ eo mõ quo.s̃.declaratũ est.ꝛ preter hoc ẽt qm̃ pauperes in anno isto colligebant fruct⁹ terre quã nõ seminabant nec putabant.sed erat ista terra diuituꝫ ꝛ non licebat diuitibus colligere fructus eius totalr̃ quasi messem:vel vindemiã sicut erat in alijs annis.sed maior ꝑs fructuũ a pauperibus colligebatur. ❡ Dicit aũt btũs Augustinus ꝙ iste annus septim⁹ vocat̃ sabbatũ dñi:q: q̃uis seminaret̃ terra ꝛ coleret̃ ꝛ vinee putarent̃: tñ fructus terre nõ colligebant̃ a dñis sed a pauperibus. ꝛ in h̃ ꝙ terra nõ exercebat̃ ad aliquã vtilitatẽ tẽporalẽ colentiũ dicebat̃ sabbatizare. ❡ Sꝫ hoc nõ põt stare qm̃ lr̃a dicit hic exp̄sse ꝙ sex annis seret̃ ager ꝛ putabit̃ vinea:septio anno sabbatum est terre:ꝛ ager nõ seret̃ nec vinea putabit̃.nã nisi hoc mõ fieret non vocaret̃ sabbatũ terre. (Sex annis seres agrũ tuum). Hic ponit̃ similitudo inter sabbatũ ꝛ festũ remissionis: q: sicut pro sabbato sex diebus laborabat̃ ꝛ in septio quiescebat̃ ab oĩ op̄e:ita ꝛ ꝓ anno remissionis:qm̃ sex annis terra colebat̃ ꝛ in septio cessabat̃ ab oĩ cultura. ❡ Istud cessare a cultura poterat esse pp duo. P̄rio pp terre maiorẽ fertilitatẽ. Scđo ad inducẽdũ iudeos ad cerimonias anni remissionis. Primũ erat pp terre fertilitatẽ.q: terra que semper colit̃ ꝛ semp̄ ꝓfert fruct⁹: minoris fertilitatis est.generant̃ eniꝫ segetes ꝛ oẽs fruct⁹ de nutrimẽto terre:q: terra est mater omniũ iuxta aristo.in.1.icono.ꝓprium est terre esse matrẽ omniũ:vel oĩbus est cibus a terra tanquã a matre. Ista aũt pinguedo terre s̃ꝫ quã ipsa p̄bet nutrimẽtũ fructibus exhaurit̃ ꝑ ꝯtinuã fructificationẽ:iđ terre que cõtinue fructus emittunt citius steriles fiunt ꝛ nihil aut modicum fructificare potentes:ideo eni quedã terre sunt que alternis annis a cultura cessant vt vberiores fructus ꝓcreent ꝛ hec noualia appellant̃.sic habet̃ extra de ver.sign.in.c.innouate nouale. Ad hoc aũt ꝓficit non coli ꝑ humanã industriaꝫ. nã q̃uis terra nõ recipiat virtutẽ germinatiuã per labores humanos:q: isti sibi nõ pñt cõferre aliquã virtutẽ naturalẽ:sed ipsa hꝫ ex se:tamẽ disponit̃ per labores humanos ad magis fructificãdũ.nã q̃uis terra habeat virtutẽ germinatiuã tñ germinare nõ poterit nisi adiuuet̃ ex influẽtia corpoꝝ celestiũ.qđ pꝫ q: si aliquis seminet in mense iulij vel augusti nihil poterit inde nasci q̃uis terra tũc hẽat virtutẽ germinatiuam:sed adiuuat̃ a celo ꝛ indiget tp̄e in quo adiuuet̃:quale est tp̄s in quo seminat̃ in octobri vel nouẽbri. ❡ Cultura aũt humana ad hoc ꝓficiebat ꝙ disponit terrã ad recipiendum virtutem celi:nã qñ terra inculta est dura est ꝛ non põt hñ imutari a corporibus celestibus influentibus in eam.cũ vero per hoiem colitur disponit̃ ad hoc ꝙ recipiat cõuenientius influentiam celi:ꝛ sic vberiores ꝓducet fructus:ꝛ cõsequẽter magis exhaurietur ꝛ velocius deficiet sua fertilitas.cũ aũt ab hoĩe non colit̃ q̃uis corpora celestia influant in eã tamen non pñt eã perfecte imutare ad hoc ꝙ in vbertate fructus ꝓferat:sed continet̃ virtus sua germinatiua intra viscera eius ꝛ sic manet fertilior quãto minus culta sit. Cessare ergo a cultura terre per aliqua tẽpora est facere ipsam terrã feratiorẽ atq; abundatiorem in fructibus. ꝛ sic annus iste septimus remissionis ꝓficiebat terre ꝛ dicebatur sabbatũ eius: q: per hoc efficiebatur feracior ad germinandũ cuꝫ nunc minus germinaret. Ista autẽ q̃uis esset quedã vtilitas terre ꝓueniens in anno septimo:tamẽ

non

Marginal notes:

C Lex iubilei ꝛ ãn⁹ r̃missionis ñ ꝓficiebãt in deserto.

Lib⁹ ꝛ potus iudeoꝝ in deserto.

D Festiuitas iubilei ad duo ꝓficiebat. ᵛ Primũ.

Scđm.

Q̄ō.3 A Septimus ãn⁹ q̄r vocet̃ sabbatũ.

Quid sabbatizare sit.

August. opi.

Improbatio.

B Cessar̃ a cultura pp q̃deẽ poterat. 1.cã.

Hũana cultura ad q̃d ꝓficiebat ꝛ q̃d nocebat terrã semp̄ coli.

non pp hoc imposuerat istū annum septimū sed ꝓpter alteruz: quoniā fine hoc poterat ipse facere terrā fertilem in fructibus. ¶Causa aūt scā que est ꝓxie motiua est ad inducendum iudeos ad cerimonias huius festiuitatis. In hac.n. festiuitate debebant iudei dimittere fructus terre sue pauperibus colligendos saltem ꝑ parte quam ipsi recipere debent ⁊ peregrinis ⁊ aduenis ⁊ bestijs terre. Si tamē iudei illo anno colerent agros suos difficile eis videret vt dimitterent fructus alijs colligendos: nec consentirent huic legi. Ideo deus fecit ne colerēt illo anno totaliter quiescentes aut in agricultura pecunias expendentes. ⁊ sic non colerent cum viderent pauperes colligentes fructus terre ipsoū. ꝓsertim cum ipsi colligerent partē illoū fructuū: non tñ totaliter sicut in alijs annis facere soliti erant. ⁊ hoc mō faciliter duci poterant iudei vt facerent annuz remissionis dimittentes fructus terre paupibus. vel si aliqua difficultas erat eis in hoc maior esset si colerent agros ⁊ permitterent fructus eoruz colligendos pauperibus. (Sex annis seres agrū tuū). Agri vocant hic terre ad segetes ꝓducēdas. ⁊ dicit ꝙ in sex annis serat ager. i. ꝙ possit seri. ⁊ intelliguntur hic oēs labores qui sunt in agro per serere. (Et sex annis putabis vineam tuam). Etiam liciti erant labores circa vineas sicut circa agros ⁊ circa oia alia genera arboꝝ. Et per putationē intelliguntur hic omnes labores qui fiunt in vineis: qñ bi oēs liciti erant in sex annis inter remissionē ⁊ remissionē. (Et colliges fructuz tuum). s. ꝙ licitū erat in istis annis dñis terrarū colligere fructus suos. nec tñ ponit istud hic tanq̄ aliquid spāle. nam nō solum licebat iudeis in annis sex colligere fructus: sed etiā in septio. sed in hoc differebat qñ in annis ꝓcedentib⁹ sex erat licitū iudeis colligere oēs fructus suos. In anno aūt septimo non colligebant totaliter: sed relinquebant ꝑ pauperib⁹ ⁊ aduenis vt ps. j. cū dr. que sponte gignit humus nō metes: ⁊ vuas ꝑmittiarū tuaꝝ nō colliges quasi vindemiā: sed erit vobis in cibū: tibi ⁊ seruo tuo ancille ⁊ mercēnario ⁊ aduene qui peregrinat apud te. (Septio aūt anno sabbatuz erit terre). i. in septio anno quiescet terra. nō est enim ꝓprie sabbatū terre. i. reges: qz illius nō est requies cuius nō est labor. terra aūt nō laborat cū non fit aliquid aratum: ergo nō sabbatizat. sed dr sabbatum terre: qz in alijs annis solebat terra semp coli vt ꝓduceret fructus. in hoc aūt anno nō colit nec mouet: aut exercitat aratrij. quodāmodo ergo quiescere dr: qñ quies motui opponitur. ⁊ terra ꝑ agricolturā in precedentibus tpibus mouebat: nūc aūt nihil mouet. ergo quiescit. ⁊ cōsequenter est sabbatū terre. Et non dr hic ꝙ in septio anno erit sabbatū: quasi simpliciter sabbatū sit: sed ꝙ erit sabbatū terre. s. ꝙ terra cessabit a cultu: ⁊ homines ab opibus eius. nā si totaliter esset sabbatū nō liceret iudeis colligere fructus terre in anno illo vel facere alias operationes ad cibos. ⁊ sic non possent comedere in anno illo. qō absurdū est. ¶Sed dicet aliq̄s ꝙ hoc nō sequit. nam q̄dq̄ annus remissionis sit simplr sabbatū: tñ liceret in eo parari ea que sūt ad cibū: sicut in quibusdam alijs magnis festiuitatibus in quib⁹ licebat facere ea que pertinebant ad cibos vt ps de festo azimorū in quo ꝑmittebat vt in oibus diebus eius fierent ea que ꝑtinebant ad cibū: sic etiam de alijs solēnitatibus vt de pentecoste: ⁊ festo tabernaculoꝝ: atq̄ clangoris in quibus dicebat ꝙ solū caueret ab opere seruili. paratio tñ ciboꝝ nō est opus seruile vt declaratū fuit Exo. 12. Sicut ergo in his festiuitatibus q̄dq̄ essent magne licebat parari cibos: ita liceret i anno remissionis dato ꝙ esset simpliciter sabbatum. ¶Rñdendū est ꝙ si annus remissionis esset sabbatū simpliciter: ita ꝙ in eo quiescerent boies a laboribus: dato ꝙ nō esset tante obseruationis sicut sabbatū: tamē nō possent boies aliquid comedere nisi forte in ꝓncipio eius. qō patet: qz q̄dq̄ in festiuitate azimoꝝ liceret parari ea que pertinent ad cibos: hoc tamen solum intelligitur de his que pertinent ad imediatā ciboꝝ parationē sicut decoctio carniū: vel alia apparatio pulmentoruz. Ille tñ parationes que erant multum remote nō licebant sicut colligere segetes de agro vel eas triturare: aut grana a paleis separare: ⁊ deinde cō terere ad molā ⁊ farinā in panes reducere: atq̄ coquere. iste enī multū remote dispositiones sunt. Ideo non licebat facere eas in aliquo festo ⁊ sic si esset totus annus remissionis sabbatuz simpliciter non possent iudei facere aliquid istoꝝ. ⁊ cuz nō haberēt dispositiones remotas necessarias ad ciboꝝ parationē nō possent parare cibos ⁊ cōsequēter nō possent comedere. qō absurdum valde est. ideo nullum tale festū esse debuit quod simpliciter esset festum ⁊ duraret per annum. Ideo nō erat festum. sed solum vocabat sabbatum terre vt terra in illo quiesceret a laboribus suis sicut homines in alijs festiuitatibus a suis operationibus vacabant. ¶Et ideo sciendum ꝙ in hoc tēpore solum erant interdicte operationes agriculture: ita vt nullus quippiam ageret in agro. non erat tamē prohibita aliqua de operationibus alijs: licebat enim bella gerere qō alis illicitum erat in festis. licebat etiā construere domos ⁊ vrbes ⁊ quecūq̄ edificia ⁊ generaliter vacare omni operationi ⁊ laborī qui non esset in agricultura: quoniam iste annus non erat sabbatū dominū sed terre. (Requietionis domini). i. istud est sabbatū quietis domini. i. qz de⁹ quieuerit in eo: sicut dicimus de vero sabbato ꝙ sex diebus fecit deus celū ⁊ terrā: ⁊ in septimo die requieuit ab omni opere qō patrarat. ideo bñdixit diei sabbati ⁊ sanctificauit illum. Illud enim vocat sabbatū requietionis domini: ga deus in eo requieuit: ⁊ ꝓpter hoc iudei quiescebant. annus tamen remissionis vocatur sabbatum requietionis: quia deus requiescere mandauit terram in tempore illo: ⁊ ꝙ homines cessarent a laboribus eius. (Agrum non seres ⁊ vineam non putabis). Sicut supra in sex annis permittebantur labores in terra colenda ita in septimo anno vetantur. ⁊ omnes labores vetiti sunt quicūq̄ pertineant ad agriculturam. ⁊ tanguntur hic duo generalia per que omnes modi agriculture itelligūtur. s. serere ⁊ putare. ¶In quo sciendū est ꝙ q̄dq̄ hic solū prohibeatur de agris qui sunt ad segetes ⁊ de vineis. tamen etiā intelligitur de agris ad alia genera terre nascentiū. s. ad varios modos leguminū ⁊ herbarū que sumunt in cibos. non solum etiam verant labores in cultura vinearū: sed etiaz labores omniū aliarū arboꝝ fructiferaꝝ que in agris sunt sicut olietorū ⁊ aliaꝝ similium arboꝝ: quoniā fructus istarū erat permittē dus colligi a pauperibus ⁊ aduenis in anno illo sicut fructus vinearū. ¶Nec tamē penitus intelligendū est de omnibus fructibus terre. nā si aliquis haberet hortuz in domo sua licebit ei colere illū ⁊ non obligabat ad faciendū fructus illius cōmunes in anno illo sicut est de fructibus vinearū ⁊ agroꝝ. qō ps qz fructus terre de quibus hic dr non erant in ciuitate vel oppidis: nec erāt murati vallo: sed in loco publico ⁊ aperte in agris vbi bestie comedere possint de fructibus. qō ps qz dr infra. sed erūt vobis in cibū tibi ⁊ seruo tuo ancille ⁊ mercēnario ⁊ aduene q peregrinat apud te ⁊ iumentis ⁊ pecoribus. sed de fructibus q erant intra ciuitatē in hortis nō poterant comedere pecora ⁊ iumēta. q̄ istud qō dr hic nō itelligit de fructib⁹ q erant intra ciuitatem vel oppida sed de illis qui sunt extra ciuitatē fine aliquo muro patentes tam boibus q̄ bestijs agri. ¶Sed aliquis dicit ꝙ ex hoc non cōcluditur debere solum intelligi istud qō dr de fructibus qui sunt in agris: sed etiā de fructibus qui sunt in hortis extra ciuitatez vel intra: quoniā satis poterant isti fructus dari peregrinis ⁊ aduenis. s. ꝙ permitteret eis accedere ad tollendū de illis. bestie etiam poterant comedere de his fructib⁹: quoniam hic non agitur de bestijs agri. s. de feris: sed de domesticis cum dicat iumentis tuis ⁊ pecoribus. ea autem que sunt iumenta nostra ⁊ pecora domestica sunt. ⁊ his autem satis possunt dari fructus hortoꝝ existentiū in ciuitate: ⁊ per ꝯsequens intelligeret etiam de illis ꝙ non liceat in anno remissionis colere hortos: sed incultos reliquere sicut agros ⁊ vineas. ¶Ad hoc rñdendū est sicut ante dicebat ꝙ licebat iudeis colere terrā hortoꝝ suoꝝ ⁊ nō facere fructus cōmunes in anno remissiōis. ⁊ argumentū factū de bestijs comedentibus fructus semp tenet. ⁊ qñ dicebat ꝙ nō intelligit de bestijs agri sed solum de animalibus domesticis falsum est. qō apparet ex eo qō dr Exo. 23. c. cum dr. sex annis seminabis terrā tuā ⁊ congregabis fruges eius: septimo anno dimittes eā: ⁊ requiescere facies vt comedant pauperes populi mei: ⁊ qcquid residui fuerit edant bestie agri: ita facies in vinea ⁊ in olieto tuo. apparet ergo ꝙ solum intelligebat hoc de fructibus qui erant in agris ⁊ nō valla ti aliquo muro spāliter: nisi forte aliqua terra esset in qua omnes agri vallent sepibus vel alijs quibuscūq̄ muris ꝓpter bestias agri: quoniā in anno remissionis etiā tales agri relinquendi erant cōmunes boibus ⁊ bestijs alioquin fieret fraus isti legi: qz in nullis fructibus obseruaret: sed omnes fructus essent sicut fructus hortoruz. (Que sponte gignit humus nō metes). Dicit hoc qz in anno remissionis non colebat terra: ⁊ nihil nascebatur regulariter sicut alijs annis ex humano artificio sed quicqd nascebat illud per se natum erat: ideo dicebatur sponte natuz. ⁊ de hoc littera dicit. que sponte humus gignit non metes. i. ꝙ oñi terrarū non colligerent in anno septimo ea que nata fuerant per se sed relinquerent. Contra hoc dicet aliquis haberi immediate in littera. sed erit vobis in cibuz tibi ⁊ seruo tuo: an

Notādū.

+ Qui labores licebāt in festo remissiōis.

† Duob⁹ itel liguntur oēs modi agriculture.

Qō. 4.

An in āno 7. remiss. solū vetaret labor in vineis ⁊ in agris segetū vel i agris oium terre nascētium. An liceret iudeis i anno. 7. colere hortos

Obiectio.

Rñsio.

Obiectio.

Rñsio.

tue).i.ſignificabis vel proclamabis ad omnes habitatores terre q̃ eſt iubileus ⁊ remiſſio. ⁊ ponitur remiſſio generaliter.ſ.p remiſſione ſeruitutum:⁊ debitoꝝ ⁊ factaꝝ alienationum:⁊ fructuum terre qui communicabantur.⁊ hoc gaudium ſignificabatur omnibus habitatoribus terre.iſte ſenſus eſt referendo iſtud oatiuum ad aliud verbum vocabis. Alio modo poteſt referri iſte oatiuus ad illud accuſatiuum remiſſionem:⁊ tunc eſt ſenſus q̃ vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terre in anno illo.qõ intelligitur de habitatoribus terre qui eſſent ſerui vel feciſſent aliquas alienationes:aut haberẽt debita.(Ipſe eſt enim iubileus).i.ipſe annus quinquageſimus de quo immediate dictum eſt q̃ ſanctificaretur.eſt annus iubileus.i.annus remiſſionis.⁊ in hoc non obſeruatur proꝑia ratio originis dictionis. nam non dicitur iubileus propter aliquid alterꝫ niſi propter buccinaꝫ que pulſabatur in eo.⁊ tamen qz tempore quo pulſabatur buccina ſignificabatur remiſſio futura:iubileus ſignificat remiſſionem.⁊ ſic accipitur hic iſtud tanq̃ reditiuum cauſe.ſ.ipſe eſt enim iubileus.i.dz renunciari remiſſio futura in tubis ꝑ anno quinquageſimo:qz ipſe eſt iubileus.i.ipſe annus remiſſionis:⁊ ꝑpter hoc clangetur ante aduentum eius. ¶Iſtum autem modum vocandi iubileum habemus nos:quoniam vulgariter dicimus eſſe annum iubilei quando eſt annus indulgentie. (Reuertetur homo ad poſſeſſionem ſuam).i. omnes homines qui poſſeſſiones ſuas alienauerant redibunt ad eas. nam quandocunq; aliquis vendebat poſſeſſionem ſi poſtea poterat dare precium pro illa: quandocunq; poſſet redibat ad illam computatis fructibus ſuſceptis in ſortez. Si tamen aliquis non poſſet ſolvere pecuniam pro redimẽda poſſeſſione ſua:in anno iubilei reuertebatur ad illam nullo precio dato. ¶Et hoc vꝫ eſt de poſſeſſionibus immobilibus:quoniam ſi venderentur res mobiles non licebat ipſi venditori redimere res etiam ſi vellet dare precium emptori:niſi empto:ei gratis hoc ꝺceſſiſſet:⁊ etiam in iubileo non redibat res vendita ad venditorem. Hoc autem erat hoc modo:vt ſi aliquis venderet aliquam poſſeſſionem ⁊ non redimeret eam ante iubileum redibat ad eam in iubileo vel ad heredes eius:etiam ſi fuiſſent facte mille venditiones intermedie:vt ſi vnus vẽderet alteri ⁊ alius alteri.nullus namq; iſtoꝝ intermedioꝝ venditoꝝ poterat repetere rem illam quam vendi diſſet:ſed ſolum ille cuius eſſet iſta poſſeſſio a principio.

D Nſ modꝰ vocãdi iubileum

†

†

No. In iubileo redibant poſſiões priores i mobiles venditer: ſz nõ mobiles.

¶Et ex hoc pz q̃ regulariter non poterant eſſe inter iudeos alĩq excellenter diuites ſuper alios ſicut in alijs gentibus eſt. qõ pz: quoniam in alijs poteſt vnus emere bona multoꝝ ⁊ manebunt illa bona apud illum in eternum ⁊ apud heredes ſuos:⁊ ſic erit iſte ditior multis alijs ſimul ſumptis. Inter iudeos autem hoc non erat:qz ſi aliquis emiſſet poſſeſſiones multoꝝ non poterat eas ſemꝑ tenere:ſed reddebat eas dominis priozibus.⁊ ſic ſam manebat iſte quaſi equalis alijs in diuitijs:q̃q̃ a principio fuiſſet ditior omnibus.in alijs autem gentibus non erat ſic:ideo cõtingit aliquem eſſe excellentem diuitem ſuper alios in poſſeſſionibus. ¶In veteri autem teſtamẽto ditiores in poſſeſſionibus erant primogeniti.eo q̃ omnibus illis dabantur duplicia q̃ cuilibet alioꝝ filioꝝ.ſic habetur Deut.21.c.⁊ ſic tam in bonis mobilibus q̃ in immobilibus regulr primogeniti ditiores erant. alij autem non poterãt fieri excellenter diuites niſi in bonis mobilibus.ſ.in pecunijs vel ſimilibus:qz bona mobilia ſemel habita non redibant ad priores dominos in anno iubilei.

Qõ. 10. A Inter iudeos nõ eſſe poterant alĩq excellenter diuites alijs i poſſiõi bꝰ niſi eſſent primogeniti.

¶Quare poſſeſſiones vendite inter iudeos non manebant in eternum apud emptores:ſed redibant in iubileo. Qõ.11.

a Cauſa autem quare poſſeſſiones vendite inter iudeos redirent ad priores poſſeſſores in anno iubilei erat duplex. Prima erat in fauorem pauperꝫ ſicut.ſ.ꝺclaratum eſt. nam niſi ſic fieret pauperes priuarentur omni ſubſtantia ſua:cum cogerentur ſepe vendere poſſeſſiones ſuas ⁊ poſtea eas habere non poſſent.cum autem habebant eas in anno iubilei q̃q̃ alꝰ eguiſſent: tamen tunc redirent ad pinguiorem fortunaz. ¶Alia cauſa erat ⁊ principalior q̃q̃ iſta nõ exprimatur.ſ.vt non ꝺfunderentur tribus ⁊ familie.nam ſi poſſeſſiones ſemel vendite nunq̃ redirent ad priores dños nunq̃ maneret certitudo in tribubus:familijs:⁊ cognationibus.qõ apparet: qz inter iſraelitas tribus diuidebantur per ſortem.i.per certaz partem hereditatiſ traditam cuilibet tribui:⁊ cum cognoſcerentur ſortes hereditatum cognoſcerentur homines de quibus tribubus eſſent.nam cum aliqs haberet hereditatem in ſorte tribus Jude cognoſcebatur eſſe de tribu Jude.ſi autem haberet hereditatez in ſorte tribus zabulon cognoſcebatur eſſe de tribu zabulon:⁊ ſic de ceteris.Si autem ꝓmitteretur q̃ aliqs venderet poſſeſſionem ſuam ⁊ nunq̃ rediret ad eam non cognoſceretur familia cuiuſlibet viri ⁊ tribus.qõ apparet: qz aliqs eſſet de tribu zabulon ⁊ haberet hereditatem in ſorte ſua.ſi autem ꝓmitteretur ei q̃ vẽderet ⁊ non rediret ad eam:alius qui erat de alia tribu haberet hereditatem in ſorte zabulon:⁊ ſic iam nõ cognoſceretur qs eſſet de tribu zabulon vel de alia tribu.Si autez hereditates non poſſent vendi:vel ꝺceſſa venditione ſi redirẽt ad dominos priozes in tempore iubilei non ſequebatur iſta ꝺfuſio ſortium:⁊ tribuum:vel familiaꝝ:quoniam q̃q̃ aliquo tempore factis venditionibꝰ eſſet ꝺfuſio in ſortibus ⁊ tribubus:tñ qz iſtud erat paucum tempus.ſ.quinquaginta annoꝝ ad plus poterant homines recordari de poſſeſſionibus ad quas tribus pertinerent vel familias.⁊ ſic annus iubilei veniens tolleret omnem ꝺfuſionem ſortium ⁊ tribuum que fieri incepiſſet.⁊ iſta eſt cauſa quare iubileus non fiebat de magno in magnum tempus.ſ. de centum in centum annos:vel de ducentis in ducentos. nam tanti temporis diuturnitas memoriam hominum excluderet:⁊ ſic maneret ꝺfuſio in tribubus ⁊ ſortibus.nam q̃q̃ aliquis de poſteris reclamaret poſt centum annos vel amplius in iubileo aliquas poſſeſſiones reduci ad ſe:qz ille fuerant ſuoꝝ primogenitoꝝ:tamen non eſſet memoria hominum ad probandum id qõ iſte diceret:vnde neceſſario ſequerentur multe fraudes ⁊ ꝺfuſiones.ꝺato autem iubileo ad paruum tempus.ſ.ad annos gnquaginta: qz manebant poſſeſſiones pauco tempore alienate non abibat in obliuionem alienatio.ideo non ſequebatur ꝺfuſio.Et per iſtum modum inter iudeos cognoſcebatur manifeſtiſſime de qua tribu quis eſſet ⁊ de qua familia vſq̃ ad ipſum principium familie vel tribus:eo q̃ quilibet habebat poſſeſſionez aliquam que ptinuerat ad progenitoꝛes ſuos ⁊ per illam cognoſcebantur progenitoꝛes.ideo quandocunq; reperiretur aliquis homo habere poſſeſſionem in ſortem tribus Jude cognoſcebatur eſſe de tribu Jude:etiam ſi non fieret aliqua ingſitio:dumtamen ipſe vel progenitoꝛes ſui in anno iubilei poſſediſſet hereditatem illam.nam de alijs temporibus non poterat dari certa cognitio:qz tunc poterant eſſe vendite vel cõmutate poſſeſſiones.ille tamen qui in anno iubileo poſſideret erat verus dominus ⁊ ptinebat ad familiaz vel tribum in qua erat illa poſſeſſio. ¶Ad hoc autem magis cognoſcendum intelligendum eſt q̃ ſi dz cognoſci aliqõ mobile ſm naturam:opz q̃ reducatur vſq̃ ad immobile: qz mobile ſm ſe incertitudinem dicit.ſic autem erat in hominibus ⁊ poſſeſſionibus.Deus enim volebat vt inter iudeos cognoſceretur de quolibet in qua tribu ⁊ familia erat.ergo opz q̃ cognoſceretur de hominibus per hereditates:aut de hereditatibus per homines.id tamen qõ eſſet magis immobile eſſet alteri medium cognoſcendi.⁊ hoc modo pz an debeant cognoſci boies per ſortes hereditatum:vel hereditates per homines. ¶Et võm eſt q̃ ſi homines eſſent immobiles.ſ.q̃ oẽs de tribu Juda naſcerentur in vno loco vel terra:⁊ oẽs de tribu zabulon in alio loco vel terra:⁊ filꝫ de oibꝰ tribubus:⁊ illi nunq̃ egrederentur de locis illis in q̃bus naſcerentur:nec alij ingrederentur in loca illa manifeſtum eſſet de qua tribu glibet bõ eſſet. nã ex eo q̃ aliq̃s in tali vel tali loco erat cognoſcereꝫ tribus eius vel familia.ſic tñ fieri non poterat.ergo oportebat dari aliquaz cognitionem de tribubus ⁊ familijs.⁊ qz poſſeſſiones tribuum ſunt immobiles potuerũt cognoſci ꝺuenienter tribꝰ per poſſeſſiones. ſunt enim diſtincti termini poſſeſſionum ꝓ:o qualibet tribu vt dz in lib. Joſue a prin.c.15.vſq̃ ad finem.19.gcũq; ergo poſſederit aliqd in ſorte Juda iudicabaꝫ eſſe de tribu Juda. ſors aũt Juda immobilis erat ⁊ cognoſcebaꝫ que eſſet ꝑ determinationem ſcripture ſacre Joſue.15.c.ideo bõ qui erat mobilis cognoſcebaꝫ de qua tribu eſſet per poſſeſſionez que erat immobilis.Et ſicut cognoſcebatur de qua tribu glibet eſſet ita cognoſcebaꝫ de qua familia ⁊ de qua domo. nam diſtributiones ſortium que ꝓuenerunt tribubus poſtea diuiſe ſunt in familias: ⁊ diſtributiones familiaꝝ per domos ⁊ diſtributiones domoꝝ per viros. Iſte tñ diſtributiones non fuerũt poſite in libro Joſue:qz erãt minus principales ⁊ erãt infiniti ꝓceſſus:cum cuilibet de populo iſrael diuideret pars poſſeſſionis ⁊ aſſignarent limites eius.iſte tñ diuiſiones mãſerunt ſcripte apud iudeos in alijs libris qui non erãt ſacre ſcripture:⁊ ꝑ hos cognoſcebãt in dei diſtributiones familiaꝝ.ideo cum viderẽt aliquem habere poſſeſſionem que ptinebat ad aliq̃s familiam alicuius tribus indicabant eum eſſe de illa tribu ⁊ familia. ¶Hoc aũt ſtabat eui dẽtiſſimuz niſi iſta ſors familie vel tribus trãſiret ad alios q̃ nõ eẽnt de illa familia vel tribu.hoc aũt nõ ꝓmittebaꝫ:qz ſcriberet aliq̃s poſſio bonꝰ alteriꝰ tribus vel familie redibat illa ad po-

Si vẽditio fuiſſet ꝑpetua nõ cogſcerent tribꝰ ⁊ familie

B Qũo ꝑ poſſeſſiões cognoſcebantur boies i tribubuꝫ ſuis ⁊ nõ alis.

Poſſiones tribuũ ſunt imobiles.

Quocognoſcebaꝫ qs ꝺ q̃ familia ⁊ domo eſſet

C Nota ⁊ plꝰ q̃ nota hꝫ ꝑ genealogia Xpi: ⁊ marie ꝑ bis q̃ autor tãgit mirabiliter Mat.1.ca. q.28.

rem dominum in iubileo. ꝛ sic per ipsas possessiones cognosce baẗ de quolibet hoie: de qua tribu: vel familia: vel domo esset. ℭ Ista tamen certitudo cognationis conseruari non potuit nisi per vnam de duabus legibus. s. vel ꝙ iuberetur ne aliqs vende ret vllo modo possessionem suam: vel ꝙ res vendita rediret ad dnm suum certo tempore. *prima lex poni nō debuit quoniaʒ di uites aliqñ nolebant pauperibus quicꝙ̄ dare nisi vēderent eis possessiones suas. si autem deus non permisisset vendi possessio nes valde magnum inconueniens sequeretur: qꝛ aliqñ paupe res egerent nolentibus diuitibus eis quicꝙ̄ concedere. ideo con ueniens fuit vt ꝑmitteretur ꝙ venderent possessiones. Debuit tñ poni secunda lex. s. ꝙ possessiones redirent certo tempore ad priores dominos. ꝛ hoc est ad qđ fuisset positus annus iubilei. [a] ℭ Iste modus ꝯseruandi certitudinem progeniei nunc etiam est apud alias gentes: non quidem vniuersaliter sed in illis qui sunt de magno genere: qm̄ ibi seruantur iura primogeniture ꝛ dantur eis omnia bona immobilia patrum que semel ꝑtinuerūt ad ius illud primogeniture. ꝛ q̄ꝛcꝙ̄ alicui nascantur multi filij: tñ non potest vendere matrimonium illud: vel distribuere inter alios filios sed dabit primogenito. ille etiam ex nulla causa ven dere potest. ꝛ per hunc modum sunt determinate progenies: qꝛ sunt determinate possessiones vel iura progenieꝝ: ꝛ ideo qui cunꝙ̄ habuerit tales possessiones cognosceretur manifeste esse de illa domo vel ꝓgenie ad quam ꝑtinent ista iura. ꝛ sic non cō miscentur progenies quantum ad primogenitos. Quantum ad alios tñ minores filios qbus non sunt determinata aliqua iura paterna que habeant immobiliter faciliter progenies ꝯfundun tur: qꝛ commiscentur alteri stirpe ꝛ transeunt in nomen eius. ꝛ hoc modo homines parue ꝯditionis in qbus non obseruantur iura primogeniture non habent distinctam ꝓgeniem cognitam. ꝛ si aliquo tempore habeant dum ꝑmanet memoria viuētium: tamen ꝯfestiʒ ista ꝯfunduntur. vnde aborigines sunt. i. homines sine aliqua certa origine.

Nō potuit ꝯſuari iter iudeos cer titudo fami liaꝝ ꝛ tribu uʒ nisi veta renẗ venditiōes vel da reẗ ꝙ nō es sent ꝑpetue
** Nō licuit dare legē ꝙ nō vēdēdiʒ possessiōibus*
[a] Modus ꝯſuādi cer titudinē ꝓgeniei est hodie apd multas gen tes: saltē in Hispania.

Qō. 12
A
De⁹ q̄re ius serit ī veteri testō obſua ri tribuū di stinctioneʒ.

ℭ Causa autem propter quam deus iusserat in veteri testamento obseruari distinctiones tri buum ꝛ familiaꝝ in possessionibus suis ne aliquo modo cōmi scerentur fuit ꝑpter Christum nascituꝝ de semine iudeoꝝ: vt co gnosceretur manifeste de qua tribu erat: ꝛ de qua familia. nam dictum fuerat de eo ꝙ esset de tribu Iuda. Si tñ non fuisset ob seruata ista cautela de non ꝯfundendis possessionibus nesciret de qua tribu fuisset. ꝛ isto modo iudei vel alij recusarent eum ac cipere in Messiam: qꝛ dubitarēt an in eo compleretur qđ erat dictum de Messia per ꝓphetas. s. ꝙ esset de tribu Iuda. Etiam obseruabatur inter iudeos differentia inter familias ita vt scire tur de qua familia quilibet erat. ꝛ ꝓꝑ hoc oportebat etiam ꝯside rari in Christo de qua familia esset. nam dictum est ꝙ erat de semine Dauid. hoc autem iam pertinebat ad familiaʒ ꝛ non ad tribum: ideo si solum sciret distinctio tribuum per sortes ꝛ nō familiaꝝ: non posset sciri de Christo an esset de semine Dauid: q̄ꝛcꝙ̄ sciretur ꝙ erat de tribu Iuda. oportuit ergo etiam distin gui sortes ꝑpter familias vt sciretur de quolibet de qua fami lia esset. ℭ In nouo autem testamento non iussum est hoc: qm̄ iam non erat Christus venturus: ideo nihil referebat ꝙ cogno scerentur familie vel tribus: vel ꝙ non cognoscerētur. potissime qꝛ in nouo testō non erat aliqđ genus determinatum: vel ali qđ caput progeniei a quo omnes descenderent ꝛ inde assume rent aliquam distinctionem tribuum vel familiaꝝ sicut fuit in iudeis. omnes enim illi descenderunt de tribu israel. s. ab ipso Iacob: ꝛ inde distincti sunt ꝑ familias. ꝛ ista distinctio fuit sem per postea obseruata. In nouo aūt testamento non poterat hoc obseruari: qꝛ in illo recepte sunt omnes gētes que nō habebant vnum caput: nec habebant certitudinem cognationum: sed po tius multe eaꝝ erant iam aborigines. i. sine determinatione cer te cognationis: ideo in his nihil poterat tale obseruari. ℭ Item non poterat hoc fieri: qꝛ in iudeis obseruabatur distinctio fami liaꝝ ꝛ tribuum per sortes hereditatum quas habebant distin ctas: ita ꝙ non erat aliqs de iudeis qui in sorte sua ꝛ familia nō habebat aliquam hereditatem a suis progenitoribus ſm quam cognosceretur de qua tribu ꝛ ꝓgenie esset. In ꝯuersis autem ad Christum non erat sic: qm̄ non habebant possessiones in locis determinatis ꝛ ſm determinataʒ cognationes: ideo in eis nō po terat fieri talis obseruatio: potissime qꝛ etiam si fieret ista distin ctio cum magno labore: tñ ad nihil proderat: qꝛ non erat aliqd qđ per eam inuestigareẗ. (Et vnusqꝫ ad familiaʒ pristinam.) idest vnusquisꝙ̄ reuertetur ad priorem cognationem.

Christ⁹ fuit de tribu iu da.

Quare ī no uo testō nō iussū est ob ſuari disti ctio tribuū.

B
Secūda rō

Qō. 13
A
An inter iu deos essent aliq exules.
Nicolai ac aliorū opio penes lr̄am
Prima rō.

ℭ Dicit enim Nicolaus ꝛ alij ꝙ hoc intelligitur de exulibus ꝛ de seruis. Primo autem pꝫ de seruis: qm̄ si aliqs seruus de iu deis non fuisset liberatus in septimo anno remissionis qꝛ vole bat secum educere filios ꝛ vxorem in anno iubilei liberabatur: ꝛ tunc dicebatur redire in suam cognationem: qꝛ dum seruus fuit non erat sui iuris: nec gignebat filios sibi sed dn̄o suo vt pꝫ Exo. 21. c. ꝛ ꝑpter hoc non poterat educere eos secum in anno septimo remissionis. in anno autem iubileo dicebatur redire ad familiam suam: qꝛ iam erat sui iuris: ꝛ filij quos genuerat erāt liberi. ℭ Item dicit hoc intelligēdum esse de exulibus ꝙ isti re dirent ad cognationem suaʒ in anno quinquagesimo. nec tñ in telligitur hoc de illis qui erant exules pro homicidio volunta rio: qm̄ isti non redibant in terram suam hoc tempore sicut. ĩ. di cetur. ℭ Sed dōm est ꝙ non potest intelligi de his. s. nec de ser uis: nec de exulibus. Primo patet de seruis: qm̄ de illis. ĩ. dicit ꝙ liberabuntur in anno iubileo: ꝛ tamen non dr̄ ꝙ redibant in suam familiam: potissime qꝛ dicitur hic ꝙ redibit homo in fami liam pristinam. ergo videtur ꝙ nūc non erat in familia illa. ser ui tamen non habēt aliquid ſm qđ perdant familiam: qꝛ ex hoc ꝙ efficiuntur serui non ꝑdent aliqua iura cognationis. ergo ser ui non ꝓprie redeunt in familiam ex eo ꝙ serui fuerāt. ℭ Etiam non intelligitur hoc de exulibus ꝙ redeant in familiam pristi nam. nam in illud quis redire dicitur qđ aliquando ꝑdidit: exu les tamen nunquam ꝑdiderunt familiam ꝓpter esse exules: sed ꝑdiderunt terram. ideo deberet dici de eis ꝙ omnis homo redi bit in terram suam. s. omnis homo exul: sed non ꝙ redibit in fa miliam pristinam: cum illam non ꝑdiderit per exilium. ℭ Item si hoc intelligeretur de exulibus: aut intelligeretur de illis qui erant exules voluntarij. s. qui ꝯfugerant in aliquam ciuitatem refugij propter aliqđ homicidium casuale qđ patrauerant: aut intelligitur de aliquibus alijs exulibus. Nō potest autem dici ꝙ intelligatur de primis: qꝛ illi non redibant ad terram suam in iu bileo: sed solum qñ moreretur summus sacerdos in cuius tem pore factum fuit homicidium: siue moreretur ante iubileum: si ue post vt pꝫ Nume. 35. ca. cum dr̄. ꝛ inducetur per sententiam in vrbem ad quam ꝯfugerat: manebitꝙ̄ ibi donec sacerdos ma gnus qui vnctus est oleo sancto moriatur: postq̄ aūt ille obierit homicida reuerteẗ in terram suaʒ: exules ꝛ ꝓfugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterūt. ℭ Si aūt dicas ꝙ intelligatur de alijs exulibus non potest stare: qm̄ nul li alij exules erant. non enim legitur in veteri testamento ꝙ ali qs exulare possit: nec etiam aliqua talis pena erat: quoniam si ꝯtra aliquem iudeum ageretur in iudicio: aut ageretur pure ci uiliter: aut aliquo modo criminaliter. Si agereẗ pure ciuilr̄ nō poterat ꝯdēnari ad exilium: qꝛ exilium pena criminis est. si au tem ageretur criminaliter: aut ageretur pro aliqua vulneratio ne: aut ꝑcussione: vel morte illata alicui: aut agebatur pro alijs delictis. Si ageretur pro ꝑcussione vel morte non infligebatur exilium. nam pro ꝑcussione dabatur percussio ſm legem talio nis: oculum pro oculo: dentem pro dente: fracturam pro fractu ra vt pꝫ Exo. 21. c. ꝛ precedenti. c. Si autem aliquis alteꝝ occide ret: vel nihil patiebatur: vel occidebatur ſm distinctionem que hr̄ Exo. 21. c. Si autem aliquis peccaret in alijs delictis: aut illa erāt delicta magna ꝯ deum vt colere idola: vel non obseruare festiuitates: aut ꝓuocare alteros ad colendum idola occidebaẗ lapidando eum vt hr̄ s. 19. c. ꝛ Deuẗ. 13. et. 17. c. de non obser uantibus sabbatum hr̄ Num̄. 15. c. idem enim de illis qui false ꝓphetabant: qm̄ lapidabantur vt hr̄ Deuẗ. 13. et. 18. c. si aūt ali qs faceret aliqđ de alijs delictis que nō erant directe in deum: aut ille qui delinquebat erat dignus morte: aut non. si erat di gnus morte ꝛ non esset determinatum genus mortis in aliquo loco legis Moysi: vel nisi deus expresse determinaret suspen debatur vt habetur Deuterono. 21. capitu. si autem delictum il lud non esset dignum morte delinquens flagellabatur prostra tus coram iudicibus vt patet Deuterono. 25. capitu. sic patet de illo qui dixit se non inuenisse vxorem suam virginem: ꝛ tamen erat virgo: quoniam flagellatur ꝛ condemnatur in pecunia vt habetur Deuterono. 22. capitulo. ꝛ sic in nullo istorum casuum poterat esse exilium. ideo non potest intelligi ista littera ꝙ exules redirent ad familiam pristinam in anno iubileo. s. ꝙ re dirent in terram suam. ℭ Sed est intelligendum hoc de illis qui vendiderant possessiones suas. s. ꝙ illi redirent ad fami liam suam ꝛ ad possessionem suam. nam israelite habebant fa milias ꝛ tribus distinctas: ꝛ certitudo atꝙ̄ distinctio istarum tribuum ꝛ familiarum erat per sortes possessionum assignatas tribubus ꝛ familijs. ꝛ sic qui habebat possessionem que perti nebat ad tribum iuda vel beniamin de eadē erat. in q̄libet aūt istarum tribuū erant plures familie: ꝛ quelibet earum habebat

Scđa rō

Impro batio
Pria rō

Scđa rō

Tertia ratio.

B
De peniʒ que ipo nebanẗ i ter iude ōs ꝓ qui buscūꝙ̄ crimib⁹.

Lex ta lionis.

C
Lr̄e ex positio.

determinatas

determinatas possessiones:ideo qui haberet partem in possessione alicuius familie dicebatur esse de illa familia.qñ aūt aliqs vendebat possessiones suas alteri iam non habebat aliquid fm qō maneret in aliqua tribu vel familia:cum distingueretur familie ⁊ tribus per sortes possessionum:⁊ toto tempore quo possessio alicuius erat vendita per quam ipse pertinebat ad familiam vel tribum q̄q̄ ipse semp esset de aliqua familia ⁊ tribu: tñ dicebatur manere extra familiam ⁊ tribum suam . cum vo aliqs rediret ad possessionem suam habebat id per qō erat de aliqua familia vel tribu:ideo dicebatur tūc redire ad familiam pristinam. ⁊ sic pro eodem accipitur redire in possessionem: vel redire in familiam:cum sit familia propter possessionem. ⁊ sic accipit littera pro eodem cum dicit.reuertetur homo ad possessionem suam ⁊ vnusq̄sq̄ ad familiam pristinam. (Quia iubileus est ⁊ quinquagesimus annus.)

Quo qs dicebat redire in familiaz suam qñ reuertiē ad possessionē suā inter indeos.

†

Ista est causa predictor.ſ. q̄ in quinquagesimo anno erat hoc priuilegium q̄ vnusquisq̄ rediret ad possessionem quam olim vendidisset:ideo redire debebant. Dicit autem q̄ est iubileus ⁊ quinquagesimus annus.hoc enim idem est:sed vocatur iubileus propter buccinam qua clāgebatur ante annum illum. ⁊ vocatur quinquagesimus propter numer:qr vnus iubileus distabat ab alio per quinquaginta annos.

¶ Quare iudei non obseruant nunc annum iubilei cum obseruēt multas alias festiuitates ⁊ cerimonias veteris testi. Qō.14.

a **Circa hoc** queret aliquis quare iudei non obseruant nunc annuz iubilei.nam multas festiuitates obseruant ⁊ cerimonias. ¶ Nec valet si aliqs dicat q̄ non obseruatur:qr in eo fiebant sacrificia ⁊ alie cerimonie que determinabant sibi locum sanctuarij:⁊ nunc qr non sunt in terra promissionis in qua est sanctuarium non possunt hoc obseruare. Falsum enim est qr non determinabantur aliqua sacrificia vel cerimonie pro anno iubilei que non possent obseruari extra locum sanctuarij sicut apparet hic:sed soluz erant actus qui vbiq̄ fieri poterant.ſ.remittere seruitutes ⁊ alienationes factas ⁊ facere fructus terre cōmunes. ¶ Item dato q̄ iubileus sibi determinaret aliqua sacrificia ⁊ cerimoniaz que solum fieri deberēt in sanctuario:tñ adhuc poterat obseruari a iudeis hic omittendo cerimonias illas que requirebant determinationez loci sanctuarij:sicut pz de omnibus festiuitatibus quas nūc iudei obseruant. nam obseruant dies azimozum:sed non immolant in eis agnum paschalem:qui tñ immolabatur semper in terra promissionis in hac festiuitate.ita etiam in alijs festiuitatibus: qñ in omnibus iubebatur offerri sacrificium aliqō sicut apparet Nume.28.et.29.c.⁊ tñ relictis illis sacrificijs obseruant iudei festiuitates:ita ergo deberet fieri de iubileo sed non fit.ideo opz assignari aliam causam. ¶ Ideo dōm est q̄ iudei non obseruant nunc iubileum: qñ cessat causa obseruationis. fiebat enim ista obseruatio ne confunderentur tribus ⁊ familie ⁊ possessiones eaz que erant assignate certis tribubus ⁊ familijs per quas distinguebantur. Nunc autem iudei non habent illas possessiones p quas distinguuntur familie ⁊ tribus eoz:quia ille solum sunt in terra ꝓmissionis:nunc autem vagi sunt iudei extra terram illam.ergo non habent aliqd propter qō faciant iubileum:qr dato q̄ iudei nunc facerent iubileum remittentes communes alienationes factas in anno quinquagesimo non rediret homo ad familiam suam pristinam sicut littera ibi dicit:qr ista possessio quam nunc iudei habent non ptinet magis vni tribui q̄ alteri nec familie:cum non fit a dño assignata. ¶ Qr autem ista fit in tertio faciendi iubileum vt non confundantur sortes tribuum ⁊ familiaz pz:qr propter hoc mādauit deus vt mulieres acciperent viros de tribu sua ne confunderentur sortes vt hz Nume.36.ca. cum cor. quas si alterius tribus homines vxores acceperint sequetur possessio sua:⁊ translata ad aliam tribum de nostra hereditate minuetur:atq̄ ita fiet vt cum iubileus .i. annus quinquagesimus remissionis aduenerit confundatur sortium distributio:⁊ alioz possessio ad alios transeat.⁊ postea cor. omnes viri ducent vxores de tribu ⁊ cognatione sua:⁊ cuncte femine de eadem tribu maritos accipient vt hereditas pmaneat in familijs: nec sibi misceantur tribus:sed ita maneant vt a dño separate sunt.(Non seretis.) In ista parte ponuntur conditiones anni iubilei inquātum concordat cum anno remissionis.dicebatur enim in anno remissionis q̄ agri non serentur:⁊ vinee non putarent qr erat annus requietionis terre:ita cor de anno iubilei q̄ in eo non seretur: nec putabitur: nec fient alij labores agricultiui

Quasto.

Impro-batio.

Pria rō

Scōa rō

B Rāsio ad q̄stū.

Que fuit tētio ist tnēdi iubileum.

L † Cōditiones anni iubilei.

¶ Causa autem quare non fierēt ista:eadem est que erat in anno remissionis que posita.s̄ est.Et ex hoc inducitur q̄ nō fit annus iubileus in vltimo anno septime hebdomade.ſ.in quadragesimonono:qñ ille annus erat remissionis cuz esset septimus in septima hebdomada:⁊ annus septimus semp erat annus remissionis. Si tñ accidisset iubileus semper in anno quadragesimonono esset idem annus iubilei ⁊ remissionis.⁊ tūc superfluum esset q̄ diceretur in anno iubilei nō debere meti:nec coli agros: cum hoc ex conditione anni remissionis fieret.sed hic positum est tanq̄ ad aliquam necessitatem.ergo non est idem annuz iubilei ⁊ remissionis.⁊ cōr esset annus iubilei quinquagesimus ⁊ non quadragesimus nonus qui erat annus remissionis. (Nec metetis sponte nascentia in agro.) Non est intelligendum q̄ nullo mō iudei colligerēt ea que nascebant in agro anno illo:cuz immediate dicatur Cxium.ſ.statim oblata comedetis.sed est sensus q̄ non colligerēt segetes agroz in anno illo sicut in alijs annis: cum totaliter colligebant pro se: sed q̄ colligerēt particulam ad necessitatem ciboz:sicut dicebatur de anno remissionis. (Et primitias vindemie non colligetis).i.non colligetis vuas primas in modum vindemie.sicut s̄. dicebatur de anno remissionis.ſ. ⁊ vuas primitiaz tuaz non colliges quasi vindemiaz. Nō enim prohibetur collectio vuaz primitiaz: sed q̄ non colligantur in modum vindemiantium. ⁊ sic dz.primitias vindemie .i. primitias in modum vindemie.nam si intelligerentur q̄ non colligerentur primitie vindemie sequeref q̄ nihil posset intelligi: qñ nihil potest colligi nisi primum aliqd colligatur:cum nunq̄ fiat inicium a scōis vel tertijs. Alio modo potest intelligi non colligetis primitias vindemie.i.non colligetis primas vuas que vindemiari possunt:sed permittetis eas pauperibus vt ipsi primo colligant deinde vos colligatis. Iste sensus multum apparet ex littera.sed prior rationabilior est ⁊ magis concordat superioribus. Alio modo potest intelligi.non colligetis primitias vindemie i.non colligetis primas vuas ad faciēdum vinum:sed poteritis colligere eas ad cibum.⁊ iste sensus multum concordat ei qō immediate dz.ſ.sed statim oblata comedetis. ⁊ q̄q̄ alij sensus sint satis veri:tñ iste ⁊ primus magis concordant littere. (Ob sanctificationem iubilei).i. facietis hoc ꝓpter sanctitatem anni iubilei. nam in alijs annis colligitis vuas ad faciendum vinum p vobis: nunc autem in anno iubilei non colligatis sic:vt sint vobis in cibum ⁊ pauperibus. (Sed statim oblata comedetis).i.non debetis facere vinum de vuis in anno iubileo:sed comedebantur solum in modum fructuum:⁊ sic paucitas vuaz sufficiebat illis.si autem fecissent vinum omnes vuas colligerēt:⁊ sic dz. sed statim oblata comedetis.i.immediate vt duxeritis vuas de vineis comedetis non expectantes vt inde faciatis vinum.⁊ hoc idem intelligitur de segetibus q̄ non deberent eas nisi metere: sed ducere aliqd de eis ad dandum animalibus:vel vt ipsi faciant inde polentam.cetera autem maneant pauperibus vt ipsi colligentes terant ad faciēdum panes ex illis. (Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas.) Dic repetitur qō.s̄. dictum est.ſ. q̄ in anno remissionis omnes iudei qui vendiderāt possessiones redirent ad eas:ita q̄ illi qui emerant restituerēt eas nullo dato precio.⁊ ponitur hoc tanq̄ principium eoz que.j. dicuntur vbi agitur de modis venditionum ⁊ redditionum.

In anno iubilei si ōbebat seri nec meti:sz oēs fructus erāt sors sicut in anno septio

D † Notādum litterale.

E † Triplex lra expositio.

† † † F

¶ Quando vendes quippiam ciui tuo: vel emes ab eo:ne contristes fratrem tuum:sed iuxta numerum annoruz iubilei emes ab eo: ⁊ iuxta supputationem frugum vendet tibi. Quanto plus anni ✝ remanserint post iubileum tanto crescet ⁊ precium:quanto minus temporis numeraueris:tanto minoris ⁊ emptio constabit. Tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere cōtribulos vestros: sed timeat vnusquisq̄ deum suum: quia ego dominus deus vester. Facite precepta mea ⁊ iudicia custodite: ⁊ implete ea: vt habitare possitis in terra absq̄ vllo pauore: ⁊ gignat vobis humus fructus suos: quibus vescamini vsq̄ ad saturitatem nullius impetum formidantes.

Als ✝ remanserit.

Incidētalis pars.

Qñ vendes quippiam. Dic ponitur pars incidentalis in qua ponuntur duo incidentia circa supradicta. Nam dictum fuerat ꝙ in anno iubilei rediebant omnes ad possessiones suas. ⁊ ponuntur duo incidentia. Primum erat qz dictum fuerat ꝙ in anno iubilei rediret quilibet ad familiam ⁊ possessionem suam. ponitur prouisio de hoc ſ. ꝙ quando fieret venditio nunquam excederet annum iubileum. Etiam dictuꝫ fuerat. ſ. ꝙ in anno remissionis non sereretur: nec putaretur: nec fructus colligerentur. ponitur incidens prouisiuum circa hoc. ſ. quid faciendum est in anno septimo ⁊ octauo quando non sereretur: nec essent fruges. ⁊ circa hoc ponuntur tria. Primo ponitur modus venditionis in generali. Secundo modus prouisionis anni septimi ⁊ octaui. Tertio reuertitur ad modum venditionis in speciali. Scōa ibi. (Q; si dixeritis.) Tertia ibi. (Terra quoq;.) Circa primuꝫ dicitur. (Qñ vendes quippiam ciui tuo.) Dic ponitur de modo venditionis faciende inter iudeos. ſ. ꝙ non esset venditio illa sicut inter alias gentes. nam in alijs fiebat venditio simpliciter: inter iudeos autem quecunq; res venderetur non poterat vendi simpliciter si ad hebreos pertinens esset: sed vendebatur vsq; ad annum iubileum: deinde autem redibat res illa ad priorem possessorem. ⁊ sic non vendebatur res pro tanto precio quantum valeret: cum non venderetur ad omne tempus sed pro parte precij: ⁊ contingebat ꝙ aliquando res esset magno tempore vendita ⁊ aliquādo paruo. quantumcunq; enim esset tempus magnum venditionis non poterat excedere annos quadragintanouem: qz etiam si vēderetur prima die post iubileum cum reditura esset ad priorem dominum in sequenti iubileo: ⁊ inter iubileum ⁊ iubileum solum intercidant anni quadragintanouem: in illis annis esset vendita: immediate autem erat dies prima anni iubilei: ⁊ iam ibi res ad dominum priorem redibat. minores autem venditiones poterant fieri multipliciter. nam quedaꝫ per valde paucum tempus vt per annum vel duos annos. alie autem per maius ſm ꝙ tempus emptionis ⁊ venditionis distaret a iubileo. Et dicitur. quando quippiam vendes. non intelligitur hoc de omnibus que venduntur vel emuntur. nam tunc omnia que possidētur essent incerta: ⁊ non posset dari omnibus conueniēs modus viuendi. nam non potest aliquid habere homo nisi emendo: vel vendendo: vel aliquo modo commutando. ⁊ tunc teneretur alicui omnia que possidet reddere alijs ⁊ non possidet: qz plurima eorum que vendita sunt ⁊ empta in tanto tempore quātum est vsq; ad iubileum pereunt: ⁊ non possent reduci ad dominum priorem: nec tamen erant adhuc reducende res que possidentur ad priores dominos q̄q̄ superfint si mobiles sunt. (In quo ꝓsiderādum est ꝙ intelligitur ista littera de bonis immobilibus que venduntur. nam sicut in superioribus dictum est sicut in omnibus alijs gentibus venditiones fiunt in eternum ⁊ omnes res venduntur simpliciter: ita inter iudeos fieret nisi deus vellet aliquid speciale in eis agere. ſ. tenere certitudines distinctionis in tribubus ⁊ familijs. Hoc autem sicut. ſ. declaratum est non poterat haberi nisi per res possessas: ideo iussum est vt possessiones que pertinebant ad vnam tribum vel familiam etiam si vēderentur non manerent in eternum vendite: sed redirent in iubileo ad tribus vel familias quarum erant. vt sic non confunderentur distributiones sortium: ⁊ familiaruꝫ: ⁊ tribuum. nunc ergo ista lex tenet debet in bonis illis que sunt ad distinguēdum tribus vel familias. ⁊ diximus ꝙ non poterat cognosci tribus vel familia per hominem: qz quilibet homo mobilis est. cognitio autem certa debet se habere per immobile. ideo necesse vt per bona immobilia fiat ista distinctio. naꝫ bona immobilia manent in certis locis ⁊ illa possidētur ab hominibus certe tribus vel familie. ideo si dicatur ꝙ illa non possideantur nisi ab hominibus determinate tribus vel familie cognoscētur homines ad quam tribum pertinent vel familiam: per hoc ꝙ habent talem vel talem possessionem. ideo ista lex de reducendo possessiones dominis prioribus tenet in bonis immobilibus: in bonis tamē mobilibus non tenet: quoniam per ea non potest haberi aliqua determinatio vel certitudo de tribu vel familia. sicut enim homo qz mobilis est ⁊ potest esse in quocunq; loco voluerit non cognoscitur per se de qua tribu sit: ita neq; cognoscereꝫ p bona mobilia que possidet: qz illa in quolibet loco esse possent: qō tollit distinctionem ⁊ certitudinem. ideo enim bona immobilia distinguere possunt tribus ⁊ familias: qz in certo loco manent ⁊ inde nunquaꝫ mouentur. de mobilibus autem econtrario est. ideo ista lex non intelligitur de illis. sed quomodocunq; iudei venderent ista bona mobilia vēditio illa manebat in eternum: siue res vendite supereſſent tempore iubilei: siue nō. (Ciui tuo vel emes ab eo.) Dic innuitur in quo intelligatur ista lex: ⁊ dicitur ꝙ in omnibus. ⁊ non vocantur hic ciues omnes qui morantur in eadem ciuitate: sed solum illi qui sunt iudei ex genere. alij autem qui conuertebantur de gentilitate ad iudaismum q̄q̄ per centum annos aut plures ipsi ⁊ posteri eorum manerent in aliqua ciuitate nunquam erant ciues: sed semper vocabantur aduene. (Causa huius est: qz ſm ꝙ ait Aristo. in. 3. Politic. multitudo seruorum ⁊ banausorum non facit ciuitatem: sed communitas participantium lege ⁊ principatu loci illius in quo est. de gentilibus autem conuersis ad iudaismum non erat sic: qz q̄q̄ participarent lege quantum ad ea que facere debebant. ⁊ patet sicut dictum fuit precedenti capit. ſ. equum iudicium inter vos sit: siue ciuis: siue peregrinus peccauerit. tamen non participabant principatu: qz conuersis non dabantur dignitates in populo: vel officia: aut quicquid dicat aliquam excellentiam sicut declaratur Deuterono. 23. capi. iudeis autem ex genere ista duo erant. ſ. participare lege ⁊ principatu: ideo totaliter erant ciues. ⁊ sic dicitur ꝙ ista lex tenet quando emptio vel venditio facta est inter ciuem ⁊ ciuem. i. inter iudeum ⁊ iudeum ex genere. non poterat tamen esse inter iudeum ⁊ conuersum de gentilitate ad iudaismum. (Sed sciendum ꝙ non ponitur hic ista regula ad excludendum conuersos de gentilitate tanquam cum ipsis possit fieri aliquis talis contractus. nam ista lex solum est quantum ad venditorem. ſ. ꝙ non grauetur ipse ab emptore detinendo rem venditam vltra tempus iubilei. sed conuersi ad iudaismum non poterant vendere aliquas possessiones ad inuicem vel iudeis: quia ipsi nihil horum habebant. nam tota terra promissionis erat distributa iudeis per sortem: ⁊ ille possessiones quomodocunq; venderentur siue iudeis: siue conuersis de gentilitate non poterant manere apud eos nisi vsq; ad annum iubileum. cum ergo conuersi ad iudaismum non possent habere aliquam sortem inter iudeos non poterant possidere nisi iudei venderent eis illa bona possessa: ⁊ tunc non poterant permanere apud eos nisi vsq; ad iubileum. ergo nullo modo poterant conuersi ad iudaismum vendere aliqua bona immobilia. ⁊ sic non intelligitur ista lex de illis. ſ. ꝙ ipsi venderent. Hoc namq; generale erat ꝙ conuersi ad iudaismum quandocunq; ciuites essent non poterant possidere nec vnum palmum terre in terra promissionis: etiam si pro illo dare vellent quicquid haberent: qz non poterat aliquis iudeorum vendere gentilibus possessionem suam ad semper vel conuersis ad iudaismum: aut filijs cōuersorum. ideo q̄q̄ conuersi inter iudeos possent esse ciuites inter iudeos: tamen non poterat esse in bonis immobilibus sed solum in pecunijs ⁊ rebus mobilibus. lex ergo ista non expressit hoc debere seruari inter ciuem ⁊ ciuem. i. inter iudeum ⁊ iudeum tanquam fieri posset inter iudeum ⁊ conuersum ⁊ fieri vetaretur. Sed ideo prohibuit de non ciuibus: qz alia priuilegia anni iubilei ⁊ remissionis que eis communicari poterant non communicabantur. ſ. ꝙ remitterentur eis debita sicut remittebantur iudeis in anno septimo ⁊ iubilei. nam iudeis adinuicem remittebatur omne debitum contractum ex mutuo in anno septimo remissionis: vel in iubileo: ita vt non posset repeti ab eo. gētilibus tamen non remittebatur: nec conuersis ad iudaismum: sed etiam post annum remissionis repeti poterat quodcunq; debitum. sic patet Deuterono. 15. capitu. idem erat quantum ad seruitutes: qz in anno septimo iudei liberabantur aliqualiter a seruitute: in anno autem iubilei liberabantur totaliter. sed conuersi ad iudaismum: vel filij ipsorum nunquam liberabantur: siue annus septimus: siue iubileuꝫ veniret: sed manebant serui hereditarij vsq; in eternuꝫ. ⁊ sic non habebant conuersi ad iudaismum aliquod priuilegium anni remissionis vel iubilei. (Ne contristes fratrem tuum.) Hoc refertur ad emptorem qui contristare poterat venditorem si detineret ei rem venditam vltra tempus legis. emptores autem non poterant contristari aliquo modo: qz lucrum eis cedebat: ⁊ est sensus. ne contristes fratrem tuum. i. quando emeris aliquam possessionem a fratre tuo non contristes eum volendo ei detinere possessionem vsq; in eternum sicut alie gentes faciunt: sed reddas ei in iubileo. Vocātur autem hic fratres iudei adinuicez qui sunt ex genere israel. conuersi autem ad iudaismum non vocantur fratres. sic patet infra cum dicatur. seruus ⁊ ancilla sint vobis de nationibus que in circuitu vr̄o sunt: aut de aduenis: ⁊ postea subdit. fres aūt vestros filios israel ne opprimatis. ⁊ iterꝫ distinguunt ibidē fres ⁊ aduene: cū dr̄. si inualuerit apō vos manus aduene ⁊ pegrini: ⁊ attenuatus fr̄ tuus ⁊c. sic dr̄ Deus 15. c. cū venditus fuerit tibi fr̄ tuus hebreus

† Modꝰ vēditionis faciēde inter iudeos.

Uēditio q̄ fiebat iter iudeos nō poterat cē maior. 49. annis in immobilibus

Notādum de lr̄a textꝰ

† Qō. 15. A Qui sūt ciues inter iudeos: ⁊ qūo conuersi ad iudaismuꝫ non cōicabāt oia p̄ uilegia iubilei et anni remissiōis Notādū

B Cōuersi ad iudaismū nō poterant possidere nec vnuꝫ palmum terre.

tuus hebreus aut hebrea. sic quoq; Deutero. 24. cap. ⁊ in multis alijs locis. (Sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo.) i. non contristabis fratrem tuum volendo ei emere res suas: vel iam venditas detinere in eternum: sed solum emes iuxta numerum annorum vsq; ad iubileum: ideſt si tempus magnum manserit ab eo tempore quo tu emeris possessionem fratris tui vsq; ad iubileum: pro vnico tempore erat vēditio. si aūt pauci anni restabant pro paucis annis venditio fiebat: ita tñ q; nunq; excederet venditio tempus iubilei: ⁊ hoc erat esse venditionem iuxta numerum annorum iubilei.

¶ Quare iudei volebant aliquid emere in rebus immobilibus: cum ista venditio non maneret in eternum. Et qd vtilitatis consequebatur emptor ex tali emptione. Qō. 16.

Sed diceret aliqs quare iudei volebant aliqd emere in rebus immobilibus: cum ista venditio non maneret in eternum. ¶ Respondendum est q; iudei poterant habere vtilitatez ex talibus emptionibus. Pro quo intelligendum q; iste qui vendebat rem: aut volebat eam redimere ante iubileum aut non. Si redimebat eam ante iubileum emptor nihil vtilitatis ꝺsequebatur: qz non faciebat fructus suos: sed solum computabantur in sortem deductis laboribus: ⁊ dabat insuper ille qui vendebat partem precij recepti sup fructus quousq; compleretur totum precium. ⁊ sic restituebatur possessio vendita domino suo. Si vō non redimeret venditor ante iubileum rem venditam in iubileo redibat res ad eum nullo dato precio: ⁊ tunc poterat ꝺsequi aliquam vtilitatem emptor: qñ fructus poterant maiores esse q̄ sors. ⁊ q̄q̄ supercrescerent non tenebatur restituere eos venditori. boc autem expectabāt omnes emptores ideo emebant. primo autem modo nihil vtilitatis ꝺsequi poterant. ¶ Circa boc sciendum est q; apud iudeos possessiones non ꝓprie vendebantur sed locabantur: qz vsq; ad tempus certum solum manebat ille ℨctus. ⁊ pp boc quandocūq; aliqua res vendebatur estimandum erat quantus erat valor maximus eius. nam sicut inter nos qz pura venditio est ⁊ ad omne tempus estimatur quantum res maxime valere potest: ita inter iudeos maximum qō res valere poterat erat precium qō daretur pro illa ab vno iubileo vsq; ad alterum iubileum: qz boc erat tempus longissime venditionis. Si ergo estimaretur de aliqua re q; ipsa vendita ab anno iubilei vsq; ad alterum annum iubilei valeret mille: si venderetur decem annis post annum iubileum valebat octingenta: qz sicut subtrabitur decima pars temporis ita subtrabenda est decima pars precij. ⁊ si venderetur triginta quinq; annis post iubileum deberet vendi pro quingentis: qz sicut subtrabitur medietas temporis ita medietas precij: ⁊ sic de oibus alijs differentijs tempor: siue magno tpe: siue pauco res ante iubileum venderetur. semp enim erat taxādum precium cum tempore. ista etiam taxatio ꝓficiebat ad boc si vellet venditor ante tempus iubilei redimere possessionem suam: qz ſm boc deberet estimari q̄tum de precio deberet dare venditor pro re empta: quoniam non debebat totum qō susceperat. (Et iuxta supputationem frugum vendet tibi.) Ista est expositio superioris dicti. s. q; non vendatur res simpliciter: sed iuxta supputationem frugum. i. pro oibus illis annis in qbus percipi poterant fructus vsq; ad iubileum. fiebat enim boc sicut in locatoribus: qui quanto maiori tpe locant maius precium habent. Inter hebreos aūt maximum tempus venditionis huius que videtur esse locatio erat vsq; ad iubileum: ideo debebāt estimari fructus quantum valerent vsq; ad iubileum. ⁊ qz inter iubileum ⁊ iubileum erant quadraginta nouem anni percipiendi fructus computabatur quantum valerent iste perceptiones quadraginta nouem annor: ⁊ postea quocūq; tempore inter iubileum ⁊ iubileum fieret venditio rer computabantur anni percipiendor fructuz: ⁊ ſm hos diminuebatur de precio totali rer: qō erat si venderentur de iubileo vsq; ad iubileum. ⁊ ſm hoc habeāt magis aut minus pro re ſm estimationem annor in qbus debebāt percipi fructus. ⁊ qñ hic dī de supputatione annor frugum: non solum intelligit de frugibus: sed etiam de oibus alijs fructibus. idem fiebat in vinea si venderetur. idem quoq; in rebus nō habentibus fructum: nisi ipsum vsum rer: sicut sunt domus locate. in his etiam considerabatur tempus manens ad habitandum: qz ſm maioritatem tpis vel minoritatem augebatur vel diminuebatur precium. (Quanto plus anni remanserint post iubileum tanto crescet ⁊ precium.) Determinatio superioris est. s. q; pro maiori tpe annor in qbus poterant percipi fructus de re daretur maius precium. ⁊ quantum esset tps minus tanto daretur minus precium: habita semp ratione ad totalem valorem rei. s. si venderetur ab vno iubileo vsq; in alterum. (Et quanto minoris temporis numeraueris tanto minoris emptio ꝺstabit). i. tanto minoris precij erit res que venditur quanto tps in quo res vendita apud emptorem manere debet minus est. ratio huius manifesta est: qz non fuit simpliciter venditio sed locatio. In vēditionibus autem simpliciter factis non ꝺsideratur an maius vel minus tps sit: qñ res non venditur cum limitatione certi temporis sed in eternum. Dī autem q; emptio tanto minoris ꝺstabit. i. tanto minoris precij erit. ⁊ accipitur ibi emptio pro re empta: qñ emptio nihil ꝺstat. (Tempus enim frugum vēdet tibi.) i. qñcunq; aliqs tibi vendiderit possessionem suam non vendit substantiam rei sed tempus frugum. i. sed fruges que percipi possunt illo tempore quo res vendita manet apud emptorem. ⁊ in boc ꝓprie assimilatur venditio facta inter iudeos locationi magis q̄ venditioni: qz in venditione ꝓprie dicta non venditur tempus percipiendi fruges: sed ipsa substantia rei cuz omni eo qō ꝓuenit ex re. in locatione autem solum venduntur fructus rei ⁊ non ipse res. sed hic dī de venditione que erat inter iudeos q; in ipsa vendebatur tempus frugum. ergo magis erat locatio q̄ venditio. Nec tñ potest dici q; vēditio que erat inter iudeos taliter esset locatio. nam cum alicui res locatur ille qui eam ꝺducit non potest alienare: cum solum habeat ius percipiendi fructus ex re locata ꝓ tempore quo durat locatio. ille tñ qui aliqd emebat inter iudeos magis de iure habebat in re: qñ poterat eam vendere cuicūq; vellet ⁊ ſm q; vellet: saluo tñ iure primi venditoris. s. q; in anno iubilei rediret ad eum possessio sua sicut reditura erat si manssisset apud primum emptorem. ⁊ sic ꝑ ex predictis q; venditio que fiebat inter iudeos non erat pure vēditio: nec pure locatio. magis tñ accedit ad naturam locationis q̄ vēditionis ꝓprie dicte. (Nolite affligere ꝺtribules vestros.) Hic admonet deus emptores ne affligant venditores volendo detinere res emptas extra tempus iubilei. nam in hoc nimis affligerentur venditores: qz simpliciter carerent rebus suis. ⁊ ꝑ hic qō ℨ. dicebatur intelligi istam legem de solis iudeis: de ꝺuersis autem nequaq;. nam hic dī q; non affligant iudei ꝺtribules suos. Dicuntur enim esse ꝺtribules illi qui sunt de eadem tribu. gentiles autem ꝺuersi non habebant aliquaz vnitatem cognationis cum iudeis. ⁊ sic si iudei possent aliqd emere a gentilibus ꝺuersis non teneret ista lex in eis: qñ non erant de tribubus hebreorum: nihil tñ ab eis immobile emi poterat: cum ipsi non possent aliqd immobile possidere in terra hebreor vt. ℨ. declaratuz est.

*¶ Et sciēdum q; hic accipitur tribus large pro quacunq; attinentia cognationis. nam si acciperetur tribus specialiter sicut dicimus esse duodecim tribus israel: obligaretur glibet hebreorum non affligere illum de cuius tribu erat. poterat tñ affligere quoslibet de alijs vndecim tribubus de qbus ipse non erat. sed hoc qō dī hic de non affligendis ꝺtribulibus de oibus iudeis intelligitur: siue essent de eadem tribu: siue de diuersis. dicebantur autem large esse omnes de eadem tribu inquantum erāt ab eodez capite. s. a Jacob. Et q̄q̄ istud qō hic dī intelligaē de non affligendo ꝺtribules detinendo res venditas vltra iubileum: etiam intelligi potest de omnibus afflictionibus quas aliqs inferre potest ꝺtribulibus suis: potissime in emendo. vt si aliquis de iudeis necessitate coactus venderet possessionem suam alteri: qui videns eum esse in angustia nollet ei dare valorem rei sed valde minus affligeret eum: qñ cogeret illum ad vendendum pro pauco precio: ⁊ banc afflictionem deus vetat. ipse enim promittit se inflictur penas pro omnibus fraudibus que ℨ iudeos pauperes fiant vt dī Deut. 15. c. cum dī. ne clamet ℨ te ad dñm ⁊ fiat tibi in peccatum: sed dabis ei: nec ages quippiaz callide in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi deus oi tempore ⁊ in omnibus ad que manum miseris. (Sed timeat vnusquisq; deum suum). i. q̄q̄ illi quos affligitis non sint potentes reddere vobis malum pro afflictione ꝓp cuius timorem desistatis ab affligendo: tñ timeatis deum vestrum: ⁊ ꝓpter huius reuerentiam ⁊ timorem non affligatis. (Quia ego dñs deus vester). i. timete deum: qz ego sum deus vester potens vobis malum infligere qō voluero: ⁊ si non timueritis desistētes propter boc ab afflictione ꝺtribulium ego vos affligam. (Facite precepta mea ⁊ iudicia custodite.) Admonet hic deus ad custodiam preceptor suor. s. vt iudei diligenter obseruent omnia que ipse iussit. ⁊ ponitur hic custodire ⁊ facere non tanq̄ distincta: qñ q̄q̄ alibi distinctionem habeant cum referuntur ad idem: hic tamen distingui nequeunt: quia referantur ad diuersa. s. ad iudicia ⁊ precepta: ⁊ sic facere ⁊ custodire idem est quod exequi. Distinguuntur tamen precepta ⁊ iudicia: quoniaz precepta per-

Uenditio rerū imobiliū apud iudeos nō erat vēditio: ſz locatio. iassimi labatur.

Decimatio sapientis.

Deus ēptores admonet ne vēditores affligant.

Non tenebat ista vēditio inter iudeos ⁊ cōuersos. Et qūo bēbāt occasionez ꝺuersi affligēdi iudeos quos emebant.

*Notāduz

Admōitio ōi ad custodiā pceptorū suorum

*Precepta ac iudicia differunt.

tinent hic ad cerimonias que sunt ad deum. iudicia autem sunt leges directiue quomodo se habeat homo ad proximum suum. Hoc autem qō dicitur de iubileo ad iudicialia precepta ptinet: inquantum in eo fiebant remissiones debitoꝝ ꝛ seruitutum ꝛ reductio reꝝ alienataꝝ ꝛ communicatio fructuuꝫ. ideo preceptum de iubileo per se sumptum magis debet vocari iudiciale q̄ ceri moniale. aliqua tñ erant in eo que ad cerimonias satis reduci possunt. ꝛ qz in iubileo non soluꝫ iubebatur fieri vnum sed multa: ꝛ de quolibet eoꝝ preceptum datur. potest dici q̄ ista precepta ꝛ iudicia que deus hic obseruari iubet sunt solum ea que pti
† nent ad annum iubilei. (Et implete ea.) Hoc addit aliqd super facere ꝛ custodire. nam q̄q̄ aliqs obseruet precepta attendens ad ea ꝛ exequatur id quod iubetur: potest tñ non omnia facere que iubentur: vel non completis cerimonijs cuiuslibet rei que iubetur. ideo dz q̄ non solum fiant ꝛ custodiantur: sed etiam im
† pleantur nihil pretermittendo de eis que iussa sunt. (Ut habitare possitis in terra). i. hoc facietis ꝛ tūc poteritis habitare in terra quam trado vobis: alioquin non ꝓmanebitis in ea magno tempore: qñ deus tradebat iudeos in manu hostium quādo ipsi puertebant precepta eius ꝛ transducebant illos de terra sua: sicut pz de captiuitate tribuum israel ꝛ de captiuitate tribuꝫ iude: qñ ꝓpter peccata transducte sunt in gentes alienas. vnde Moyses qñ admonebat iudeos ad custodiendum precepta dei dicebat q̄ dispderet eos de terra nisi custodirent ea. sic pz Deut. 4. c. cum dz. testes inuoco hodie celum ꝛ terram cito vos perituros de terra quam transito Jordane possessuri estis: non habitabitis in ea longo tempore: sed delebit vos dñs atq̄ dispget in omnes gentes. ꝛ qñ hic dz. vt habitare possitis in terra. non est sensus q̄ ly vt dicat finem. s. q̄ ideo iudei obseruarent ista precepta vt deus ꝺseruaret eos in terra quam dederat: qz tunc deus induceret illos ad puertendum ordinem charitatis.

Ordo i charitate.

¶ Est enim ordo in charitate vt deus sup omnia diligatur: ꝛ ꝓp seipsum: alia vo ꝓpter deum. si tamen vt teneretur hic dicens causam finalem: esset sensus q̄ deus faceret se coli non pp se: sed pp aliqd alteꝝ. s. vt iudei manerēt in terra eis data. Sed hoc absurdum est. etiam si aliqs deum diligat ꝓpter hoc solum vt ei bonum faciat: amor iste deordinatus est ꝛ non ſm charitatem: ideo peccatis non caret. est ergo sensus vt teneatur hic vt non tanq̄ dicens causam finalem: sed vt denotans ꝺsequam. ꝛ est sensus. implete mandata mea vt habitare possitis in terra. i. implete mandata ꝛ tunc poteritis habitare in terra. ꝛ iste modus loquendi est multum vsitatus in sacra scriptura. ꝛ vez est q̄ iudei obseruantes mandata dei habitarent in terra: qz obseruatio preceptoꝝ cerimonialium ꝛ iudicialiuꝫ veteris testamēti ſm se ꝓmerebatur bona temporalia ꝺcedi: sicut manere in terra ꝛ in securitate atq̄ victoria hostium ꝛ abundantia temporalium bonoꝝ in terre nascentibus: sicut declaratum fuit. ē. 18. ca. circa ꝓncipium. (Absq̄ vllo pauore). i. vt habitetis sine timore hostium. nam sicut expelli⁹ de terra ꝓp peccatum iudeis eueniebat: ita habitare in terra cum timore hostili ꝛ persecutione habatur in penam. ꝛ sicut peccata inter se inequalia sunt ꝛ habent quendam ordinem excessus in maiozitate ꝛ minozitate grauitatis ita pene se habent ſm gradus. vnde quando iudei a ꝓncipio peccabant dabat eis deus minozes penas mittens hostes sup illos qui inquietarent ꝛ psequerentur eos in terra sua: sicut apparet ex libro Judic. in quo sepissime dz q̄ cum iudei delinquerent ꝺ dñm tradebat eos in manus hostium: qui subijciebant eos seruituti prementes in terra sua. ꝛ cum iudei clamarent ad dñm suscitabat eis aliqnem saluatozem. sic quoq; in libris Reguꝫ appa
ret. Cum vo vltimate peccata israelitaꝝ desperata facta sunt tradidit eos deus in eternam seruitutem assyrioꝝ. sic quoq; de tribu Juda factum est vt apparet ex. 4. lib. Reg. cap. 17. et. 2. Paralipo. c. vlt. De ordine autem istaꝝ penaꝝ ſm excessus peccatoꝝ dz. c. seq. (Et gignat vobis humus fructuos suos). i. si feceritis mandata mea terra dabit vobis fructus: alioquin ꝓcutiebātur egestate magna. sic pz Esa. c. 1. s. si volueritis ꝛ audieritis me: bona terre comedetis. sic quoq; dz seq. c. s. si in preceptis meis ambulaueritis dabo vobis pluuias tpibus suis: ꝛ terra gignet germen suum: ꝛ pomis arbozes replebuntur: apprehēdet messium tritura vindemiam: ꝛ vindemia occupabit sementez: ꝛ comedetis panem vestrum in saturitate: ꝛ absq̄ pauore habitabitis in terra vestra: comedetis vetustissima vetez: ꝛ vetera nouis superuenientibus ꝓjcietis. deinde ponitur pena non obseruantium. s. visitabo vos velociter in egestate ꝛ ardore qui ꝺficiat oculos vestros ꝛ ꝺsumat animas vestras: frustra seretis sementez que ab hostibus deuozabitur. ꝛ multa ibidem similia. sic quoq; dz

Deus nō iubebat iudeos obſuare preceptaad ad ꝫ q̄ possent manere in terra: sed pp dei cultum.

† Peccata ac pene se bñt ſm gradus

De ordine pūiēdi quē deus bēbat i iudeis ītinue peccantibus.

† Deu. c. 28. ꝛ Aggei. c. 2. (Quibus vescamini vsq̄ ad saturitatē.) Est enim saturitas premium eoꝝ qui obseruant precepta. fitis autem ꝛ fames pena non obseruantium. ꝛ cum peccata iudeoꝝ tantum creuissent mittebat deus in eos famem validam quousq̄ complerentur comedere stercora: ꝛ ad vltimuꝫ comedebāt carnes filioꝝ suorum ꝛ filiaꝝ vt dz seq. c. ꝛ Deut. 28. c. ꝛ sic aliqñ factum est in israel: vt obsessa Samaria a Benadab rege syrie venundaretur vnum caput asini octuaginta argenteis: ꝛ quarta pars vnius parue mensure stercoris columbaꝝ quinq̄ argenteis. ꝛ tunc due mulieres comederunt filium vnius eaꝝ vt pz. 4. Reg. 6. c. (Nullius impetum formidantes). s. si precepta mea custodieritis etiam si omnes gentes ꝺ vos pugnēt non timebitis. ꝛ potest ista littera intelligi dupliciter. Uno modo q̄ iudei nullius impetum formidarent. i. q̄ non timerent q̄q̄ aliqui insurgerent ꝺ eos: deus enim deleret illos: sicut apparet sepissime ex libris historialibus. Alio modo potest intelligi q̄ nullius impetum formidarent. i. q̄ non timerent q̄ aliquis insurgeret ꝺ eos. nam deus ponebat terrozem in cordibus hostium ꝛ nullus audebat psequi illos. sic enim pz de Jacob quem volebant delere cum filijs suis ꝛ tota domo sua omnes populi chananeoꝝ pp destructionem ciuitatis Sichez: deus tñ posuit pauozem in cor de eoꝝ. sic dz Genes. 35. cum dz. cumq̄ ꝓfecti essent: terroꝝ oñi inuasit omnes per circuitum ciuitates ꝛ non sunt ausi psequi recedentes. vterq̄ eoꝝ sensuum conueniens est.

† Duplex ītē expō.

¶ Quod si dixeritis. Quid comedemus anno septimo si non seuerimus: neq̄ collegerimus fruges nostras ꝛ dabo benedictionem meam vobis anno sexto: ꝛ faciet fructus trium annozum: seretisq̄ anno octauo ꝛ comedetis veteres fruges vsq̄ ad nouum annum: donec noua nascantur edetis vetera.

Modus ꝓpositōis anni septimi et octaui.

Quod si dixeritis. Hic ponitur ꝓpositio de cibis anni septimi ꝛ octaui: ꝛ est scōz incidēs. Deus enim dixerat. ē. q̄ in anno septimo remissionis non seminarent: nec putarent vineas: nec colligerent fructus agroꝝ. dicerēt ergo iudei q̄ cum hoc agendum esset in anno remissionis ꝛ in iubileo: qūo possent habere cibos ꝓ duobus annis. s. ꝓ anno septimo ꝛ octauo. Et qñ veniret annus iubilei oportebat ꝓ tribus annis cibus ingri: ꝓsuppositia opinione quozūdam. s. ꝓ anno septimo remissionis qui erat immediate ante iubileum: ꝛ ꝓ anno iubilei sequenti in quo non serebatur nec colligebatur: ꝛ ꝓ alio anno vsquequo ex noua semination fructus haberent. respondet autem deus q̄ ipse ꝓuideret fructus in anno sexto ante annum remissionis: ita vt haberent ꝓ oibus annis sequentibus vsquequo venirent noue fruges. ꝛ istud erat dei miraculum: ꝛ satis apparebat hoc non fieri per accidens vel ex aliqua ꝺditione speciali nature: sed solum ex dei bonitate: cum semp in sexto anno nascerentur fructus trium annoꝝ. Simile autem alteꝝ faciebat deus iudeis. iusserat enim vt ter in anno ascenderent in locum sanctuarij oēs masculi israelitaꝝ ita q̄ in vrbibus ꝛ alijs locis non muratis nullus vir manebat: sed sole femine: ꝛ tñ hostes qui erant in circuitu eoꝝ q̄q̄ desiderarent accipere terram illoꝝ ꝛ scirēt nullum mansisse in vrbibus defensozem: tñ non audebant ascendere ad occupandum terram. sic pz Exo. 34. c. cum dz. cum tulero gētes a facie tua ꝛ dilatauero teeminos tuos: nullus insidiabit terre tue ascendente te in ꝺspectu dñi dei tui ter in anno. (Quod si dixeritis. qd comedemus.) Deus enim posuit hoc respōdens ad qōnem iudeoꝝ anteq̄ ipsi quererent qd comesturi essent in āij illis. ꝛ hoc pp duo. ª Primo qz rationabile erat queri de modo ꝓuisionis istoꝝ annoꝝ. nam non videbatur esse aliqs modus ſm naturam per quem iudei cōmode habere possent fructus ꝓ istis annis in qbus non seminabāt. soluꝫ ergo manebat refugiuꝫ ad deum. q̄ ergo quererent a deo qūo ꝓuideret eis in annis illis non erat irrationabile dumtñ non quererēt de potentia eius dubitantes aut de bonitate: sed volentes scire an iuberet q̄ haberent istos fructus ꝓ aliquem modum specialem q̄q̄ fortassis melius fuisset non petere aliqd a deo ꝺfidendo totalr bonitati eius: q̄ ipse q̄ ista iubebat daret eis modū ꝓ quem haberent fructus. ¶ Aliud autem erat pp qō iudei quererent qūo haberent fructus: qz ipsi erāt nimis scrupulosi ꝛ non bene credentes deo: ꝛ semp volebant habere signa ad hoc q̄ aliq crederent. vnde dicebāt Christo q̄ volebāt ab eo videre signum: ꝛ ipse respondit q̄ generatio prava signum querit: ideo nō dabitur

† Judeoꝝ fames.

† Judei ꝓpter qd quererēt qūo haberēt fructꝰ in annis illis. ª Prima

Ř Nō peccarūt indei ꝫ q̄rēdo: melius tñ esset q̄ nō q̄rerent. Scda cā

bitur ei signum:nisi signum ione prophete.sic habetur Matth. 12.c. Apostolus quoq; nimis scrupulosos dixit esse iudeos ingrendo signa:sicut greci circa phiam curiosi sunt.sic patet. 1.ad Cozint.c.1.cum dicit.quoniā z iudei signa petunt:z greci sapiētiā.(Anno septimo).Dicunt enīz de anno septimo qd comedēt: qñ ille annus erat remissionis:z iubebat q̄ in eo non sererēt: nec colligerēt. ¶Sed q̄re nō dicit de āno octauo:cū ēt in anno octauo nō baberent qd comederēt.nam fruges que colligunt in anno septimo:in octauo anno p̄ maiozi parte comedūtur. ¶Rñdendum est q̄ non est facta mētio de anno octauo:eo q̄ ille qui ꝓuideret anno septimo:ꝓuideret āno octauo:z sic sufficiēs erat querere de vno eoz. Uel aliter dōz est q̄ de vtroq; quesitum est.tñ scriptura que breuiloqua est vt nō cogat multotiēs repetere vnū diminuit:sed postea cōplete ponit.sic autē dic in p̄ncipio q̄q; nō ponat de anno octauo.tñ postea rñdetur de illo.ſ.q̄ in anno sexto terra faceret fructus triuz annoz.z sic sufficiebat septimo z octauo. ¶Idem autē querendū esset de āno iubilei.nam qñ iubileus veniebat ſm vnā opinionē supza positam:erant plures anni sine frugib⁹.ſ.annus septim⁹ remissionis in quo non colligebat nec serebat:z annus sequēs qui erat iubileus.ſ.q̄nquagesimus annus:z sequēs qui erat q̄nquagesim⁹ p̄mus.nam q̄q; in hoc q̄nquagesimo p̄mo qui erat sequēs post iubileū terra sereret:tamē vsquequo haberent fruges noue:iudei non habebāt vnde alerent nisi dñs eis ꝓuideret. ¶Ad hoc tñ sicut ad p̄cedentia rñderi pōt q̄ qui ꝓuidebat pzo anno vno vel duob⁹ ꝓuidere posset p̄ tribus.nam qui vnū miraculū facit: poterit facere infinita cum nō sit maiozis potentie facere multa miracula q̄ vnum.(Si nō seruerimus:nec collegerimus). Ista est ratio ingrendi.nam si iudei possent serere z colligere in āno illo:non esset eis occasio ingrendi qūo alerent:qz tñ ista iterdicta erant habebāt cām inquirēdi. ¶Sed quere qūo iudei dicerent si nō collegerim⁹:qñ q̄q; deus eis vetuerat serere:tamē non vetabat comedere de sponte nascentib⁹ vt patet supza:imo ista dabat in cibum hominū z iumentoz. ¶Rñdendū est q̄ iudei dicere poterant hoc:quia q̄q; in anno septimo colligerēt de sponte nascētibus tñ ista quasi nihil erant conferēdo ad necessitates eozum z ad fructus quos habere solebāt aliis annis cū serebant.nihil autē z inutile equiparant. Cum ergo pauca colligerent poterant dicere se nihil colligere. ¶Uel alio modo pōt dici q̄ deus vetuerat eis colligere.nam etiā de ipsis terre nascētibus anni septimi dixit eis ne colligerēt ea in modum vindemie vel collectionis fructuū.sic habetur supza cum dicit.que sponte gignit humus nō metes:z vuas p̄mitiaruz tuarum non colliges q̄si vindemiā.ideo vterq; modus collectionis erat eis interdict⁹ anno illo.(Dabo vobis benedictionē meaz anno sexto). Dic ponitur rñsio dei.ſ.q̄ ipse faceret vt annus sext⁹ haberet fructum pzo oibus illis annis tā pzo anno septimo q̄q; pzo octauo.z dicitur q̄ habit benedictionē suam.i.abundantiā quam specialiter ipse facit.benedictio enim semp significat abundantiā aut multiplicationē.sic patet.2.ad Cozin.c.9.cum dicitur.hoc autem dico.qui parce seminat:parce z metet.z qui seminat in bñdictiōe in bñdictionibus z metet.ecce facit ibi oppositionē inter parcitatem z benedictionē.sed parcitas significat paruū z inops.ergo benedictio significat abundantiā.z parum ante hoc ait.z p̄parent repzomissaz benedictionē z non quasi auariciā.ecce fecit oppositionē inter auariciā z benedictionē:sed auaricia semper descendit ad paruitatē.ergo benedictio significat magnitudinē. z iste modus loquēdi est frequētatus in veteri testamēto.sic pz Deutero.7.et.28 c.maledictio autē ecōtrario semper significat diminutionē rerum.sic patet Malachie.c.3. cuz dicitur.in decimis z p̄mitijs:z penuria vos maledicti estis.sic igitur pzoziebabat deus benedictionē in anno sexto:qz faciebat illum abundare tripliciter sup oēs alios annos in fructib⁹ terre.(Fruges nostras).i.fruges quas habituri eramus.nō enīz loquūtur iudei de fructibus quos habebāt in anno septimo sponte natos: sed de illis quos habituri essent si terrā seminarent.q̄q; aliquo mō dici pōt q̄ intelligat de fructibus qui erāt sponte nati in annis in gbus nō serebat:qz de bis iubebat deus q̄ comederent a pauperib⁹ z peregrinis z bestijs terre z dñi non possent colligere quicqd spōte natū erat.(Et faciet fructus trium annoz).ſ. tātū habebitis in sexto āno quantū in tribus annis.Hoc tñ adhuc necessariū nō erat:sed sufficiebat q̄ essent tot fruges sicut in duob⁹ annis.qō pz quia a tēpore quo collecte erant fruges in sexto anno vsq; ad tēpus quo colligi deberēt in septimo anno si liceret colligi esset vnus ann⁹ integer.Deinde autem vsq; ad tēpus quo colligerent fruges in anno octauo esset alius ann⁹:z tūc inciperēt colligere fruges octaui anni z comedere de eis.naz in octauo anno serebat z colligebat:cum solum hoc ꝓhibitum in anno eēt septimo. ¶Dicit tñ deus daturus fruges trium annorū:quia accipiunt anni per synechdochen.ſ.partes annozū pzo ipsis annis totalibus:ita vt dicamus vnū annū esse partē anni sexti a collectione frugum vsq; ad annū septimum sequentem:z septimū annum qui integer est dicam⁹ esse alium annū.Deinde partē octaui anni vocabimus tertium annū.ſ.vsq; ad collectionem fructuū terre. ¶Similis modus loquēdi per synechdochē habetur in sacra scriptura.cum enim dicit christus Mat.12.ca. sicut enim fuit ionas in vētre ceti tribus diēb⁹ z tribus noctib⁹: sic erit filius hois in corde trre tribus diebus z tribus noctibus. Ibi enim loquebat de resurrectiōe sua post tres dies z tres noctes.z tñ manifestum est q̄ nō resurrexit post tres dies integraliter:sed post tres dies per synechdochē.Si enim accipiat dies naturalis a mometo in momentū solum surrexit xp̄s post diem z dimidiū z duas horas:qñ stetit mortuus in sepulchro q̄draginta horis.ſ.ab hora diei veneris vsq; ad primā horam diei dominice.z iste hore faciunt diem z dimidiū z duas horas.dicunt tñ esse tres dies. ¶In tēpore autem iubilei erant plures anni ſm opinionē supza tactam.p quibus deus deberet dare fructū in anno sexto.ſ.tres anni integri qui ſm morem scripture vocarentur quattuor anni per synechdochen.qō patet:qz deberēt eē fructus pzo anno sexto:z deinde p anno septimo qui erat ann⁹ remissionis:z iste erat quadragesimusnonus annus p̄cedēs iubileum.etiā deberēt esse fruct⁹ pzo anno sequēti q̄nquagesimo qui erat annus iubilei:in quo nihil licebat serere:aut metere.ēt debebāt esse fruct⁹ pzo anno sequēti post iubileuz vsq; ad tempus quo illa que serebātur in anno illo colligerentur:z sic erant duo anni dimidij.ſ.annus ante annum remissionis:z annus sequēs post iubileū.sed sicut deus in alijs annis pzouidebat dans fructum trium annozū in anno sexto:ita ꝓuideret tēpore iubilei dans fructus quattuor annozū. ¶Et hoc veruz erat q̄ iudei in anno sexto haberēt fructus trium annozū:si obseruarēt annos remissionis z iubilei.ipsi tñ raro ista obseruabant sicut cōcluditur ex fine secūdi libri Paralipo.vlti.c.vbi dicitur q̄ terra egit sabbatū omnib⁹ diebus quibus fuerūt iudei in babylone:qō videbatur factum:quia iudei tot annis reliquerant sabbata terre. z hoc videtur dici sequēti.c.ſ.q̄ tot ānis quiesceret terra iudeis existētibus in captiuitate quot annis ipsi nō obseruauerūt sabbata terre.cum habetur.erit terra vestra deserta z ciuitates dirupte:tunc placebūt terre sabbata sua cunctis diebus solitudinis sue quando fueritis in terra hostili sabbatizabit in sabbatis suis:eo q̄ non regeuerit in sabbatis vestris quādo habitabitis in ea. In istis ergo tēporibus quibus iudei non obseruabāt annos remissionis vel iubilei non dabat eis deus fruct⁹ trium annozum in sexto anno.Qō autē dictum est de quattuor annis fine fructibus intelligēdum erat accidere semper in septimo septenario annozū remissionis ſm vnam opinionē supza tactam: z tñ aliqñ saltem ſm veritatē accidebat:lz non esset in quolibet iubileo.sicut ostensum est supza.(Seretisq; anno octauo). In isto anno erat licitū serere z colligere sicut in oibus alijs annis:cum solum vetitum fuisset hoc in anno septimo.z tñ dicit q̄ non comedebant de frugibus vsq; ad nonū annum. In tempore autem iubilei addebat vnus annus:quoniā annus iubilei quanto erat imediatus post annū remissionis erat octauus.q̄q; alio mō vocetur quinquagesim⁹.nam vocatur q̄nquagesimus respectu iubilei p̄cedentis.vocatur autez octauus respectu anni septimi remissionis.z in hoc nō licebat serere:nec colligere:sicut nec licebat in anno septimo:sed serebatur in anno nono z comedebāt fruges noue in decimo.(Et comedetis veteres fruges vsq; ad nonū annum).i.habebitis de veteribus frugib⁹ tātū vt comedere possitis de illis vsq; ad annū nonum.vocātur autē fruges veteres:ille que colligebātur in anno sexto.z de istis comedebat vsq; ad annum nonū.nō q̄dem vsq; ad p̄ncipium anni noni:sed vsq; ad perfectam collectionē frugum anni octaui.ſm tamē vulgares cōputatur annus sequens post collectionem frugum anni cuiuslibet:vnde collectis frugibus anni octaui incipiunt vocare annum nonū.z patet q̄ fit ista intentio littere quia dicitur.(Donec noua nascantur edetis vetera).i.semper habebitis de frugibus anni sexti quousq; veniant alie noue fruges quas edatis. Et nō est sensus q̄ solum iudei comederent de veteribus.i.de frugibus anni sexti vsquequo nascerentur noue.i.vsq; ad natiuitatem nouarum frugum anni octaui.nam si solum vsq; ad illud tempus comederent iudei de veteribus:non maneret eis quicqd in cibum a tempore natiuitatis frugum vsq; ad collectio-

Qō. 17. A

Qz si dz d.8.āno qd iudei comederent.

Rñ.ad quesitū.

Dubiū.

Rñsio.

Qūo iudei dicerēt si nō collegerimus.

1.Rñsio

1.Rñ ad quesitū.

B

Dei rñ. ad q̄stuz iudeoz.

C

Cū dz vn⁹ ānus faciet fruct⁹ triuz accipif p synechdochē i.pzo partibus trium.

D

Xp̄s fuit trib⁹ diēb⁹ i sepulchro p synechdochē:qz non fuerūt duo dies adhuc nāles:sed vn⁹ dies z dimidius z due hore.

Nota. Iudei raro obſuauerūt ānū remissiōis z iubileū in terra ꝓmissiōis.

E

Fruges veteres.

nem earum perfectam quādo iam possent comedere de illis. ſz accipitur hic donec nascantur noua. i. donec nata ꝛ collecta sint. nihil enim pficiebat ad cibuz natas esse fruges nouas nisi tales essent que in cibuz sumi possent ꝛ meti. ꝛ hoc solum est tempore quo iam est perfecta messio illarum.

¶ Terra quoqz non vendetur in perpetuum: qz mea est: ꝛ vos aduene ꝛ coloni mei estis. Unde cuncta regio possessionis vestre sub redemptionis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculā suam: ꝛ voluerit propinquus eius: potest redimere quod ille vendiderat. Si autem nō habuerit proximum ꝛ ipse precium ad redimendum potuerit inuenire: computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: ꝛ qō reliquum est reddet emptori: sicqz recipiet possessionem suam. Quod si non inuenerit manus eius vt reddat precium: habebit emptor quod emerat vsqz ad annuz iubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominū: ꝛ ad possessorem pristinum. Qui vendiderit domum intra vbis muros habebit licentiaz redimēdi donec vnus impleatur annus. Si non redemerit ꝛ anni circulus fuerit reuolutus: emptor possidebit eam ꝛ posteri eius in perpetuum: ꝛ redimi etiam non poterit in iubileo. Si autē in villa fuerit domus que muros nō habet: agroꝝ iure vendetur. Si ✝ ante redempta non fuerit in iubileo reuertetur ad dominum suum. Edes leuitarum que in vrbibus sunt: semper possunt redimi. Si redempte non fuerint in iubileo: reuertētur ad dominos: quia domus vrbiuz leuitarum pro possessionibus sunt iter filios israel. Suburbana autem eorum non veneant: quia possessio sempiterna est. Si attenuat⁹ fuerit frater tuus ꝛ infirmus manu: ꝛ susceperis euz quasi aduenam ꝛ peregrinum ꝛ vixerit tecuz: ne accipias vsuras ab eo: nec amplius qz dedisti. Time deuz: vt viuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuraz: ꝛ fruguz superabundantiā non exiges. Ego dominus deus vester qui eduxi vos de terra egypti: vt darem vobis terram chanaā vt esseꝝ vester deus. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus: non eum opprimes seruitute famulorum: sed quasi mercenarius ꝛ colonus erit: vsqz ad annum iubileum operabitur apud te: ꝛ postea egredietur cum liberis suis: ꝛ reuertetur ad cognationem ꝛ ad possessionem patrum suorum. Dei enim serui sunt: ꝛ ego eduxi eos de terra egypti. Non veneant conditione seruorum. Ne affligas eum per potentiam: sed metuito deū tuum. Seruus ꝛ ancilla sint vobis de nationibus que in circuitu vestro sunt: ꝛ de aduenis qui peregrinantur apud vos: vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. Hos habebitis famulos ꝛ hereditario iure transmitte // tis ad posteros ac possidebitis in eternum. Fratres autem vestros filios israel ne opprimatis per potentiam. Si ualuerit apud vos manus aduene atqz peregrini: ꝛ attenuat⁹ frater tuus vēdiderit se ei: aut cuiqz de stirpe ei⁹: post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis redimet eum: ꝛ patruus ꝛ patruelis: ꝛ consanguineus ꝛ affinis. Si autem ꝛ ipse potuerit redimet se: supputatis dumtaxat annis a tempore venditionis sue vsqz in annum iubileum: ꝛ pecunia qua venditus⁹ fuerat iuxta annorum numeruz ꝛ ratione mercēnarij supputata. Si plures fuerint anni qui remanent vsqz ad iubileuz: ꝟm hos reddet ꝛ precium. Si pauci: ponet rationem cuz eo iuxta annorum numeruz: ꝛ reddet emptori quod reliquum est annorum: qbus ante seruiuit mercedibus iputatis. Non affliget euz violenter in cōspectu tuo. Qō si per hec redimi non potuerit: anno iubileo egredietꝝ cum liberis suis. Dei enī sūt serui filij israel quos eduxi de terra egypti.

De vēditione possessionum.

De vēditione domoꝝ.

Alis ✝ aūt

De vsura nō accipiēda.

14. q. 3. c. purant. ō vsuris. c. soluit. ꝛ p Io. an. c. videt eo. ti. in cle.

Infra eo.

Supra eo.

Reuersio legislatoris ad modum vēditionis i speciali. †

Qō. 18.

A Qūo iudei nō poterāt vēdere aliquid de terra p missiōis saltez ad vnā horā qz nō erāt oēs possessiones sz coloni.

Terra quoqz nō vēdetur. Hic reuertitur legislator ad modū venditionis in speciali. ꝛ ista ponuntur ratione anni iubilei in quo dissoluebantur facte venditiones. s. qz redibāt ad dominos pores. Et diuidit in tres partes: quoniā primo agitur de venditione agrorū. Secūdo de vēditione domorum. Tertio de venditione personarum. secūda ibi. (Qui vendiderit domuz). tertia ibi. (Si paupertate cōpulsus). Circa primū. (Terra quoqz non vendetur in perpetuū). Ponitur hic primo documentū generale de limitatione venditionuz factarum que non tenerent sicut in aliis gentibus: sed determinarentur ad certum tempus. Deinde limitat in speciali tempus istius venditionis: ꝛ modus redēptionis rerum venditarum. ꝛ dicitur qz terra non vēdetur in perpetuū. i. non poterunt vendi possessiones imobiles simpliciter pro omni tempore. ꝛ non potest accipi hic terra solum pro terra: sed etiā pro qualibet possessione imobili qcqz in aquis. nam necessariū est qz alique possessiones iudeorū essent in aquis sicut nunc sunt apud nos: ꝛ tamē illas vendere non poterant: sicut nec alias que erant in terra. sz omnes possessiones que immobiles sunt vocātur terra ex eo qz terra imobilis est. ¶ Volebat aūt deus qz nō venderet⁹ possessio aliqua terre in perpetuuz. ꝛ preter causas que supra assignate sunt. dicendū est adhuc esse alias. s. qz deus tradiderat terram chanaā iudeis quā eis sorte diuisit assignans vnicuiqz tribui ꝛ familie, pria loca. ꝛ quia quilibet partem suam agri: vel vinee: vel cuiuslibet rei imobilis a domino susceperat cum sua non esset in perpetuū alienare non poterat: imo nec aliqō tempus: cum solum essent iudei aduene ꝛ coloni dei quibus locauit terras illas: vel magis locauit eos in terris illis vt colerent eas. ad colonos autem nihil pertinet de corpore possessionis: sed pmisit eis posse ad tempus vendere ad subueniēdum necessitatibus illorum. nam si nunqz vendere possent pauperes angustiarentur diuitibus nolentibus aliquid dare pauperibus nisi venderent eis possessiōes suas. facta est aūt ista remissio. s. qz postqz iudei venderent liceret eis in anno iubilei redire ad possessiōes suas: ne dispositio dei facta de sortibus filiorum israel per quaz conseruabatur integritas ꝛ distinctio tribuum ꝛ familiarū mutaret⁹. Si enim cuilibet vendere possessionez suam licuisset: p vēditionem posset tota possessio vnius tribus ad alias pertransire. vnde necesse erat illam tribum perire quantum ad nomen ꝛ distinctionē: sed cōmisceretur aliis tribubus cum nō haberet aliquid in quo maneret distincta ab eis. sicut nūc alique familie vel

cognationes

cognationes aliquo tempore magne fuerunt.postea vero ꝺeꝑ ditis substantijs ꝺispersę sunt ꝛ cōmixte alijs familijs perierunt. Si enim illi qui erant ꝺe tribu ruben possessiones suas in perpetuum sicut nunc fit vendere potuissent:necesse erat eis transire ad habitādum cum alijs tribubus ꝛ ꝺispersi ꝺonec ex mixtione cum alijs nomen tribus istius periret. Deus autem volebat istas ꝺuodecim tribus in suis familijs ꝛ nominib⁹ ꝺistinctis cō seruare ꝓpter causaz que supra exprimebat ꝺe cognitione genealogie saluatoris.ideo hāc legem ꝺe remissiōe rerum venditarum in iubileo ꝺedit. ¶Aliqui autem ꝺe legis cōditoꝛib⁹ volentes captiuare semper multitudinē ciuitatis ꝺederunt legem ꝙ nemo possessionē suam vendere posset nisi ei manifestum ꝺe fortunium accidisset:ne possessiones totius ciuitatis ad paucos ꝛ ꝺiuites ꝺeuenirēt vt ꝺabetur in.2.politicoꝝ.Deus autē medio modo se ꝺabuit nec totaliter venditionē permisit ne substātie ad alienos peruenirēt.nec totaliter iterꝺixit vt in necessitatibus pauperes haberēt recursum ad venditiōes substantiarum. ¶Ista autem lex cum optima sit ad cōseruationem status politici:a nulla tū ciuitate vnq̄ recepta est:multi tamē eaz scire potuerunt.Sed ideo ꝺetur a nullo populo susceꝑta fuisse:quia aggranatoꝛia ꝺiuitum ꝺidebatur. Iudei autem qz timebāt ꝺominuz susceperūt eam:etiam si multum grauarēt:nō tamē eaz nimis custoꝺierūt:qm̄ tam ꝓceptū ꝺe anno remissionis q̄ ꝺe iubileo multis tēpoꝛibus a iudeis incustoꝺituz manfit vt supra ꝺictum est.(Quia mea est).Quāq̄ intētio ꝺei interꝺicentis terram vendi simpliciter eēt ꝓpter cām supra expꝛessaz:tamē tuebatur se hoc iure assignās causam p̄cepti.s.ꝙ terra sua eēt ꝛ nulli ꝺomini licet alienare qꝺ est alterius.Q; aūt terra sua eēt manifestum est nō solum ꝺe terra ꝺhanaā in qua iudei moꝛabant: sz etiā ꝺe omnibus alijs terris:qm̄ ipse omnia cōꝺidit ꝛ administrat.loquebaf tamē ꝺeus hic ꝛspecialiter ꝺe terra ꝺhanaan in qua erant iudei:quia ipse tradiderat eis terrā illam habitādam exclusis inde alijs gētibus:ideo poterat ponere quācūq̄ conditionē in ea vellet.(Et vos aꝺuene ꝛ coloni mei estis) In hoc ēt explicatur ius quo ꝺeus se tuetur cōtra iudeos vt ipsi nō vēderent terram simpliciter qz non erāt ꝺomini illius.Diceret enim aliquis ꝺe iudeis ꝙ postq̄ ipsi susciperēt terram ꝺe manib⁹ hostium efficiebātur ꝺomini eius:ꝛ licebat eis vendere vel aliena re per quemcūq̄ modum.Deus autem rūꝺet ꝙ ipsi nunq̄ sunt tanq̄ ꝺomini terre ꝺhanaā:sed ipse locat eos in illa vt ibi ꝺabitarent ꝛ colāt eam;ꝛ sic constituit eos colonos ꝛ non ꝺominos terre.Et ꝺato ꝙ ipsi ꝺicerēt ꝙ ꝺe⁹ ꝺonabat eis terrā illā:ꝛ post ꝺonationē transibat in ꝺominiuz eoꝝ:atq̄ licebat facere qꝺ vellent nō stat:quia q̄q̄ ꝺonata fit potest ꝺonatoꝛ a p̄ncipio ꝛponere ei legem quā voluerit:ꝛ ꝺonatari⁹ tenebiꝭ acceptare illam cōꝺitionem:alioquin non recipiet rem.nā cuilibet licz ꝛponere legem rei sue.Res autem que ꝺonatur quāꝺo ꝺonatur ipsius ꝺonatoꝛis est:ideo potest ꝛponere legem quam vult. ¶Dicit ꝺeus iudeis ꝙ ipsi sunt aꝺuene eius:quoniā aꝺuena ꝺiciꝭ ille qui venit ꝺe terra sua ad ꝺabitāꝺuz in terra aliena.ꝛ isto modo conuersi ꝺe gentilitate se ꝺabebant aꝺ iudeos:quia ipsi veniebant aꝺ terram iudeoꝝ ꝛ cultum eoꝝ relinquentes terram suā ꝛ cultum ꝺeoꝝ suoꝝm : ideo vocabanf aꝺuene iudeoꝝm.ꝛ isto modo ꝺiciꝭ p̄cedenti.c.ꝺe ciuibus ꝛ aꝺuenis siue peregrinis ꝛ Deutero. 1.c.ꝛ in multis alijs locis.ꝛ ibi vocātur ciues iudei: peregrini autem gentiles.Eoꝺem autez modo se ꝺabebant iudei aꝺ eum:quia terra illa ꝺhanaā in qua nunc ꝺabitaturi erāt:non erat terra oꝛiginis eoꝝm:sed erat terra ꝺei qui expulerat inde populos ꝺabitatoꝛes eius:ꝛ fecit iudeos venire vt ꝺabitarēt in ea.ergo erant aꝺuene reſpectu ꝺei.Etiā vocat eos colonos suos: quia colonus ꝺiciꝭ cui ꝺātur aliqui fundi aꝺ colendū.sic autem ꝺe iudeis factum est:quia ꝺeus cōmisit eis terrā ꝺhanaā vt colerent eaz atq̄ ꝺabitarent.nō poterant ergo ipsi vendere terrā cum aꝺ colonos nihil pertineat ꝺe coꝛpoꝛe possessionū.(Unde cuncta regio possessionis vestre sub redēptionis conditione vēꝺetur).Hoc est coꝛrelariuz ex superioꝛibus.Dictum enim fuerat ꝙ terra in qua ꝺabitabāt iudei non erat ipsoꝝm:cū solum eēnt coloni illius.ex hoc sequebaf ꝙ nullo modo ipsi possent eā alienare:nec saltem aꝺ vnaz ꝺiem.ꝛ hoc poterat ꝺeus inferre ex supraꝺictis:tamē voluit temperare legem.nam si ꝺixisset ꝙ iudei nullo modo possent vēꝺere terram possessionis sue grauarētur pauperes non ꝺabentes vnde succurrerēt sibi in necessitatibus suis:ideo cōclusit ꝙ terra quiꝺem vēꝺi possit nō simpliciter:sed iure redēptionis vel cōꝺitione.s.ꝙ quāꝺocūq̄ venꝺeretur terra.i.possessio imobilis posset postea reꝺimi.ꝛ ꝺicitur cōꝺitione redemptionis:nō ꝙ ista cōꝺitio apponeretur in cōtractu vendi tionis:quia nō oportebat aliquiꝺ tale exprimi:sed a lege erat posita cōꝺitio.ea autem que a lege insunt cōtractibus:non oportet exprimi in illis.imo quoꝺ ampli⁹ est si aliquis vellet renūciare ꝓuilegio redemptionis nō posset:quia istuꝺ nō fuerat introductum ꝓpter eum:sed ne perirēt familie ꝛ tribus in Israel.perirēt tamē si cuilibet ꝓmitteretur vendere vt vellet possessionē suaz. nō ꝺebebat ergo licere. Intelligitur etiam ista vēꝺitio cum cōꝺitione liberationis in iubileo:quia q̄q̄ venꝺeretur res:tū reꝺitura erat aꝺ ꝺominū.ꝛ etiam ista cōꝺitio nō erat exprimēꝺa in cōtractu:quia a lege hoc erat.ꝛ si aliquis renunciaret illi non valeret renūciatio:imo ille qui ageret aliquem cōtractum ꝺcꝛa interꝺictū huius legis puniēꝺus erat:sicut si aliquis agat ꝺctuz iniquū. velut si aliqs ꝺe clericis ſpontanee subijciat se iurisꝺitioni seculari quātum aꝺ hoc vt puniaf ꝛ permittat se coꝛpoꝛaliter puniri.ꝺi enim peccāt volētes ꝺestruere ꝓuilegium clericale. (Cuncta regio possessiōis vestre).i.omnis possessio que est in regione vestra.ſ.inter alias gentes:ꝛ in alijs regionib⁹ nō ꝺabet locū lex ꝺe redemptiōe rer vēꝺitaꝝ:in tota tamē regiōe vestra quecūq̄ possessio vēꝺetur sub hac cōꝺitione vendetur. ¶Et hoc autem patet ꝙ vēꝺitio que erat inter iudeos magis ꝺicitur locatio q̄ vēꝺitio.sed ꝺiffert vēꝺitio istoꝝm aliquo modo a locatione ꝓprie ꝺicta:quia locatio que inter nos est: solum tollit fructus ꝛ non substātiam vel coꝛpus possessionis. venꝺitio autem que inter iudeos erat:tollebat ꝓprietatem simpliciter ipsi venꝺitoꝛi:sed non aꝺ omne tempus.ita ꝙ illa tempoꝛa in quibus permaneret res venꝺita apuꝺ emptoꝛez excluꝺebant totaliter ꝓprietatem rei a vēꝺitoꝛe.ꝛ hoc erat vsq̄ aꝺ iubileuz ꝛ nihil iuris ꝺabebat magis venꝺitoꝛ in re q̄ quilibet alius extraneus.nisi ꝙ venꝺitoꝛ poterat reꝺimere rem venꝺitam quāꝺocunq̄ vellet.nullus autem alius hoc poterat.vt si inter aliquos purus vēꝺitionis cōtractus celebreꝰ:per venꝺitionē trāssertur ꝺominiū in emptoꝛem.pōt tamē emptoꝛ ꝺicere vēꝺitoꝛi:quanꝺocūq̄ voluerīs reꝺimere ego reꝺꝺam tibi.sic autem inter iudeos tam fructuū q̄ terre pura fiebat venꝺitio:sed ꝺeus volebat ꝙ hoc moꝺo nō obstante possessio reꝺimi posset.vel in āno iubilei reꝺiret aꝺ ꝺominū p̄ioꝛem.Q; autem pura fieret venꝺitio patet ex hoc:quia quātocūq̄ tempoꝛe ꝺuret locatio fructuū non trāfit ius ꝺominij in cōꝺuctoꝛem nec p̄scriptione nec alio modo cuz nunq̄ possit ꝺabere bonam fiꝺem.sed in talibus vēꝺitionibus aliquāꝺo totaliter trāfibat ꝺominiū in ipsos emptoꝛes:ita vt in eternum reꝺimi nō posset res vēꝺita:nec reꝺiret in iubileo vt patet infra isto.c.ꝺe ꝺomibus que vēꝺebātur itra vt ꝺes si nō reꝺimerētur in anno p̄mo quo venꝺebātur.(Si attenuatus fuerit frater tuus).Posito supra in generali ꝙ terra nō possit vēꝺi in eternum:sed omnis vēꝺitio itelligeretur cum cōꝺitione redemptiōis.ponitur hic in speciali ꝺe modo reꝺimenꝺi.ſ.quāꝺo aliquis ꝺomo venꝺebat possessionez suam ꝙ poterat eam reꝺimere ipse vel ꝓpinquus eius.ꝛ ꝺicitur.si attenuatus fuerit.ſ.si ꝺomo ꝺeueniat aꝺ paupertatē:quoꝺ est attenuari in facultatib⁹.nam ista est causa ꝓpter quam ꝺomines venꝺunt possessiones.ꝛ tamē q̄q̄ hoc itelligatur ꝺe pauperib⁹:ꝺebet reꝺuci etiam aꝺ ꝺiuites:quia si aliquis ꝺiues vēꝺeret possessionem suam:eoꝺem modo poterat eam reꝺimere vel reꝺibat aꝺ eū in iubileo.ponit tū littera iꝺ qꝺ cōmunius est.(Frater tuus).Diciꝭ ꝺe fratribus.i.ꝺe iudeis ex genere qui vocātur fratres sicut supra ꝓbatum est.aꝺuene autem ꝺe gētilibus conuersi nō vocātur fratres.ideo si aliquis eoꝝ posset vēꝺere aliquam possessionē imobilem non posset eam reꝺimere:nec reꝺiret aꝺ eum in iubileo:quoniam non gaꝺebāt conuersi priuilegijs anni remissionis vel iubilei vt supra ꝓbatum est vt patet infra in littera.sed hoc solum aꝺ iudeos erat.(Uenꝺiderit possessiunculaz suam).Possessiuncula parua possessio est.Sz in hoc nō ꝺiffert:quoniam siue magna siue parua eēt reꝺimi poterat:vel reꝺiret in iubileo.ꝛ itelligitur ꝺe imobilibus:quia nihil aliozum poterat reꝺimi:nec reꝺire in iubileo.(Et voluerit ꝓpinquus eius pōt reꝺimere qꝺ ille vēꝺiderat).Primo eniz requirebatur ipse q vendiderat rem an vellet eam reꝺimere.ꝙ si ꝺiceret se nolle aut nō posse:qlibet ꝺe ꝓpinquis eius.ſ.cognatis ꝺabebat ius reꝺimēꝺi possessionem venꝺitaz.sed erat ꝺifferentia in maioꝛi vel minoꝛi ꝓpinquitate:quia primo cōpetebat ius reꝺimendi maxime ꝓpinquis.consequēter autem alijs vsq̄ aꝺ vltimum.ꝛ isti sic se ꝺabebāt ꝙ nō posset minus ꝓpinquus reꝺimere rem vēꝺitam nisi p̄mo requireret omnes alios magis ꝓpinquos an vellent reꝺimere.illis autem nolētibus aut cedētibus ei poterat ipse reꝺimere.sic autem patet ꝺe suscitādo semen ꝛ succeꝺēꝺo in possessionib⁹ ꝺefuncti.nam quāꝺo moꝛiebatur

B Lex q̄rū ꝺā politizātiū gētiliū ne aliqs posset vēꝺē possessionē.

Qz nulli gētiles ac ceperunt hāc legez ꝺ iubileo iter se cū eēt vtilis ciuitatibus.

L † Quoiure ꝺe⁹ se tuetur ꝺcꝛa iudeos.

An ꝺicē possent iudei ꝙ terra ꝺhanaā erat sua: qz p ꝺonationē ꝺi trāsibat potestas i ꝺonatariū. Aduena quid.

D † Epilogus ꝺictoꝝ.

E Nullus inde⁹ poterat renūciare cōꝺōi ꝺe reꝺeūꝺo ad ipaz possessionē vēꝺitā i iubileo ēt si exp̄meret in ꝺcto. †

F Uēꝺitio iudeoꝝ ac locatio,ꝓprie ꝺicta ꝺīnt: ꝛ in q̄ ꝺcoꝛꝺāt ꝛ ꝺifferant.

† G

aliquis; ppinqui poterant accipere vrozem illius: dum tñ non esset gradus ꝓhibitus: ꝛ tunc q magis ppinquus esset habebat ꝑmo ius accipiẽdi. ꝛ sic factum est in booz accipiẽte ruth moabi tidem in vrozem: quoniã erat alius ppinquior illo qui possit ac cipere eam: ꝛ requisiuit ab eo booz an vellet eam habere in vro rem ꝛ cum cessisset iuri suo: accepit eaz booz vt habet Ruth. c. 4. si aũt aliꝗs nõ haberet ꝯsanguineos: nemo de extraneis poterat redimere possessionem ab illo venditam. ¶ Causa autem quare ꝓmittebatur cognatis venditozis redimere possessionem erat in fauozem venditozis: quia melius tractarent cognati pos sessionẽ cognati sui ꝙ aliꝗs alius ꝛ clemẽtius se haberent cũ eo. Cum autem isti ppinqui redimerent possessionez deuoluebant eam in anno iubilei ad eum cuius ꝑmo fuerat: qñ omnis posses sio in anno iubilei redibat ad priores dños: cuz tamẽ aliquis de cognatis venditozis semel redemisset possessionem cognati sui non poterat ille redimere ab eo vsq; ad iubileũ: nisi cognatus ce deret iuri suo: ꝛ faciebat toto tempore fructus suos: qñ res sim pliciter erat sua ꝛ habebat omnez vtilitatem inde prouenientez. vtpote si fructus suscepti superabundant ad sortem vataz: ꝛ iste cognatus redimet ab empore cum eisdem cõditionibus cum q bus venditoz potuisset redimere. ſ. vt fructus percepti cõputen tur in sortem deductis expensis vel laboribus sicut infra patet. nullus tñ de extraneis poterat redimere istam possessionem de manu emptozis. Cuius causa est ꝓpter priuilegiũ ipsius vendi tozis: ꝛ ꝓpter fauozem primi emptozis. naz si extraneus redime ret possessionẽ venditam: non posset venditoz eam postea ab eo redimere sicut poterat a ꝑmo emptoze: quia lex non ꝓmittit hoc in redẽptoribus quod in emptozibus. ꝛ sic grauaret aliquo mo do ipse venditoz. Etiam hoc est in fauozem primi emptozis. naz ipse dedit pecuniam vẽditozi vnde posset succurrere pauperta ti sue. iustius est ergo ꝙ iste accipiat vtilitatez de possessione il la: vtpote si fructus supercrescunt ad sortem ꝯ ꝙ aliquis alius habeat qui nihil dedit venditozi inuito ipso. Si tamẽ ipse em ptoz ꝑncipalis vellet possessionem emptam vẽdere alicui alteri poterat: tñ hoc fiebat sine ꝑiudicio primi venditozis: qz ipse nõ poterat constituere plus iuris in emptoze ꝯ ipse haberet. sicut ergo poterat principalis venditoz vel quilibet de cognatis eius redimere a secũdo emptoze: quoniã res transibat cum oneribus suis. ¶ Etiam hoc erat ꝯtum ad cõputationem fructuũ. nam si venditoz ꝑncipalis vel aliquis de cognatis eius vellet redime re rem ab ipso emptoze secũdo: deberet cõputare annos qui ma nebant vsq; ad iubileum a tẽpore facte vẽditionis: ꝛ distribue re precium inter illos vt sciretur quãtum prouenire cuilibet an no de ꝑcio illo. ꝛ tunc deductis annis in ꝙbus recepti fuerãt fru ctus: redemptoz deberet dare residuũ sortis: ꝛ reliquũ computa batur in fructibus perceptis. si autem venditoz secũdus secundo emptozi ꝓ maiozi precio rem vendidisset: ꝑmus venditoz re dimens rem nõ tenebatur computare fructus ꝑm maiozẽ valo rem secũde vẽditionis: sed iurta ꝑcium constitutum in ꝑma em ptione. nam hoc modo fraudaret primus venditoz. secus autez si redimeret consanguineus venditozis rem de manu emptozis primi: qñ tunc de manu eius non poterat ꝑmus venditoz redi mere rem. ¶ Causa diuersitatis est: ga in casu ꝑcedenti primus emptoz vendebat volũtarie alicui rem quã emerat: ideo nõ po terat cõstituere in eo plus iuris ꝯ ipse habebat. In secũdo autẽ casu lex cõstituit potestatẽ redimendi in cõsanguineis: ꝛ etiam si emptoz nolit eis dare cõpellitur. ꝛ tunc nihil ipse vendit: ſz cõ pellitur dare rez quã emit redemptozi dato ꝑcio. ideo nõ est ne cesse ꝙ res transeat cum onere quod habebat apud primũ em ptozem: quia ipse non transfert eam sed lex que potest cõstituere tãtũ iuris in aliquo ꝯtum voluerit. (Sin autem nõ habuerit proximũ). Dic ponitur aliꝗs alius casus. ſ. quãdo ille ꝙ vendi dit possessionem non habet aliquem ppinquum qui redime ret eam. vel si habet non potest redimere: aut non vult: quia tũc ꝓ eodem est non habere proximũ: vel habere ꝛ non redimere possessionẽ. in isto casu dicitur ꝙ ipse vẽditoz redimet si potue rit. (Et ipse precium ad redimẽdum potuerit inuenire). Et hoc videtur intꝫ ꝙ primo ꝓmittatur consanguineis redimere ꝯ ipsi principali venditozi: quia dictum fuit ꝙ si haberet ppinquum venditoz redimeret rem. si autem non haberet ipsemet vẽditoz poterat eam redimere. ¶ Dicẽdum est ꝙ ꝑmo competit ius re dimendi ipsi venditozi principali ꝯ cõsanguineis eius. Hoc ta men qõ hic dicitur intelligiẽ a principio qñ venditoz rem vend it. nam tunc quãdo vendit nõ vult eam redimere: aliogn non venderet eam: ꝛ tunc cognati eius possunt redimere immediate quo venditoz vẽdiderit: imo si ipsi sciuerit ꝙ cognatus suus aliquid vult vendere cõstituto iam precio poterũt ꝓhibere quẽli bet emptozem extraneum: ꝛ ipsi accipient rem. Cum autẽ dicit hic si potuerit inuenire ꝑcium ad redimẽdum ipse venditoz ꝙ redimet: intelligitur quãdo iam tempore ꝓcedente resipuit ven ditionis facte: ꝛ vult redimere rem vẽditam. (Cõputabunt fru ctus et eo tẽpore quo vendidit). Hoc enim est in fauozem ip sius venditozis. nam ꝑm leges humanas cum per vẽditionem transeat res simpliciter in dñiuz emptozis: est possessoz bone fi dei: ideo facit fructus suos. ꝛ dato ꝙ alius postea redimeret rẽ non tenebatur cõputare fructus perceptos: sed deberet recipere sortem quaz dedit. Deo tñ licuit constituere ius vt voluit in re bus suis. ꝛ sic in fauozem vẽditoruz dedit vt computarẽtur fru ctus percepti in sortem: ꝛ residuum de precio redderet emptoz secũdus. ſ. primus vẽditoz secũdo vẽditori. ¶ Fiebat aũt hoc modo vt primo sciretur quãtum erat ꝑcium in venditiõe. Deide quot erãt ãni a tpe vẽditiõis vsq; ad iubileũ in quo res vẽdita ad dñm priorẽ reuertebat: deide illud ꝑciũ diuidebat ꝓ annos vt videret ꝯtũ ꝓueniret cuilibet anno. ꝛ tunc cõputabã tur ãni quibus receperat fructus emptoz ꝛ tãtũ subtrahebatur de ꝑcio quod a ꝓncipio datum fuerat. verbi gratia. si aliquis vẽ didisset possessionẽ aliquam ꝓ tribus milibus a tempore vẽ ditionis vsq; ad iubileum manerẽt anni triginta. cum diuidat istud precium per annos prouenient cuilibet anno cẽtũ: ꝛ tũc po natur ꝙ iste venditoz primus volebat redimere rem quinq; an nis postꝯ vendidisset: oportebat ꝙ ꝓ quolibet anno subtra herẽtur cẽtum: ꝛ sic ꝓ istis quinq; subtraberẽtur gnquaginta. ideo quãdo venditoz reciperet rem vẽditam ab emptoze debe ret ei dare residuum de precio: scilicet duo milia quingẽta. ꝛ isto modo debent supputari atq; deduci fructus percepti de sorte. ¶ Et non est sensus ꝙ deducantur fructus: idest ꝙ computen tur quantum valuerunt fructus in annis illis quibus perman sit res vendita apud emptozem. verbi gratia. si in istis annis quinq; supradictis quibus mansit hereditas vendita apud em ptozem fructus vallerent mille: quia fuerunt abundãtes in an nis illis si deducerent illi de sorte: manerent solum duo milia: ꝛ hoc ꝓ vigintiquinq; annis residuis vsq; ad iubileũ: ꝛ sic fraude retur ipse emptoz: quia ꝓ quinq; annis dedit mille: ꝛ ꝓ vigin tiquinq; residuis daturus erat duo milia. in hoc enim nõ est eq̃ lis diuisio. ¶ Qz autem nõ possit hoc stare patet in casu ꝓcedẽ ti. ſ. ꝙ aliquis emerit fundum ꝓ tribus milibus: ꝛ manerent a tẽpore venditionis vsq; ad iubileum anni triginta: ꝛ tunc po natur ꝓ tribus annis ante iubileum venditoz vellet reuende re funduz. ponatur etiam ꝙ in tẽpore bozum vigintiseptẽ anno ruz fructus percepti de fundo deductis expensis valuissent ꝯtuoz milia. tunc si deberent omnes fructus percepti subtrahi de sorte cum soza fuisset trium milium: ꝛ fructus percepti valerẽt quattuoz milia: ꝛ deberent computari ꝓ vẽditoze: teneret em ptoz reddere vẽditori mille que supercrescũt ad sortem. Sz hoc falsum est ouppliciter: quia lex mandat hic ꝙ fructus deducãtur de sorte: ꝛ nunq; iubet ꝙ addãtur supra sortem: cum res fuerit vendita ꝑ toto valore suo. si tamẽ deduceret valoz fructuũ eo modo quo dictum est non solum deducerẽtur fructus de sorte: sed etiam superadderẽtur ad sortem. ergo non potest stare iste modus ¶ Item non potest stare ꝓpter alterum: quia nimis fraudaretur emptoz ꝛ esset iniustum simpliciter vt patet in ca su dato si emisset aliquis fundum ꝑ tribus milibus ꝛ manerẽt triginta anni vsq; ad iubileum: si iste fundus non redimeret in iubileo redibat ad dominũ priorem: ꝛ ille qui emerat recipiebat fructus oium triginta annozum vsq; ad iubileum: ꝛ in iubileo nihil habit domino fundi super id qõ a principio dederat: tamẽ ꝑm casum quem ante ponebamus computando valorem fru ctuum in quolibet anno ꝓceptis fructibus vigintiseptẽ annozũ debebat reddere emptoz mille que superabundabãt ad sortem. ergo plura deberet reddere cum recepisset fructus. 30. anno rum vsq; ad iubileũ. sed in iubileo nihil redibat vltra sortem. ergo nõ põt stare iste modus cõputãdi fruct⁹. g̃ dz eẽ modus cõ putãdi quẽ supra posuim⁹. ſ. vt diuidat eq̃liter ꝑciũ datũ ꝑ ãnos manẽtes a tẽpore venditionis vsq; ad iubileũ. tunc scito quãtũ ꝓueniat cuilibet anno fiet detractio precij ꝑm numerũ anno rum in quibus fructus ꝓcepti sunt. (Et qõ reliquum est reddet emptozi). ſ. computãdo precium datuz cum fructibus susceptis quãtum supercreuerit preciuz ad fructus perceptos tãtũ reddet vẽditoz emptozi: cõputando fructus eo mõ quo supra dictũ est. (Sic recipiet possessionẽ suam). i. quando venditoz fecerit ista que dicta sunt reddendo emptozi residuum quod est super fru ctus ꝓceptos recipiet ab eo possessionẽ suam. ꝛ hoc fiet etiã no

lente

Qō. 19 A Cognatis vẽditozis qz̃ possessionẽ redimere ꝓmittebat: ꝛ nõ extraneis.

B Cã diuersitatis.

† Venditoz bẽbat ꝑmo ius redimẽdi rẽ suã: eo nolẽte ꝯsãguinei.

Qō. 20. A Qz̃ emptozes inter iudeos nõ sa ciebant fructꝰ suos i rebꝰ imobilibꝰ emptis cũ eẽt ꝯ. ctꝰ bone fidei sed cogebãt cõputare fructꝰ: ꝛ ge esset modꝰ cõputatiõis

Impro.

lente emptore:quoniam lex tribuit ius istud venditori:ideo inuito captore potest ab eo repetere possessionem suam dato p̄cio vt supra habet.(Q; si non inuenerit manus eius vt reddat p̄cium).Dic ponitur alius casus.s.quādo venditor nō habebat aliquem cognatū qui vellet redimere possessionē venditaz:aut posset.z dicitur q; manebat tunc vsq; ad iubileum in potestate emptoris.dicit si non inueniat manus eius.i.si non possit habere.z similis modus loquēdi est in multis locis boꝝ libroꝝ moysi.sic enim apparet supra.c.12.cum dicitur q; pariens expletis diebus purificationis sue:siue pro filio:siue pro filia offeret agnum anniculū:z turturem:vel pullum columbe.z postea subditur.q; si non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnuz sumet duos turtures.sic habetur supra.14.c.z in alijs locis.(Debebit emptor quod emerat vsq; ad annum iubileū).i.si non potuerit redimere venditor possessionē suam:nec aliquis cognatꝰ eius pro eo:manebit ista possessio apud emptorem vsq; ad annum iubileum:quoniā vsq; ad illud tēpus vendita est.z tamen in toto tēpore intermedio poterat venditor redimere:siue p se: siue per cognatos.(In ipso enim omnis venditio redit ad dominuz).i.iste annus est a deo positus:vt tunc redeāt omnes possessiones ad dominos suos.ex hoc autem apparet q; solum vocantur hic domini illi qui a p̄ncipio possederunt istas res vēditas.omnes autem alij emptores non vocantur domini:z tm̄ fm veritatem ipsi sunt domini:quia quandocunq; ꝓprietas alicuius rei transit ad aliquem:ipse efficitur verus domin⁹ illius rei cum nihil aliud sit habere dominium nisi habere proprietatem rei.hoc autem vere erat apud illos qui emerāt istas res permanseras solum vsq; ad iubileū.ergo solum isti erant tunc veri domini.sed erat differētia in hoc:quia isti erant veri domini ad tēpus:primi autez erant domini veri in eternum:z hos vocat hic dominos.(Et ad possessorem pristinum).²Idez est possessor pristinus quod dominus de quo hic dicitur.nam omnes isti possidebant z erant domini.verus tamen dominus erat possessor pristinus.i.qui ista primo possederat.vnde non potest vocari hic possessor p̄stinus nisi qui ex hereditate habuit possessionem:vel ex affinitate.s.q; haberet eam ꝓpter vxorem suam: vel ꝓpter filios.qui autē possidebat ex titulo emptionis aut ex quocūq; alio ritu non vocabat possessor pristinus.(Ex his autem inferunt duo correlaria.Primū est q; nemo poterat donare simpliciter possessionē suam alteri.nam donatio quando fit simpliciter transfert dominiū in ipsum donatariū.z est sua vsq; in eternum.Sed necessariū erat q; in anno iubileo redirent oēs possessiones ad veros dominos.ergo si aliquis donasset fundū alteri redibat ad eum in iubileo:z tamē donatio simpliciter trāsfert dominiū in eternum.ergo non poterat aliquis fundū suum alteri donare.z si forte aliquis donasset fundum z veniente anno iubilei nollet repetere fundum:sed maneret apud donatariū: defuncto patre filij vel alij ꝓpinqui qui succederent poterāt repetere fundum:quia contra istam legem donare non potuit.cū illo modo possent sortes tribuū z familiaꝝ confundi:vt si aliqs de tribu iuda donaret possessiones suas:aut aliquā illarū alicui de tribu neptalim:z sic de alijs tribubus.p̄miscerentur enīz hoc modo possessiones sortium sicut per venditionē:z tamē hoc dominus ꝓhibuit vt patet Nu.36.ca.z non solum nō poterat aliquis alteri donare fundum:imo nec poterat proprie vocare:qm̄ redibat ad euz in anno iubilei fm distinctionē que hz infra.27.c.(Secundum correlariū est q; non poterat aliqs inter iudeos acquirere aliquid iure p̄scriptionis: sicut fit inter nos z inter plurimos gentium.qđ patet:quia non poterat aliquis inter iudeos habere bonam fidem ad fundum alterius.nā fundi z oēs hereditates pertinentes ad tribum ruben erant distincti locis z terminis suis ab hereditatibus pertinētibus ad tribum effraim. z sic de alijs tribubus.Cum ergo aliquis de vna tribu possideret aliquem fundum in alia tribu:manifestū erat sibi q; ille fundus non poterat pertinere ad eum vel ad aliquez de tribu sua. ergo semper haberet malam fidem.(Idem autem est si vnus de vna familia vellet p̄scribere contra alterum de alia familia in eadez tribu.nā sicut sortes tribuū erāt distincte:ita etiā sortes familiarum vt apparet Nume.26.ca.ergo cum ille qui pertinebat ad aliquam familiam sciret se possidere aliquid pertinens ad alteram familiam manifeste habebat malam fidem:ideo p̄scribere non poterat.(Amplius autem quoniā dato q; procederet p̄scriptio cum mala fide:etiam leges humane aliquādo permittunt in p̄scriptionibus longissimi temporis:tamen ista lex de iubileo non permittebat aliquam p̄scriptionem:quoniaz in anno quinquagesimo debebat redire omnis possessio ad dominum p̄stinum.z sic q̄cūq; aliquis tenuisset possessionē aliquaz alterius per annos quadragintanouem quod erat satis longum tempus ad p̄scribendum:tamen in anno quinquagesimo q; erat iubileus poterat illa res ab eo repeti:z tenebatur eaz dare:quoniam immediate constaret de vero domino ꝓpter distinctionem sortium tribuum z familiarū.non poterat ergo aliquo modo procedere inter iudeos p̄scriptio.Hec autem que dicta sunt tam de donatione q̄ de p̄scriptione intelligātur in rebus immobilibus.nam quantum ad res mobiles neutrum ꝓhibitum erat. z dicitur hic.(Ad p̄stinum possessorem).ad differentiaz intermediorum possessorū.nam dato q; essent multi possessores successiue eiusdem rei inter vnum iubileum z alteruz:tamē nō deberet reduci res ad quēlibet immediatū possessorem:sed solum ad primum.vtpote si aliquis vēdidisset possessionem suam alicui post ānū iubilei:z ille emptor vēderet alteri z ali⁹ alteri:z sic p multos vsq; ad ānū iubilei:vltimus qui possideret tpe iubilei debebat restituere possessionē:nō tamen ei a quo imediate acceperat:sed antiquissimo possessori.nam frustra erat restituere hoc intermedijs vēditoribus z possessoribus cum apud eos res mansura non esset.(Qui vendiderit domuz).Dic agitur in speciali de vēditione domoꝝ.nam aliud ius erat in domibus q̄ in agris:ideo per se de eis dicitur.(Qui vendiderit domum intra vrbis muros).Agitur hic differētia de domo que erat in ciuitatibus muratis:vel de domibus que erant in ruribus.nam aliud ius est in domibus que sunt in ciuitate q̄ in alijs:quia domus in ciuitatibus si nō redimerētur in anno primo postq̄ venderentur manebant in eternum in potestate emptoꝝ:nec in iubileo redibant ad dominos priores.Si autem esset in ruribꝰ domus poterat redimi quocūq; anno:z si non redimeret redibat ad priorem dominum sicut in agris erat.(Habebit licentiā redimendi donec vnus annus impleatur).Iste annus cōputatur de momēto ad momentum:z non sicut computāt vulgares annum a p̄mo mense vsq; ad vltimū.dabatur autem licentia redimendi.i.potestas.quasi dicat hoc erat ex concessione legis:nō tamē erat fm se iustum:sed q; id quod semel vendebatur nunq̄ posset repeti cum venditio simpliciter fieret.z dabatur hic vn⁹ annus solum ad redimendū possessionem.naz si aliquis postea vellet redimere domuz venditam in loco murato non poterat.

(Causa autem diuersitatis istarum domoꝝ que erant in locis muratis ab agris:z ab alijs domibus que erant in locis non muratis est in fauorem ciuitatū:vt melius habitate sint z populosiores.z sic cum daretur ista lex homines non inclinarētur ad vendendum domos que erant in vrbibus vt non perderēt eas totaliter.Si autem esset eadem lex que in agris z in domib⁹ locoꝝ non vallatoruz faciliter habitatores exponerent domos suas venales quas haberent in vrbibus.z hoc modo cum venditor tribueret domum suam emptori recederet ab ea ad habitandum in ruribus.vnde fieret q; habitatio ciuitatuz ex magna parte destrueretur.vt autem hoc non fieret cum in ciuitatib⁹ cōsistat totum robur regionis dedit deus hanc legem:que nō idez permitteret in vrbibus quod in ruribus.(Secunda causa z precipua erat:quia domus que erant in vrbe non erant proprie dicte possessiones israelitarum.nam erant possessiones israelitarum ille per quas distinguebantur inter se tribus z familie:z iō non permittebantur transire de vna tribu in aliam ne confunderentur tribus:z distributio earum in cognitione Nume.36. z tamen possessiones que erant intra vrbes non erant ille per quas distinguebātur tribus z familie.ideo nō erat in illis ita necessaria reditio ad dominos in iubileo:neq; facultas redimendi quolibet tempore intermedio:sicut in illis per quas distinguebantur inter se tribus z familie.(Q; vero per possessiōes intra vrbes non fieret distinctio tribus z familiarum:patet quia de qualibet tribu israelitarum habebatur leuitis vrbes alique ad habitādum.nam de toto israel dari debebant quadragintaocto vrbes murate cum suburbanis suis in circuitu Nume.35.ca.z non dabantur agri qui erant in circuitu baruz vrbium neq; vilule:sed manebant hec in possessione illius tribus cuius fuerant ille vrbes.z patet hoc Josue.21.c.vbi dicitur q; hebron ciuitas que erat de sorte iude:z erat ipsius caleph filij iephōne data fuit filijs aaron in possessionem:agros vero z villulas eius retinuit sibi caleph.z ita per vrbem hebron ꝛ esset in sorte iude non distinguebantur viri de tribu inda ab illis:cū leuite qui non erant de tribu iuda possiderent hebron.per agros vero z villulas eiꝰ distinguebātur:quia illa solum possidebantur a viris de tribu iuda:ideo possessiones que erant extra vrbes erāt proprie passiones tribuum israelitarum:z nō vrbes aut possessiōes.(Se

B † † † † † †

²nō poterāt q5 vocari iter iudeos dīs possessiōis nisi possideat iure hereditario.

Ex dictis duo inferūt correlaria. Primū. Null⁹ iudeꝰ pōcat donare simplr possessionē suā alteri:z si donaret pōcat repetē:z si ipe si posteri ei⁹.

L Scōz correlariū. Nō poterat aliqs iter iudeos acqre re fundū iure p̄scriptiōis fīt fit inter nos.

D

E † De vēditione domoꝝ.

Lāe diuersitatis domoꝝ intra vrbē z extra vrbē. 1.cā.

Qđ domus q̄ erāt in vrbib⁹ nō redimebāt in iubileo si ānō redimebāt:bene tm̄ possessiōes rusticē.

2.cā.

F

Leuite solū vrbes cum suburbanis habebāt.

cundo quia leuite dicebantur nihil possidere in terra israelita rum Nume. 18. ⁊ Deuterono. 18. et Josue. 14. c. s. in terra eorū nihil possidebitis: neq; habebitis partem inter eos. ⁊ tamē habe bant leuite vrbes cum suburbanis suis de terra israelitarū Nu me. 35. ⁊ Josue. 21. c. ⁊ hec habentes non dicebant aliquid pos sidere ⁊ nihil inter israelitas habere: quia non habebāt aliquas villulas ⁊ agros. ergo ppria possessio israelitarum non consi stebat in vrbibus ⁊ vrbanis possessionibus sed in solis agris ⁊ villulis. domus autez extra vrbes iudicabatur lege agrozū: ideo cum daretur lex redemptionis vt non confunderentur possessio nes israelitarum non oportuit extendi legem istam ad domos ⁊ possessiones vrbanas sed ad agros ⁊ domos que erāt in agris. i. extra vrbes: ⁊ ista est vera ratio legis. ⁊ ideo ꝫ non contingeret aliquem ditari inter israelitas valde in bonis immobilibus sicut inter alias gentes vt dictum est supra: erat verum hoc in bonis qui erant in agris. in domibus autem que in vrbe erant contingebat aliquem fieri valde diuitez: quia ibi res vendita nō reuertebatur in iubileo: nec etiam poterat redimi nisi intra an num a tempore contracte emptionis. ¶ Eodem modo dictum est q; cōuersi ad iudaismū nō poterant possidere in terra iudeo rum nec; passum pedis: quia erat tota terra distributa per sor tes inter israelitas ex genere. ⁊ si aliquid emerent cōuersi de gē tilitate reuertebatur illud ad pristinum dominum in iubileo nisi ante redimeretur. intelligitur autem hoc de terra agrozum que erat proprie possessio israelitarum. secus de domibus intra vr bes: quia de illis poterant emere conuersi: ⁊ transmittere ad po steros cum non redimerent nisi intra annum de domus: in iu bileo non reuertebantur ad priores dominos. ¶ Vocantur au tem hic vrbes omnia loca murata: siue magna: siue parua sint. id autem in quo differebant domus vendite in ciuitatibus ab aliis domibus ⁊ ab agris erat duplex. s. q; non posset repeti do mus vendita quolibet tempore vsq; ad iubileum sicut licebat in domibus locorum non muratorum. Secundum erat q; non po terant domus vrbium repeti in iubileo: sicut repetebantur agri venditi ⁊ domus aliorum locorum. Ratio autem differentie ex superioribus patet. (Si nō redemerit ⁊ anni circulus fuerit de uolutus). i. si non redemerit infra annum vnum a tempore quo vendidit. ⁊ dicitur si fuerit deuolutus circulus anni. i. euolutus annus. est enim circulus in anno: quoniam sicut linea circunfe rentialis circuli redit a puncto in punctum: ita annus quādo cō pletur in eadem die completur in qua incepit. ⁊ iste est circulus. Potest alio modo dici circulus anni: quia fit annus per motuz solis ⁊ consummat quando finit sol circulum suum motu natu rali redeundo de puncto ad punctum. vnde in eodem loco celi in quo est sol eadem die qua annus incipit est in die in qua finit computando per motum naturalem: ⁊ habet eandem elevatio nem vel latitudinez: ideo nihil est qō magis proprie dicatur de anno q̄ q; est circulus. ⁊ sic egyptij a principio aq̄ eēt inter eos reperta perfecta cognitio astrologie figurabant annuz per quēdam serpentem incuruatum per circulum perfectum: ita q; cau da eius esset in ore. ⁊ sic opinio fuit ab antiquo apud omnes gē tes annum esse circulum quendam: non quidem quātitatis per manentis sed successiue. (Emptor possidebit eam). i. tenebit eā iam pacifice tanq̄ verus ⁊ integer dominus: ita q; iam non pos sit ab eo repeti in eternuz: velut si proueniret ei de hereditate pa trum suorum. (Et posteri eius in perpetuū). Est signum q; iste emptor est verus ⁊ integer dominus: quia potest transmittere istam possessionem ad posteros. si autem non esset verus domi nus nō posset transmittere. quod est intelligēdum quantum ad hoc qō est transmittere simpliciter. nam bene potest transmitte re ad posteros suos: etiam si non sit dominus totalis vt dicitur hic: vtpote si aliquis emit possessionem ⁊ non redimitur: ꝫ ma net apud ipsum vsq; ad iubileum. si ipse qui emit ante iubileum moriatur relinquet eam posteris suis tenendam: sed solum hoc erit vsq; ad iubileum. nam tunc redibit ad priorem dominum: sicut si non transiuisset ad posteros. transire autez proprie ad po steros est quando transit res ad eos cum iure manendi ibidem vsq; in eternum. (Et redimi non poterit etiam in iubileo). i. si ista domus vendita non fuerit in primo anno redempta nunq̄ poterit redimi ex causa supra posita: etiam in iubileo. non q; in iubileo non possit redimi quasi als in iubileo aliquid redima tur: quoniam tunc non redimitur sed res simpliciter redeunt ad primos possessores: sed dicitur. nec etiam in iubileo. i. non pote rit ista res aliquo tempore redimi elapso āno: nec toto alio tem pore quod manet vsq; ad iubileum. nec etiam in iubileo. i. etiaz non redibit in iubileo sine redēptione. ponitur autem ista parti cula: quia supra dicebatur de venditione agrozum q; redimi po terant quocunq; tempore ante iubileum: ⁊ si non redimerentur in ipso iubileo redibant ad priores dominos. hic autem dicitur q; domus vendita non poterit toto tempore intermedio redi mi: nec etiam redibit per se sine precio in iubileo: sed manebit in eternum apud emptorem. (Sin autem in villā fuerit domus que muros nō habet). Dic ponitur de domibus quādo nō sunt in vrbibus: sed in villis non muratis. vocantur autem ville non murate ipsa rura: quoniam omnia loca siue murata siue nō mu rata appellantur hic ville. nos autem alium modum loquēdi ba bemus. ⁊ patet hoc quod posuit hic scriptura in diuisionib⁹ que fiunt in libro Josue. nam omnia loca terre promissionis vocan tur ibi ville vel vrbes: aut villule. ⁊ tamen certum est q; ibi erāt multa loca non murata. differunt autem iste domus vendite a domibus que sunt in vrbibus: quoniam in his fit sicut in ven ditione agrozum. Causa huius supra posita est. s. q; illa lex fuit posita multum stricte in fauorem ciuitatum vt semper essent po pulose. in ruribus autem non manet idem motuum: siue multū habitentur: siue non: ideo reducit ea ad ius cōmune agrozum. i. alia q; possessionū. sed alia ratio efficacior fuit scda supra tacta. (Agrozum iure vendetur). i. iste domus vendentur per legem agrozum. i. per legem fundorum vel aliarum possessionum im mobilium. est autem lex in illis q; quando vendebantur: pote rat venditor quocunq; tempore redimere rem venditam red dendo precium iuxta computationem fructuum supra habitam. ⁊ si non redimeretur fundus redibat in iubileo ad dominū po remtita in domibus venditis que erant in ruribus poterat fieri redemptio quolibet tempore supputando fructus perceptos si cut supputabatur in agris. (Si autem redempta non fuerit in iu bileo reuertetur ad dominum suum). Idest si in toto tempore intermedio non redemerit eam venditor redibat ad eum in iu bileo: ⁊ hoc sine aliquo precio dato: quoniam distinguitur re dimi ⁊ redire. redimi est q; possessio cōuertatur ad dominum dato precio pro illa iuxta supputationem tēporis. redire est quā do ipsa res conuertebatur ad dominū nullo dato. ⁊ hoc solum erat in iubileo: omnibus autem aliis temporibus redimi debebant: alioquin non rediret. (Edes leuitarum que in vrbibus sunt). ¶ Dic ponitur casus specialis circa leuitas cuz venderent domos quas haberent in vrbibus. nam in omnibus aliis habebant ipsi legem cōmunem que erat posse redimi rem venditam quocunq; tempore vel redire in iubileo. In domi bus autem que erant in vrbibus fuit posita alia lex. s. q; non re dimerentur nisi in anno primo quo venderentur: ⁊ si non redi merentur non redibant in iubileo. quantum ad hoc acceperunt leuite priuilegium super ceteros q; etiam domus eorū que erāt in vrbibus possent redimi quocunq; tempore. ⁊ si non redime rentur redirent ad eos saltez in iubileo. ¶ De hoc dicet aliquis esse casum: quia deus vult dare specialia priuilegia leuitis q̄ po pularibus. sicut in ecclesia apud nos maiora sunt priuilegia cle ricorum q̄ laicorum. ⁊ satis rationi consentaneum est vt illi qui domino specialiter vacant specialibus bonoribus gaudeant ⁊ priuilegijs. ita autem ⁊ in veteri testamento leuite qui domi no ministrabant debebant aliquid habere super ceterum popu lum cui non licebat facere aliquam ministrationez. ¶ Sed non est ista causa: sed potius iuuantur ex iure cōmuni. nam sicut erat in laicis concessum de quibusdam possessionibus q; semper re dimi possent vsq; ad iubileum: ⁊ si non redimerentur q; redirēt in iubileo. ita esse debuit apud leuitas. sed leuite non habebant aliquam possessionem agrozum: sed solum domos in quib⁹ ha bitarent: quia iura percepta de sanctuario erant eis loco posses sionum agrozum. sicut ergo in possessionibus agrozum gaude bant populares hoc beneficio q; possent eas redimere quocū q; tempore: ⁊ si non redimerentur redirent in iubileo: ita de buit dari aliquid simile in leuitis: sed non poterant habere si mile in agris cum nullos agros possiderent: ergo debuerūt hoc habere in domibus vrbium loco agrozum. ⁊ ista causa exprimi tur infra cum dicitur. q; domus vrbium leuitarum pro posses sionibus sunt inter filios israel. ¶ Accipiūtur autem hic leuite non prout dicunt ministerium: sed genus. nam vno modo di cuntur leuite omnes qui sunt de tribu leui: siue sint sacerdotes: siue non. ⁊ isto modo non distinguimus sacerdotes a leuitis. Alio modo dicuntur leuite: ⁊ significāt ministerium quoddam. nam distinguebatur tota tribus leui in duo genera principalia ministrationis: scilicet ministratio circa altare in sacrificijs ⁊ thymiamate: ⁊ panibus propositionis atq; candelabro: ⁊ ceteris que erant intra sanctuarium. Alia autem ministratio erat in re

bus

Jn qb⁹ dā possessio israelitarū.

Urbes qd.

Qd ān⁹ vocat circulus ⁊ quo egyptij eum in circulo figurabāt.

Circulus i āno dr ouo pliciter.

Notādū.

Redimi ac redire differūt.

Q. 21.

A

An leuitis daret ipuilegiū q; dom⁹ eor in vrb⁹ redi rēt i iubileo vl p ueniret eis ex rōne iuris.

Luiusdā assignatio cāe ō casu speciali pene leuitas.

Impto.

Leuite duplr accipiunt.

bus pertinentibus ad sanctuarium: non tamen intra ipsum sanctuarium. sicut portare ea que erant in sanctuario de loco ad locum cum castra mouenda essent: ⁊ figere tabernaculum cum castra metarentur: ⁊ excubare in circuitu sanctuarij ne aliquis de populo accederet ad illud. Prima harum ministrationum tradita fuit aaron ⁊ filijs eius vt appet Nu.3.et.18.c.⁊ ista vocatur ministratio sacerdotalis. alia autem data fuit omnib⁹ alijs de tribu leui. ſ. meraritis: gersonitis: caathitis ſm distributiões officiorum que habent Nu.c.3.et.4.⁊ isti qui pertinēt ad hanc secundam ministrationem vocantur specialiter leuite: prout distinguuntur contra sacerdotes. ⁊ iste modus accipiendi leuitas est magis vsitatus in sacra scriptura. ſ. vt dicantur leuite q̄ sunt de genere leui: ⁊ non sunt sacerdotes. ipsi vero sacerdotes q̄q̄ sunt de genere leui propter dignitatem tamen maioris ministerij leuite non vocantur sed sacerdotes. hic vero accipiūtur leuite primo modo. ſ. pro omnibus qui sunt de tribu leui: siue sint sacerdotes: siue solum leuite. ¶ Causa huius est quia nō debebāt esse minoris priuilegij sacerdotes q̄ leuite sed potius maioris: quia specialius domino ministrant. etiam quia eadem causa cō sistit in sacerdotibus que in leuitis. ſ. q̄ non habeant possessiones agrorum inter filios israel: sed domus vrbium sint eis loco possessionum. ergo eodem modo in sacerdotibus sicut in pure leuitis ista lex tenebat. (Semper possunt redimi). ſ. vsq̄ ad annum iubileum data precio computando fructus in sortem vt supra dicebatur. ⁊ hoc est siue leuita venderit alteri leuite domuz suam: siue alicui de populo. semper enim idem ius redimendi habebat. (Si redempte non fuerint in iubileo reuertentur ad dominos). Ista lex de redemptione domorum leuitarum intelligēda est iuxta redemptionem supra positam que fiebat in agris: scilicet q̄ si esset aliquis propinquus venditoris redimebat rem de manu emptoris: vel ipse venditor postea dabat precium quādocunq̄ vellet: ⁊ facta computatione fructuuz in sorte iuxta modum supra positum redibat possessio ad dominum: alioquin reuertebatur in iubileo nullo dato precio. (Quia domus leuitaꝝ) ſ. tam sacerdotum q̄ aliorum minorum leuitarum. (Pro possessionibus sunt inter filios israel). Ista est causa huius legis specialis in leuitis: scilicet q̄ ipsi gaudere debebant lege redemptionis vel reuersionis in iubileo: sicut gaudebant populares: sed non habebant in quo gauderent quantum ad agros. ergo debuit eis commutari hoc in domos: ⁊ hoc solum quantuz ad domos vrbium. nam domus qui erant in locis non muratis quolibet tempore redimi poterant: vel in iubileo saltem reuertebantur: ⁊ tamen in hoc non erat aliquid speciale leuitis: quia idem erat in omnibus popularibus: ideo in domibus vrbium acceperunt leuite aliquid speciale loco agrorum quos habebant populares. ⁊ dicitur quia domus leuitarum sunt eis pro possessionibus inter filios israel. i. sunt eis loco agrorum. non enim potest accipi hic possessio large pro omni re que possidetur: nec etiam possessio pro omni re immobili possessa: sed solum pro agris. nam si acciperetur quocunq̄ istorum modorum predictoruz nō diceretur q̄ domus erant leuitis pro possessionibus: sed q̄ domus erant possessiones leuitarum. Cum tamen dicitur p possessionibus intelligitur. i. loco possessionuz. ⁊ sic est sensus q̄ habebant leuite domos vrbium loco agrorum. nam non acceperunt leuite distributionem sortium cum alijs tribubus. nam terra fuit diuisa solum duodecim tribubus vt patet Numeri.34. cap̄. ⁊ inter has tribus non fuerunt computati leuite: quia deus erat possessio eorum ⁊ sors vt habetur Nume.18.c. ⁊ Deutero.18.c. acceperunt tamen leuite ab alijs tribubus ciuitates in quibus habitarent quadragintaocto vt habetur Num. 35.c. ⁊ non acceperunt possessiones istarum vrbium. ſ. fundos nec rura ad colendum: sed solum in circuitu ciuitatis duo milia passuum dabantur eis ad alenda pecora. vineas tū aut agros: vel oliueta non habebant nec colebant: quia erant occupati circa ministeria domini. accipiebant tamen ad sustentationem suā a populo iura decimarum ⁊ aliorum prouentuum. de quibus Numeri.18.et.35.cap̄. ⁊ sic leuite in hoc concordabant cum filijs israel: quia possidebant vrbes ⁊ domos sicut alie tribus: non tamen per diuersionem sortis: sed per collationem aliarum tribuum. Differebant autem quia non habebant agros ⁊ vineas ⁊ oliueta sicut populares. ⁊ dicitur q̄ domus vrbium leuitaruz sint pro possessionibus: idest computentur ipsis tanq̄ agri in filijs israel. hoc autem est vt habeant idem ius redimendi vel veniendi in iubileo ad priores dominos. Dicitur hic vrbium leuitarum: non q̄ leuite haberent aliquam distributionem sortium cum alijs israelitis vt prouenirent eis vrbes sicut alijs: sed postq̄ tota terra promissionis diuisa erat in duodecim sortes p duodeciz trib⁹ dedit leuitis aliq̄s ciuitateꝝ. ita vt tribus que abūdaret magis in ciuitatib⁹ plus daret: q̄ vero pauciores hēret daret quoq̄ pauciores sicut habetur Nume.35.cap̄. ⁊ sic date sunt quadragintaocto que vocantur ciuitates leuite. (Suburbana autem eorum non veneant). idest non poterunt vendi suburbana. Dicitur enim suburbanum: quasi sub vrbe positum. ⁊ sunt spatia adiacentia vrbi que sunt quasi sub menibus vrbis: leuite autem habebant suburbana: idest spatia data in circuitu ciuitatum. nam cum qualibet ciuitate dabantur eis duo milia cubitorum per totum circuitum: hec autem non erant ad colendum vineas vel habendum agros: sed vt ibi pascerent pecora sua vt patet Numeri.35.cap̄. De his vero dicitur q̄ non veneāt: idest non vendentur. veneo venes: verbum nostrum passiuum est ⁊ in voce actiua passionem significat: scilicet vendi sicut alia neutra passiua: scilicet exulo vapulo ⁊c. (Quia possessio sempiterna est). Idest suburbana non poterunt vendi: quia possidentur vsq̄ in eternum. ¶ Sed dicet aliquis. non tollitur quin suburbana sint possessio sempiterna: etiam si vendantur: quia ista redirent in iubileo ad priores dominos sicut alie possessiones: ⁊ sic in eternum possiderentur q̄q̄ venderentur. ¶ Respondendum est q̄ possessio eterna dicitur quando semper apud possessorem manet. si autem aliquando definat possidere: etiam si ius ei sit ad postea possidendum non dicetur possessio sempiterna. sic autem erat inter israelitas quando aliquid vendebant. nam q̄q̄ illud redimi posset vel redire in iubileo: tamen quando vendebatur definebat possideri a domino primo: ⁊ transibat in possessionem atq̄ verum dominium emptorum: ideo cum suburbana essent possessio sempiterna nunq̄ poterant vendi: quia iam efficerentur possessio non sempiterna. ¶ In quo considerandum est q̄ leuite habebant ciuitates in quibus morarentur ⁊ suburbana ipsorum. habebant quoq̄ domos intra ciuitates ad habitandum. in his enim differebat: quoniam domus pertinebat ad ius priuatum: scilicet q̄ quilibet possidebat domum suam ⁊ non aliquis alius. ideo iste domus poterant vendi: sed ipsi qui vendebant habebant ius repetēdi eas medio tempore inter venditionem ⁊ iubileum data precio vel reducendi eas ad se in iubileo nullo precio exhibito: vrbes tamen ⁊ ipsa suburbana pertinebant ad ius publicum: nec erant alicuius ciuis: nec omnium simul sumptorum. ideo non poterant tales res vendi: quoniam vocantur sacre sicut porte: ⁊ menia ⁊ theatra. de quibus habetur iusti. de re. diui. circa principium. cum ista in nullius bonis sint non possunt vendi: quia vendere ad dominum pertinet cum per venditionem transferatur dominium ab eo qui illud habeat: cum non possit quisq̄ in alterum plus iuris constituere q̄ ipse habeat. sed in istis nullus habet dominium: ergo nullus potest vendere. ¶ De ciuitatibus autem ipsis non erat dubium q̄ vendi non possent: ideo deus non posuit q̄ non venderentur: de suburbanis tamē magis dubitabatur: ideo dictum est vt non possint vendi. ⁊ ratio de istis patet: quia sicut ciuitas non erat ipsorum leuitarum: ita q̄ ipsi essent domini: sic suburbana non erant ipsorum. sed res sacre sunt pertinentes ad ciuitatem ⁊ ob hoc dicuntur esse possessio sempiterna: quia ciuitas que ista possidet nunq̄ moritur. si autem pertinerent ad iura priuatorum non essent possessiones eterne: quia aliquando possidens defineret possidere: ⁊ sic quantum ad ista non erat ius redemptionis nec iubilei cum vēdi nunq̄ posset. ⁊ ponitur hoc quia forte aliqui de israelitis inter quos habitarent leuite vellent ab eis emere ista suburbana pro pecoribus suis: vel ad colendum in eis: ⁊ leuite pre paupertate vellent vendere ipsa: ⁊ per hunc modum carerent possessionibus vrbium suarum. dicitur ergo q̄ non poterunt vendere. (Si attenuatus fuerit frater tuus). Hic ponitur quedam exhortatio ad pietatez: vt iudei diuites se haberēt misericorditer ad iudeos pauperes: ⁊ est casus. si aliqs iudeus efficeret pauper ⁊ non potens habitare in possessione sua vel vrbe iret ad alium locum volens habitare cum aliquo iudeo: vel saltem commorari in vrbe eius non deberent qui in vrbe illa habitabant opprimere eum vsuris sz gratis cōcedere omne illud quo egeret. ⁊ ponitur hoc quia iudei erant viri immisericordes inter se quanto magis ad extraneos. Cum ergo veniret aliquis extraneus pauper ad habitandum in aliqua vrbe iudeorum opprimerent eum vsuris: ideo deus admonet ne hoc faciant. (Si attenuatus fuerit frater tuus). Idest si fuerit effectus pauper: qō

B Ler ō leuitis itel ligit etiā q̄tū ad sacerdotes.

† Notādū ō lege redēptiōis domoz leuitaꝝ.

† † Dosses. gd in ppositio.

Lre expositio.

Qūo leuite acceperūt vrbes ⁊ suburbana ele mosynā ab alijs tribub⁹.

† Dubium.

Rñsio.

Qūo suburbana pertinēt ad possessionem eternā.

† Exhortatio ad pietatē.

† est attenuari:idest effici in possessionibus minorem.(Et infirmus manu).Idest non potens habere ea que vult vel quibus indiget.manus enim significat omnem potentiam operatiuam. ex eo q̄ in ipsa maxime operatio est. cum dicatur organum organorum iurta Aristotelem secundo de anima.quando ergo potentia alicuius debilitatur: ita vt non possit habere id quo indiget dicitur infirmus manu. ⁊ dicitur hic frater tuus: idest si sit hebreus. non enim ponit hoc deus tanq̄ non sit
F misserendum aduenis conuersis ad iudaismum cum sepe incitet ipse iudeos ad misserendum eis vt patet Exodi.23.⁊ Deuterono.10.capi.sed ideo hoc dicitur quia magis misserendum est fratribus:scilicet iudeis ex genere q̄ conuersis ad iudaismum. vtrisq; tamen bonum erat misereri. Dixit etiam hoc deus:quia facilius inclinarentur iudei ad misserendum fratri-
† bus suis q̄ ad misserendum alienigenis. (Et susceperis eum quasi aduenam ⁊ peregrinum). Hoc erat quia aliqui iudeorum non potentes cōmode habitare in terra sua:ibant ad habitādum ad alias vrbes vbi melius sibi esse reperirent.sic dicitur Judicum.17.capit.de quodam inuene:scilicet.egressusq; de ciuitate bethleem peregrinari voluit vbicunq; sibi commodum reperisset. Isti autem vocabantur quasi aduene ⁊ peregrini: non quidem q̄ essent vere aduene ⁊ peregrini: quoniam sacra scriptura vocat aduenas eos qui relictis cognatione ⁊ cultu deorum suorum veniebant in terra ⁊ in cultum iudeorum. hi enim totaliter aduene erant:quia omnia reliquerant: tam mores q̄ originem. Judei autem quando transibant de loco ad locum ad peregrinandum ibi non vocabantur aduene ⁊ pere-
† grini.(Et vixerit tecum).scilicet q̄ sit mercenarius tuus:aut inquilinus.vel vixerit tecum:idest vixerit apud te: scilicet in ciuitate tua. quocunq; enim horum modorum accipi potest. et est ista locutio ad omnes de ciuitate illa in qua habitaret iu-
Qō.22 deus peregrinus:scilicet q̄ nullus eorum illum opprimeret vsu-
A riis:nec faceret aliquod grauamen. (Ne accipias vsuras ab
Qī de⁹ spā eo. ¶Specialiter enim dixit de vsuris in peregrino:
liter vetuit ⁊ hoc propter duo. Primo quia peregrini pauperes sunt: ideo
ad vsuram magis in eis habet locum vsura q̄ in alijs:quoniam qui di-
dare pere- uites sunt nihil petunt cum vsuris: aut fine vsuris. Secunda
grino. causa est quia illi qui peregrini sunt non habent aliquos amicos vel cognatos:vel affines qui sibi commodarent ea quibus indigebant: ideo magis cogerentur recipere sub vsuris q̄ alij qui essent de terra illa q̄q̄ inopes.admonuit ergo deus de his ne darentur illis vsure: ⁊ hoc siue in pecunia: siue in frugibus:aut quacunq; alia re:quia in omnibus equalis prohibitio est vsurarum vt patet Deuteronomi.23. capitu.⁊ in hac prohibitione apparet:q; istud preceptum intelligatur de iudeis ex genere.nam q̄q̄ iudei benefacerent obseruantes hanc pietatem etiam ad aduenas:tamen non obligabantur ex hac lege.quod patet:quia hic prohibentur dare aliquid ad vsuram illis:⁊ tamen poterant iudei dare aduenis mutuum sub vsuris. sic patet Deuteronomi.23.capitu.scilicet non feneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam:nec fruges:nec quamlibet aliam rem sed alieno: fratri autem tuo absq; vsura id quo indiget
† commodabis. (Nec amplius q̄ dedisti). Hoc videtur esse
Usura qd idem cum superiori:scilicet accipere ad vsuraz.vel accipere ali-
fit. quid super mutuatum.nam communiter vsuram esse dicimus
B quando aliquid recipitur vltra sortem ⁊ vere sic est.sed hic deus facit differentias inter vsuras ⁊ dare aliquid supra sortem: quoniam vsuras vocat quando aliquid determinate datur pro anno vel mense.recipere aliquid amplius dicit quando etiam non facto contractu de recipiendo aliquid determinate: ipse mutuator petit aliquid ab eo cui mutuat vel oblatum ab illo ex
† hac causa recipit: quoniam etiam si libenter offerat:quia pauper est recipiendum non est.(Time deum tuum). Hoc dicitur q̄uis ille pauper peregrinus non possit reddere vicem iudeo diuiti si iniuste oppresserit vel vsuris afflixerit:tamen deus retribuet affligentibus: ideo timeri debet deus tanq̄ potens punire sic facientes ⁊ vere puniturus: ⁊ sic caueatur ab
† his molestijs inferendis. (Ut viuere possit frater tuus apud te). Idest miserearis iudeo qui peregrinatur apud te:quoniam si tu eum opprimis vsuris non poterit propter paupertatem viuere.miserearis ergo ei vt viuat:alioquin recedet a te non
† potens vsurarum tolerare molestiam. (Pecuniam tuam non dabis ad vsuram ei). Repetitio superiorum est:quia satis intelligebatur per hoc quod dictum est.ne accipias vsuras ab eo.⁊ hic accipitur vsura per omnem modum:scilicet quando accipitur aliquid determinatuz super sortem:⁊ hoc ex hac causa.omnes enim modi illiciti sunt:sed magis primus cum ibi magis fiat extorsio ⁊ directius. (Et frugum superabundantiam non exiges). Idest non petes ab eo vt det tibi plures fruges q̄ ei dederis.ponuntur ista duo:quia vsura cōmunius fiebat in his:tamen non sunt ista solum prohibita: sed etiam quomodocunq; contrahatur vsura.sic patet Deuteronomi.23.capitu.vbi prohibetur vsura in pecunijs ⁊ frugibus ⁊ quacunq; alia re. (Ego do minus deus vester). Idest ego qui iubeo vobis ista facere sum deus vester:ideo debetis obedire voci mee. (Qui eduxi vos de terra egypti). Ponitur hoc ad signandam maximam obligationem: quia istud erat de maximis beneficijs temporalibus que deus israelitis contulerat liberans eos a durissima seruitute:que vocabatur ergastulum vt patet Exo.6.cap̄.⁊ vocabatur fornax ferrea vt habetur Deuterono.cap̄.4 propter tantum ergo beneficium erant ei maxime obligati: ⁊ debebant facere quodcunq; iuberet. ¶Alio modo potest intelligi q̄ deus dicat se multum liberalem fuisse eis in eo q̄ illos eripuit de tanto malo:ideo q̄ ipsi sint liberales fratribus suis iudeis non opprimēdo eos vsuris: cum fuerint in paupertate ⁊ aduene apud eos. (Ut darez vobis terram chanaā). Idest ideo vos eduxi de terra egypti vt vobis darem terram chanaan:in qua habitaturi estis:que est terra fluens lacte ⁊ melle.⁊ in hoc exprimit alteruz beneficium magnum.s.conferendo eis terram chanaan.⁊ propter hoc etiam debebant esse liberales proximis suis:sicut deus fuerat eis liberalis in educendo de egypto ⁊ collocando in terra bona. (Ut essem vester deus). Idest ideo vos eduxi de terra egypti vt essem vester deus:scilicet vt me coleretis specialiter:⁊ ego facerem vobis singularia beneficia.naz omnium gentium deus per naturam sum:vos tamen elegi specialiter vt essetis mihi in populum ⁊ in gentem sanctam vt patet Numeri. 19. capitulo. Ideo debetis facere id quod ego iubeo vobis. (Si paupertate compulsus). Dic agitur in speciali de venditione personarum.⁊ agitur quomodo tractandi essent serui de genere hebreorum: ⁊ quanto tempore manere debebant in seruitute.⁊ dicitur.si paupertate compulsus: hoc est principium ad venditionem qua aliquis seipsum vendit. nam nullus seipsum venderet nisi propter paupertatem: quoniam seruitus est extremum malorum.⁊ peius est cuilibet perdere suam libertatem quod est effici seruum q̄ quecunq; mala ei eueniant.nam in omnibus alijs manet homo sui iuris: in seruitute vero nequaq̄. paupertas tamen ad quodlibet siue bonestum: siue inhonestum hominem impellit.Et non ponitur hic ista particula quasi sit aliqua conditio legis. nam tunc solum teneret hoc cum aliquis propter paupertatem seipsum venderet. si tamen aliter se venderet non consequeretur conditiones legis:scilicet q̄ liberaretur a seruitute in iubileo.sed falsum est:quia quomodocunq; aliquis se venderet de hebreis tenebat ista conditio legis.sed ponitur ista clausula tanq̄ communis conditio hominum se vendentiū:quoniam propter paupertatem se vendebant. (Uendiderit se tibi frater tuus). Judei autem vendebant se quando erant sui iuris:scilicet q̄ essent emancipati vt est in illo qui habet vxorem.cum autem aliquis est in potestate aliena:scilicet in patria potestate non potest seipsum vendere: quia cum non possit quis constituere in altero plus iuris q̄ ipse habeat:⁊ ille qui erat in patria potestate non erat sui iuris.ergo non poterat tradere alteri ius in se.sed per venditionem tradet quis alteri ius in se.ergo non poterat qui erat in alterius potestate vendere seipsum:sed solum ille qui per emancipationem erat effectus sui iuris.sic autem est ſm leges humanas q̄ nemo seipsum vendere potest nisi sit maior viginti annis ⁊ participet precium vt patet insti.de iuris perso.circa medium. (Frater tuus). Intelligitur hoc de iudeis qui vocantur fratres ad inuicem.nam gentiles conuersi ad iudaismum non erant fratres iudeorum: nec gaudebant hac lege vt infra habetur.ſz manebant serui in eternum ⁊ transmittebantur ad posteros.iudei autem non poterant effici serui vsq; in eternum: sed solum vsq; ad iubileum. (Non eum opprimes seruitute famulorum). Idest non imperabis ei res duras:sicut imperātur serui qui vocantur hic famuli large.

¶De seruis autem licebat dominis quodcunq; vellent preter hoc q̄ non poterant occidere eos. nam sicut licet homini de re sua possessa facere quodcunq; voluerit:ita licz de seruo:quoniam seruus est possessio domini sui,Sic enim ait aristoteles primo politicorum capitulo secundo. sic quoque ha-

betur

† Larimū bñficiū tpale a dō israelitis collatū

† De vēditiōe psonarum.

¶ Qō. 23. A Qūo oīs pñt ponē labores sernis quos voluerit ⁊ afflig̃ nec bñt ius reclamādi.

Seruus ē oñi sui possessio

betur Exodi. 21. capitulo. vbi dicitur q̄ seruus est pecunia domini sui. Possunt ergo domini imponere seruis suis quoscunque labores voluerint: nec ineſt seruis aliquod ius reclamandi cum totaliter sint res dominorum suorum. ⁊ sic iudei accipientes fratres suos in seruos poterant eos vendere: ⁊ facere eis quodcunque vellent: atque magnis grauare laboribus iuxta legem aliorum seruorum. propter hoc ergo deus iubet eis vt non affligant eos sicut alios seruos: sed sicut mercennarijs ⁊ colonis eis faciant. accipitur autem hic famulus specialiter pro seruo. tamen cum nos loquimur de famulis omnes quomodocunque exhibentes alijs genus aliquod obsequij famulos appellamus. (Sed quasi mercennarius ⁊ colonus erit.) Isti non sunt serui sed sui iuris. habent tamen aliquod opus ad quod obligati sunt. Nam coloni dicuntur esse illi qui ad colendum aliquos fundos sunt collati: ⁊ non habent aliquod alterū opus. hi enim sui iuris sunt: nec possunt cogi a dominis ad aliquod alterum genus obsequij: nisi ad culturam illorum agrorum. possunt quoque isti aliquid sibi acquirere: ⁊ facere quecunque eis expediant. mercennarij vero dicuntur quicunque pro aliqua mercede conducti sunt ad aliquod opus certum. ⁊ isti adhuc liberiores sunt q̄ coloni. nec tenentur nisi ad id pro quo conducti sunt. ⁊ hoc modo iubebat deus vt se haberent israelite ad seruos suos hebreos. tamen adhuc nolebat deus q̄ omnes immunitates quas habebant mercennarij ⁊ coloni haberent serui. nam tunc inter hebreos nihil differret mercennarium esse ⁊ seruum. qō falsum est: quia si dominus daret seruo suo vxorem: illa vxor ⁊ liberi inde geniti erant ipsius domini exeunte seruo in libertate anno septimo. Si tamen daret vxorem colono ⁊ inde haberet filios etiam si post paucus tempus desineret esse colonus non poterat ei tollere filios ⁊ vxorē. etiaz coloni ⁊ mercennarij pro seipsis aliquid acquirere poterant. serui autez nequaquam. non ergo vult deus idem esse de mercennarijs ⁊ colonis sicut de seruis. sed quantum ad hoc vult seruos de genere iudeorum esse similes mercennarijs q̄ domini non possent eos affligere magnis laboribus sicut non poterant affligere colonos vltra id quod sibi impositum erat nec poterant eos punire. nec etiam mercennarijs poterant iubere aliquid vltra opus determinatum pro quo conducti venerant: ita vero in seruis q̄ non imponerentur eis opera dura: nec torquerentur a dominis sicut interdum solent torqueri alij serui. (Usque ad annum iubileum operabitur apud te.) Idest solum poterit manere apud te vsque ad annum iubilei: postea vero non poteris eum tenere. non tamen innuitur in hoc q̄ semper serui deberent manere vsque ad iubileum: quoniam in septimo anno poterant egredi. Sic enim habetur Exod. 21. c. ⁊ Deuteronoñ. 15. c. quandocunque aliquis iudeus venditus est in seruum seruiet annis sex: ⁊ in septimo anno liberabitur a seruitute. ⁊ tamen quando contingebat q̄ seruus maneret in seruitute vltra annum septimum: non poterat cogi ad manendum ex aliqua causa vltra quinquagesimum qui erat iubileus.

† Qui erāt sui qui habāt i iubileo ⁊ an. aliqs ñ coge rēt mānēr vsq; ad iubileū.

Qō. 24.

¶ Aliqui enim in ista littera decipiuntur existimantes q̄ hoc sit preceptum continens imperium: scilicet q̄ serui semper debeant manere apud dominos suos vsque ad annum quinquagesimum: ideo illi exponunt dicentes hoc intelligi de seruo qui venditus est in fine septem septenariorum: scilicet in vltimo eorum: quoniam iste non poterat permanere nisi vsque ad annum iubileum qui est quinquagesimus: quoniam tunc coincidebant ista tempora cum vnus annus esset post alterum iuxta vnam opinionem supra tactam. ⁊ sic tunc idem esse dicunt liberari in anno septimo: vel in iubileo. De alijs vero septenarijs annorum dicunt hoc non posse intelligi. ¶ Sed isti errant in duobus. primo quia existimant cogi ad hoc q̄ dicant seruos debere manere vsque ad annum quinquagesimum iubilei. Sed hoc falsum est quoniam littera non signat hoc: sed solum q̄ iudei venditi in seruitutem operabuntur apud dominos suos vsque ad annum iubileum: idest non poterant cogi ad vltra manendum. ¶ Secundo autem errant dicentes q̄ hoc posset intelligi in seruis qui vendebantur in septimo septenario: quia tunc coincidebant cum iubileo. sed falsum est: quoniam si aliquis venderetur in septimo septenario ⁊ vellet exire in anno septimo remissionis non expectabat vsque ad iubileum: sed vno anno ante iubileum liberabatur. quod patet ex eis que supra probata sunt: scilicet q̄ annus iubilei ⁊ remissionis non coincidant. qui ergo liberandus erat in iubileo ſm legem que hic ponitur non liberabatur in anno remissionis septimo: sed tunc manebat seruus vsque ad iubileum. ⁊ sic non liberabatur quando isti volūt. Nec est incōueniens q̄ aliquibus annis remissionis iste maneret in seruitute: quoniam seruus cuius perforabatur auris non liberabatur in anno remissionis septimo: sed manebat vsque ad iubileum. ⁊ sic poterat manere in seruitute per septem annos remissionis: cum inter iubileum: ⁊ iubileum sint septem septenarie annorum: ⁊ in quelibet septenaria est vnus annus remissionis. ¶ Dicendū ergo q̄ ista littera intelligitur non de quolibet seruo: sed solum de seruis illis qui non liberabantur in anno remissionis propter aliquam causam. naz sicut supra dictum est iubileus erat maioris perfectionis q̄ annus septimus remissionis: ideo ea que manebant incompleta in anno septimo complebantur in iubileo. ⁊ quia aliqui erāt serui qui non liberabātur in septenario in anno remissionis: oportebat poni quomodo liberarentur in iubileo. Et isti erant serui qui acceperunt a dominis suis vxores ⁊ genuerunt ex eis filios dum essent in potestate domini. poterat autem aduenire septimo anno ille seruus liberari: sed manebat in seruitute vxor eius ⁊ liberi. ⁊ aliquando isti serui vt deducerent secum vxorez ⁊ liberos volebant manere apud dominum. ⁊ tunc cuz veniret annus iubileus egrediebatur iste liber cum vxore ⁊ filijs vt patet Exod. 21. c. ⁊ Deuteronoñ. 15. c. Isti enim sunt serui qui operari debebant vsq; ad iubileum: alij vero nequaquam: quoniā isti liberari non potuerunt in septimo anno remissionis vt patet per hoc quod subditur. (Et postea egredietur cum liberis suis.) Idest post annum iubileum egredietur a seruitute ipse ⁊ filij sui. ⁊ non solum dicit de filijs suis: sed etiam de vxore que cum illo egrediebatur. nam propter hanc non fuerat ipse effectus liber in anno septimo vt apparet Exo. 21. quoniā seruus dixit q̄ diligebat vxorē ⁊ liberos: ideo q̄ nō egrederet liber: ſz maneret vsq; in seculum: idest vsq; ad iubileum. Si ergo tunc egrediebatur cum liberis vt littera dicit: sic etiam egrederetur cum vxore. nam nihil magis pertinebant liberi ad eum q̄ vxor: cum fuerit vxor data ei a domino suo. ⁊ consequenter liberi inde nati ad dominum pertinent sicut arbor que solo cedit: vel quia partus sequitur ventrez. ¶ Et quando ibi dicitur q̄ egredietur in iubileo cum liberis non est intelligendum cum liberis quos habuit quando effectus est seruus. nam isti ⁊ vxor quam ante habebant liberi erant: ⁊ egrediebantur cum illo in anno remissionis primo veniente vt habetur Exod. 21. c. cum dicitur. cum quali veste intrauerit cum tali exeat. si habens vxorem ⁊ vxor egrediatur simul. Idem etiam intelligitur de filijs cuz non fuerint geniti in seruitute. Immo isti propzie non egrediebantur in libertatem anno septimo: quia qui egreditur in libertatem seruus aliquando est. sed filij istius ⁊ vxor nunq̄ fuerunt serui: cum iste non vendiderit vxorem ⁊ filios suos: sed solum seipsum. ergo ipse egrediebatur in libertatem: filij autem eius ⁊ vxor: nec in iubileo: nec alis egrediebantur liberi cum semper liberi fuissent. sed intelligitur hoc quando acceperit seruus vxorem a domino suo quando manebat apud eum. ⁊ ante annum remissionis septimum genuit aliquos filios ex ea: postea vero nolebat egredi in libertatem quousq; educeret secum filios ⁊ vxorem. ⁊ de his intelligitur q̄ in iubileo exibat seruus in libertatem cum filijs suis ⁊ vxore. Si autem seruus iste non expectauit annuz iubilei filij sui ⁊ vxor de quibus dictum est: manebant apud dominum. sic patet Exod. 21. c. cum dicitur. ſi autem dominus dederit illi vxorem: ⁊ peperit filios ⁊ filias: mulier ⁊ liberi eius erunt domini sui. ipse vero exibit cum vestitu suo. ¶ Sed nunc aliquis queret de istis filijs ⁊ vxore quos aliquis educebat in iubileo: quid fieret si in anno septimo ipse liberari vellet. nunquid si manerent in seruitute: vel si redirent ad seruuz qui iam exierat de seruitute. * ¶ Aliquis forte dicet q̄ isti filij ⁊ vxor non exibant in libertatem: sed manebant apud dominum. quod patet quia dicitur Exod. 21. c. q̄ vxor ⁊ filij essent ipsius domini: ⁊ seruus egrederetur in vestitu suo. * ¶ Aliquis autem contrarium dicet. ſ. q̄ isti filij ⁊ vxor in anno iubileo redibant ad patrem qui fuerat liberatus in anno septimo a seruitute: quoniam apud iudeos nulla erat perpetua seruitus nisi alienigenarum conuersorum vel filiorum suorum. isti autē filij erant viri iudei: ideo liberari debebant aliquando. sed non erat vlterior terminus liberationis quam iubileus. ergo in anno iubileo vxor redibit ad virum ⁊ filij ad patrem qui egressus fuerat in libertatem anno septimo. ¶ Et poterit responderi ſm istum modum dicendi ad auctoritatem Exo. in qua dicebatur q̄ vxor ⁊ filij erant ipsius domini: ⁊ seruus egredietur cum vestitu suo: q̄ intelligatur de anno remissionis septimo in quo egrediebatur ille seruus in liber-

† Colonus qd sit.

B Dzia inē seruuz ⁊ mercenarium.

A An ista lex intelligaē solū ō suis i. 7: septenario: ⁊ qūo qdā errāt i hac Impzo.

2°. erroz

B

L An possint filij alicui° exire i libtatē aduenientē iubileo si pz accipiēs vxorē a dño exiuit in anno. 7.

† Notandus ſale.

D Si aliquis dimitteret vxorē ⁊ filios i ptāte dñi illi vnq̄ libāt fuiētes i eūnū ſz poterat eos libare pz si maneret ,p eis vsq; ad iubileū.

* Cuiusdaz ratio.

* Cuiusdaz rō ioiuersū Ad. 1. rōnē

Impbatō

tatem. ⁊ tamen filij sui ⁊ vxor non poterant tunc egredi: sed redirent in iubileo. ¶ Dicendum est q̄ hoc non potest stare. nam hoc concesso nunquam daretur q̄ aliquis seruus perforaretur aurem subula ⁊ maneret apud dominum suum vsq̄ ad iubileum. sed hoc falsum est quoniam Exod. 21. c. ⁊ Deutero. 15. c. dicitur de seruis quorum aures perforabantur: ⁊ hic dicitur de eorum liberatione. ergo aliqui manebant serui vsq̄ ad annum quinquagesimum. ¶ Q; autem nullus maneret seruus vsq̄ ad istud tempus si permitteretur modus liberationis vxoris ⁊ filiorum suorum qui supra positus est apparet: quoniam sicut habetur Exod. 21. c. seruus poterat egredi in libertatem anno septimo remissionis. siue accepisset a domino vxorem: siue non. ⁊ siue genuisset ex vxore filium: siue non. Si tamen diceret. diligo dominum meum ⁊ vxorem ⁊ filios: ideo non egrediar liber perforabatur auris eius: ⁊ manebat seruus vsq̄ in seculum. ſ. vsq̄ ad iubileum. ecce qualiter efficiebatur iste seruus vsq̄ ad iubileū vt educeret filios ⁊ vxorem de seruitute. Si tamen reciperetur modus superior liberationis. ſ. q̄ exeunte seruo in libertatem in anno septimo filij eius ⁊ vxor manentes apud dominum egrederentur liberi in anno iubileo nullus vellet manere in seruitute vsq̄ ad iubileum. Sed hoc falsum est quia multi manebant ⁊ dabatur hic lex de liberatione illorum. ergo non fiebat talis modus liberationis: quia tunc stultus esset qui vellet seruire vsq̄ ad annum iubileum pro nihilo: cum possit nihil seruiendo educere filios ⁊ vxorem in libertatem in anno iubilei. ¶ Item patet hoc quia quando seruus egrediebatur in libertatem anno septimo manentibus filijs ⁊ vxore apud dominum dicitur de eis Exo. 21. c. q̄ vxor ⁊ filij erunt ipsius domini. ergo erant serui ipsius domini. sed tunc cum essent serui non videtur aliquis modus p quem possent liberari: quia liberatio filiorum ⁊ vxoris alicuius serui solum erat quando ipse manebat apud dominum vsq̄ ad iubileum iuxta formam hic traditam. sed in casu posito non manet seruus pro filijs suis ⁊ vxore vsq̄ ad iubileum apud dominū. ergo nunq̄ educebantur in libertatez filij ⁊ vxor eius. ¶ Et quando arguebatur q̄ apud iudeos non erat aliqua seruitus sempiterna: sed aliquo tempore fiebat liberatio vt infra patet: nisi in alienigenis: ⁊ filijs eorum. sed isti erant filij viri iudei. ergo non debebant semper manere in seruitute: ⁊ consequēter debebant liberari in iubileo: cum non esset terminus vlterior liberationis. ¶ Respondendū est q̄ isti erant serui in eternum. ⁊ cum dicitur q̄ nunq̄ erat seruitus eterna inter iudeos concedi tur. Sed dicendum est q̄ isti erant alienigene. nam ly esset filij istius viri iudei: tamen susceperat eos ex ancilla gentili quā dederat ei in vxorem dominus suus. ⁊ quia partus sequitur vētrem: sicut mater erat ancilla vsq̄ in sempiternum ita erant filij qui propter eam vocabantur alienigene. sed hoc quod dicitur de liberatione iubilei: erat aliquid gratis concessum seruis iudeis. nam regulariter filij ab eis geniti modo supra dicto et vxor debebant esse serui in eternum cum pertinerent ad alienigenas. concessit deus tamen hoc priuilegium eis vt cum seruirēt vsq̄ ad iubileum liberarentur ipsi ⁊ filij eorum ⁊ vxores. ¶ Q; autem vxor illa ex qua seruus susciperet filios de quibus dicitur esset gentilis: apparet quia non poterat esse de filiabus iudeorum. naz tunc esset ancilla: aut libera. non potest dici q̄ esset ancilla: quia inter iudeos non poterat vendi aliqua femina in ancillam nisi esset infra pubertatem ⁊ venderet eam pater suus vt acciperet illam in vxorem dominus emens vel filius eius. Si autem adueniente tempore pubertatis dominus puelle non accipiebat puellam in vxorem: nec tradebat filio suo: aut defloraverat eam: aut non. Si non defloraverat eam redibat puella in domum patris sui libera ⁊ non poterat dominus vendere eā nec facere quicq̄ de illa. Si autem eam defloravisset. ⁊ non acciperet in vxorem compellebatur ei dare virum ⁊ dotare eam vt patet Exod. 21. c. ⁊ sic quomodocunq̄ puella vendita in seruitutem de genere hebreorum semper efficiebatur libera adueniente pubertate. ¶ Non poterat etiam dici q̄ daretur isti seruo talis puella in vxorem: quia tunc ista efficeretur ancilla pro semper vel ad minus vsq̄ ad iubileum. ⁊ tamen liberanda erat adueniente pubertate. ergo nō dabitur talis ancilla iudea in vxorem seruo. ¶ Etiam non potest intelligi de iudea que esset libera. nam libere nolebant contrahere cum seruis ne diminuerent dignitatem suam. etiam quia dominus erat habens potestatem super virum suum ⁊ non posset conuenienter recipere ab eo debitum: ⁊ alia que pertinebant ad virum ⁊ vxorem. maxime quia hoc intelligitur de filijs susceptis ab illa quam dabat in vxorez dominus seruo vt habetur Exod. 21. c. cum dicitur. sin autem

A

Ad rōnez ī ptrarium.

F

Cū aliquis dabat suo suo vxorez nō poterat ei dar de filiab⁹ isr̄lita rū sz solū ō cōuersis ex gētilitate.

dominus dederit illi vxorem. dominus tamen non poterat dare aliquam mulierem liberam in vxorem alteri: quia libera tradi non potest alicui in vxorem nisi ipsa se tradat. sed dicitur q̄ dominus daret ⁊ ipse non potest dare nisi qō suum est. ergo daret vxorem ancillam de gentilitate conuersam. nam isti poterāt possideri simpliciter a dominis vsque in eternum ⁊ transmitti ad posteros iure hereditario vt patet infra in littera. ¶ Et sic necesse est dici q̄ ista vxor ⁊ filij qui liberabantur in iubileo pertinebant ad gentilitatem. ⁊ cum ancilla talis esset simpliciter ancilla poterat manere vsq̄ in eternum in seruitutem: nisi eam eriperet vir suus per legem hanc de seruitute vsq̄ ad iubileū. Idē autem de filijs eius erat: quia q̄cq̄ illi essent filij viri iudei: tamen erant filij ancille gentilis. ⁊ in hoc magis consequebantur conditionem maternam q̄ paternam. cum partus sequatur vētrem quantum ad honorem ⁊ libertates. Erant ergo isti filij in eternum serui nisi eos pater eriperet sicut dictum est de vxore. ¶ Si autez iste seruus haberet aliquam vxorem liberam iudeā filij eius ⁊ ipsa non manebant apud dominum: siue illa fuisset accepta in vxorem antea q̄ vir introiret in seruitutem: siue postea. De illa enim que ante accipiebatur in vxorē habetur Exo. 21. c. cum quali veste intrauerit cum tali exeat. si habens vxorez ⁊ vxor egrediatur simul. Si vero ista vxor postea fuisset accepta. eodem modo dicendum est q̄ ad dominum nihil pertineret. cum ista esset libera ⁊ non se venderet illi. filij quoq̄ inde geniti erant simpliciter liberi: quia cum partus sequatur ventrez: ⁊ venter. i. mater sit simpliciter libera: erunt filij simpliciter liberi. ¶ Ratio autem diuersitatis inter vxores quas sic accipiebat seruus hebreus: ⁊ inter illam quam dabat dominus seruo iudeo est: quia illa quaz dabat dominus erat ancilla eius: ⁊ pecunia illius: ideo tam ipsa q̄cq̄ quicquid ex ea proueniret ipsius erat. alie autem vxores libere nihil pertinebant ad dominum: ideo nec ipse nec filij earum tenebantur ad aliquam seruitutem. ¶ Q; autem seruus iudeus educeret secum in anno iubileo vxorem ⁊ filios quos suscepisset ex ancilla gentili partiz erat ex debito. partim ex grata dei concessione. ex debito autem quia iste seruus in deus egrediebatur liber in anno septimo remissionis. Si autez volebat manere vsq̄ ad iubileum hoc non erat ex aliquo iure. quod haberet dominus suus in eum: sed quia ipse gratis se subijciebat seruituti pro vxore ⁊ filijs: ⁊ ideo ita educebat vxorē ⁊ filios tanq̄ si emisset eos vt seruos a domino suo data pecunia numerata pro illis: quoniam idem est dare pecuniam vel labores: aut aliquid pecunie equipalens. ⁊ seruitus que erat vsq̄ ad iubileum dabatur tanq̄ commutatio pro filijs ⁊ vxore. ¶ Erat etiam ista liberatio partim ex priuilegio vel grata dei cōcessione: quia seruitus illa que erat vsq̄ ad iubileum forte non tantū valebat quantum vxor quā educebat ⁊ liberi. ⁊ aliquando non valebat medietatem precij: nec tertiam: nec quartam: nec quintam partez: vtpote si aliquis deberet egredi liber in septimo anno: ⁊ postea seruiret vsq̄ ad iubileum sequentem qui poterat esse vsq̄ ad octo annos si adhuc maneret aliud septenarium inter illum annum remissionis: ⁊ iubileum. vel si forte liberaretur in anno septimo remissionis qui erat sm opinionem quorundam: aut poterat immediate esse ante iubileum ⁊ haberet quatuor vel quinque filios ex vxore. manifestum est q̄ non tātuz valebat seruitus illius anni sicut vna vxor ⁊ quinque filij etiam si esset seruitus octo annorum vel plurium: quia ergo pro illa pauca seruitute haberet filios ⁊ vxorez grata concessio erat. ¶ Itez erat hoc quasi in priuilegium: quia accipiebat hic seruus vxorez ⁊ liberos quasi emptos a domino pro seruitio qō erat vsq̄ ad iubileuz. tamen etiam si nollet dominus cogebatur dare ei filios ⁊ vxorem volenti seruire vsq̄ ad iubileum: q̄cq̄ in hoc nō videbatur fraudari dominus. ⁊ si aliqua dānificatio esset: sibi reputaret qui tradidit seruo ancillam in vxorem cum nemo eū ad hoc cogeret. Postea autem cum seruus deberet egredi liber in anno septimo remissionis siue modicū tempus restaret vsq̄ ad iubileum in electione eius erat quid magis vellet. ſ. egredi liber dimissa vxore ⁊ filijs apud dominum: vel manere vsq̄ ad iubileum vt postea educeret filios ⁊ vxorem. ¶ Ratio autem huius concessionis erat fauor matrimonij ⁊ naturalis amoris. nam pater diligit naturaliter filios suos ⁊ vxorem valde. Si ergo manerent filij ⁊ vxor serui vsque in eternum egrediente patre in libertatem esset durissima afflictio patri relinquenti particulam suam animatam in seruitute: scilicet filios ⁊ charam vxorem. Dedit ergo deus vt possent viri educere vxores: ⁊ filios seruiendo hoc modo vsq̄ ad annum iubileum. (Et reuertetur ad cognationē ⁊ possessionē patrū suoz.)

B

Filij et vxor q̄ redimebat alios suos vsq̄ ad iubileū vocāt alienigene pertinentes ad gētilitatem.

Rō diuersitatis

D

Q; seruus possit redimē filios ⁊ vxorē suos vsq̄ ad iubileū erat ei q̄si priuilegiū q̄ inuito dño poterat redimer vxorem.

I

Pz nāl diligit filios suos ac vxorē valde.

,i. iste

.i. iste seruus qui toto tempore translato vsq; ad iubileum man serat in seruitute q̄q̄ non perdidisset cognationem: quia semper pertinebat ad cognationem illam de qua erat: nec perdidisset iura possessionis sue. tamen quia non manserat inter cognatos: sed in seruitute apud dominum dicebatur manere extra cognationem: nūc vero ad illam egredi: quia reddita libertate poterat inter cognatos suos libere manere. Dicitur etiam regredi ad possessionem patrum suorum. non quidem q̄ ante eam non haberet: quoniam ante possidebat. sed quia ante res possessas non administrabat: sed alius loco eius. nunc vero quia incipiebat res suas administrare emancipatus de seruitijs domini dicebatur egredi ad possessionem patrum suorum. s. illi qui vendiderunt possessiones suas: ⁊ postea eas in iubileo recuperauerunt. nam isti non habebant aliquid de possessionib⁹ patrū suorum cum ille manerent apud emptores: sed cum in anno iubileo recipiebant eas dicebantur pure regredi ad illas. sic habetur supra in littera. cum dicitur. ipse est enim iubileus reuertetur homo ad possessionem suam: ⁊ vnusquisq; ad familiam pristinam. (Mei enim sunt serui.) ¶ In ista parte ponitur quare iudei non vendebantur in eternum sicut alie gentes. nam in alijs gentibus omnes contractus venditionis fiunt simpliciter: siue vendatur aliqua possessio: siue vendatur homo in seruum. ⁊ permanebant iste venditiones vsq; in eternum. inter iudeos autem solum vsq; ad iubileum. De possessionibus autē supra causa reddita est in littera. s. q̄ terra nō erat iudeorum sed dei: ipsi vero erant coloni ⁊ aduene qui non habent aliquod ius super corpus possessionis ad alienandum. Hic autem reddit tur causa de hominibus quare non vendantur in seruos vsq; in eternum: ⁊ intentio dei erat hic vt iudei pauperes non pmerentur eterna seruitute: quia sic inducerentur vt conuerterētur ad gentilitatem ne tā tū affligerentur. banc tamen legem data de⁹ volebat iure tueri. s. q̄ hebrei non poterant se vendere in seruos in eternum nec ad vnam horam: quoniam nullus seipsum vendere potest in seruum nisi qui sui iuris est cum nō posset quispiam in alterum ius constituere quod ipse non habet. ergo cum iudei essent serui dei non erant sui iuris sed totaliter pertinebant ad deum: ideo non poterant vendere se in pre iudicium eius nec ad momentum. Deus tamen ad sublenandas necessitates eorum permittebat q̄ vendere possent se in seruitutem vsq; ad iubileum: amplius tamen nequaquam. ¶ Sed aliquis dicet q̄ ista ratio non stat. nam tunc in nulla gente liceret seruitus perpetua: quoniam omnes gentes serui dei sunt. ergo non licet eis vendere seipsos: nec ad tempus: nec in eternuz. maxime autem erit de venditione que erat vsq; in eternum. q̄ autem omnes gentes sunt serui dei nullus dubitat. ¶ Ad hoc respondendum est istam rationem stare conuenienter. s. quia iudei erant serui dei: ideo non licebat eis seipsos vendere. De ceteris gentibus respondetur q̄ nulla gens erat serua dei nisi iudei. nam q̄q̄ omnes gentes sint creature dei: ⁊ subdite ei naturaliter. tamen nulla est serua eius. non enim quilibet subiectus alteri est seruus eius. sed dicitur seruus qui pecunia emptus est: vel in bello captus: aut de manu alterius domini redemptus. Iudei autem erant huiusmodi: quia ipsi primo erant in seruitute pharaonis. deus autem in virtute multa: ⁊ signis: atq; prodigijs redemit israelitas de manu egyptiorum deletis egyptijs in mari rubro. ergo per hoc effecit eos sibi proprie seruos: atq; si pecunia redemisset. De alijs autem gentibus non erat sic. nam q̄q̄ deus illas creasset: ⁊ quotidie gubernaret: tamen nō redemit eas de manu alicuius tenentis eas in seruitute sicut redemit iudeos. ergo non erant serue sed solum naturaliter subdite. Qz autem israelite vocentur serui dei: non propter hoc q̄ a deo creati sunt: aut quotidie gubernantur: sed quia de seruitute educti sunt apparet in littera sequēti. s. ⁊ ego eduxi eos de terra egypti. ergo stabat conuenienter dictum in iudeis q̄ non venderent seipsos: quia erant serui dei. in alijs autem gentibus non subsistebat ista ratio. (Et ego eduxi eos de terra egypti.) Hic ponitur modus quomodo israelite essent serui dei. s. quia eos redemerat sibi iure bellico de manu aliorum hoz. s. egyptiorum pmentium. ⁊ non ponitur hic ista eductio de terra egypti tamq̄ expressiua diuini beneficij. etiam als poni solet: sed tamq̄ signi ficantiam obligationis ⁊ iuris quod deus habet in iudeis. s. quia sunt serui eius ab eo pure redempti. (Non veneant conditione seruorum). i. non poterunt vendi sicut serui. non vetat hic deus iudeos vendi in seruos: quoniam permittebat eos vēdi vsq; ad iubileum sed prohibet eos vendi conditione seruorum. Est enim conditio seruorum vt semper serui sint cum semel serui effecti fuerint. Si ergo iudei venderentur in seruos conditione seruorum manerent in seruitute vsq; in eternum: ⁊ hoc deus prohibet. in quo inuitur q̄ purus contractus venditionis in eternum manet siue vendatur possessio siue homo. nam contractus venditionis simpliciter non duraret in eternum cū deus permittat hic iudeos posse vendi in seruos vsq; ad annū quinquagesimum: non prohibet eos vendi conditione seruorum. ergo venditio per conditionem seruorum est in eternum. (Ne affligas eum per potentiaz.) Hic loquitur deus ad eos qui emebant aliquos de iudeis in seruitutem q̄ non opprimerent eos per potentiā. quod potest intelligi dupliciter. Primo quantum ad afflictionem de qua supra dicebatur q̄ non opprimerentur iudei serui seruitute famulorum. sed quasi mercennarij ⁊ coloni. ⁊ q̄q̄ ista lex data esset: domini tamen per potentiam opprimerent seruos iudeos dura seruitute: ideo deus admonet ne affligant eos per potentiam. Alio modo intelligi potest hoc referendo ad id quod immediate dictum est. s. ad liberationem iubilei. nam lz sic statutum esset vt liberarentur serui in iubileo: tamen domini per potentiam poterant eos tenere in seruitute vltra iubileum. ⁊ hoc erat affligere eos: ideo deus iubet ne hoc modo affligantur. (Sed metuito deum tuum). i. timeas deum tuum. s. q̄ quamuis non desistas ab afflictione seruorum propter eos: quia ipsi nullius potentie sunt. tamen time deum tuum ⁊ facias propter eum hoc. (Seruus ⁊ ancilla.) Prohibuerat deus supra ne haberent iudei aliquos seruos de fratribus suis vsq; in eternum. ⁊ quia hoc videbatur aliquo modo grauatoriam diuitum iudeorum: ponitur hic quomodo iudei possent habere aliquando seruos ⁊ ancillas vsq; in eternum. ⁊ hoc erat de gentilibus. (Sint vobis de nationibus.) Vocantur nationes gentes omnes preter iudeos. ⁊ de his licebat habere seruos. In quo inuitur q̄ iudei q̄q̄ venderentur in seruos tamen nō erāt proprie serui: quia hic dicitur q̄ seruus ⁊ ancilla sint de nationibus. ergo nunq̄ est seruus ⁊ ancilla de iudeis. Illi vero qui de iudeis vendebantur in seruitutem non erant serui proprie: quia non manebant in seruitute vsq; in eternum: que est conditio seruorum vt supra patet in littera. (Que in circuitu vestro sunt). i. de gentibus que sunt in circuitu terre vestre. nō dicitur de his tamq̄ non possent habere iudei seruos de alijs gentibus remotioribus etiam de extremitate mundi: sed dicitur de circuitu vestro ad significandum q̄ non poterant accipere seruos de terra sua. ¶ Aliqui enim dicunt q̄ intelligitur hoc de gentibus que erant in circuitu. i. de gentibus chananeorū que erant apud iudeos quorum terram ipsi iudei accepturi erant. ⁊ ponūt exemplum de gabaonitis qui accepti sunt in seruitutem in vsuz totius populi ⁊ sanctuarij vt p̄z Iosue. c. 9. ¶ Sed hoc non potest stare quia gabaonite erant de terra populorum quos acceptari erant iudei in possessionem suam: ideo non debebant eos dimittere viuentes nec inire cum eis aliquod fedus seruitutis: nec iniuissent nisi forte in fraudem gabaonite mutauissent habitum loquentes cum iudeis tamq̄ venientes de terra lōginqua. cum vero israelite cognouissent se deceptos esse ab illis: populus moliebatur occidere illos: sed Iosue ⁊ principes israel propter iusturanduz quo se constrinxerant liberauerūt illos a morte: ⁊ in penam fraudis sue fecerunt eos seruos sanctuarij ⁊ populi. ⁊ tamē si cognouissent eos esse de terra illa quā accepturi erant nullo modo eos accepissent in seruos: sed occidissent eos sicut occiderant alias gentes. patet etiam hoc Deuter. 20. c. vbi dicitur. de his autem vrbibus que dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere: sed interficies in ore gladij: etbeum videlicet amoreum: ⁊ chananeum: ferezeum: ⁊ eueum: ⁊ iebuseum. sed ante hoc dixerat q̄ quandocunq; oppugnaret aliquas ciuitates que non essent de terra quam accepturus erat israel occiderent omnes viros: ⁊ feminas reseruarent. ⁊ iubet aliter fieri quando pugnarent israelite contra gentes illas quarum terram accepturi erant. ergo oportet q̄ tūc occiderent omnes tam viros q̄q̄ feminas. ergo non poterunt iudei accipere seruos de gentilibus illis quarum terram possessuri erant: sed de alijs. ⁊ dicitur que in circuitu vestro sunt. i. accipietis seruos ⁊ ancillas non de gentilibus qui habitant in terra quā vos possessuri estis: sed de gentibus que habitant in circuitu terre huius. (Et de aduenis qui peregrinantur apud vos.) Hic ponitur alius modus gentium de quibus accipi poterat seruus ⁊ ancilla. ⁊ supra dabatur vnus modus: scilicet q̄ acciperentur serui ⁊ ancille de gentilibus que erant in circuitu: idest de gentilibus nondum conuersis ad iudaismum.

*¶ Dic autem patur alius modus accipiendi seruos ⁊ ancillas.

Nō. 25. A Quare cū oēs gentes faciant ꝛct⁹ simplr in vēditōib⁹: iter iudeos fiebat vēditio etna.

B Obiectō. An ista sit rō sufficiens. Rīsio.

Quō soli iudei erāt sui di q̄ tū ad obligationē.

† Israelite quō di sui essent.

† Seruoz ditio.

† Dupler lre expō.

† Quō iudei aliq̄s suos ⁊ ācillas vsq; etnū habeb⁹ posset.

† An licitum eēt iudīs accipe suos d gīe chananeorum. Nōnulloz expō lre.

Im pbatō.

† *Nō. 26. A Si iudi pugnarent ꝛ

aliq̄m gētē q̄ ñ eēt de chananeis accipiebāt ide suos z ācillas z illi cōpellebāt cōuerti ad ritū iudaicū z circuncidi.

.s. de gentilibus iam conuersis. Primus modus erat vt si iudei pugnarent contra aliquam ciuitatem extra terram possessionis sue occidebant omnes viros potentes capere arma: vel qui iaz alicuius etatis habentis instinctum ad vindicandum erant: feminas autem z paruulos reseruabant vt patet Nume. 20.c. z hoc quando nolebant recipere conditionem pacis z seruitutis z sic accipiebant tunc omnes feminas in ancillas: z omnes paruulos in seruos: aut vendebant eos alijs gentibus. z de his potest intelligi littera ista q̄ acciperent seruos z ancillas de gentibus que erant in circuitu. Et tunc isti qui accipiebantur in seruos z ancillas conuertebantur ad cultum iudaicum. nam si viri essent circuncidebantur z compellebantur ad omnes cerimonias cultus iudaici. Sic patet Exod. 12.c. cum dicitur. omnis seruus empticius circūcidetur z sic comedet. De ancillis autem idem modus erat: quia sine aliqua cerimonia precedente compellebantur ad ritum iudaicum cum in eis non posset precedere circuncisio. ¶ Q; autem tam serui q̄ ancille compellerentur ad ritum iudaicum patet quia permittebatur eis q̄ comederent de sacrificijs pacificis dominorum suorum. z dicebatur q̄ ascenderent cum eis in locum sanctuarij quando ascendebant domini vt patet Deutero. 12.et. 16.c. z tamen non permittebantur comedere de carnibus sacrificiorum: nec etiam introire in sanctuarium nisi iam conuersi essent ad ritum iudaicum vt declaratum fuit supra. 21. ergo serui z ancille accepte de gētilibus cōpellebantur conuerti ad cerimonias iudaicas. ¶ Alio modo poterant accipere iudei seruos z ancillas de gentibus que in circuitu eorum erant. s. vt non acciperent iure bellico: sed precio comparando. z tunc bos emptos in seruos compellebāt ad ritum iudaicum sicut supra dictum est. ¶ Modus autem accipiendi seruos de quo hic dicitur non est de gentilibus manētibus in gentilitate: sed gentilibus iam conuersi qui sponte conuersi fuerant. nam ipsi poterant seipsos postea vendere in seruos sicut iudei faciebant: z tamen non gaudebant eodem priuilegio quo iudei se vendentes: quia iudei venditi egrediebantur liberi in anno septimo remissionis: vel ad plus in anno iubilei. conuersi autem de gentilibus cum semel venditi essent nunq̄ liberabantur: quia nolebat deus q̄ gauderent eisdem priuilegijs quibus iudei. ne oriretur inter iudeos seditio z inuidia: quia alienigene equiparabantur eis: ideo alienigene efficiebantur serui in eternum vt patet infra. Etiaz non gaudebant priuilegio anni septimi remissionis. nam in anno illo remittebantur omnia debita iudeis que contracta fuissent ex mutuo: nec poterant repeti ab eis cum transiret annus septimus. Si tamen essent gentiles cōuersi: semper manebat locus repetitionis vt patet Deutero. 15.c. nec gaudebant aliquo priuilegio anni remissionis nec iubilei: nisi in hoc q̄ fructus istorum annorum communicabantur eis qui sponte nascebantur. sed in hoc non excedebant bestias: quia etiam bestijs agri communicabantur fructus. sic patet Exod. 23. z supra in littera cum dicitur. sed erit vobis in cibum: tibi z seruo tuo: ancille: z mercennario: z aduene qui peregrinatur apud te: iumentis tuis: z pecoribus omnia que nascuntur prebebunt cibum. Alia quoq; erant priuilegia preter annum iubilei z annum septimum remissionis quibus non gaudebant conuersi ad iudaismum. s. q̄ non poterat vnus iudeus alteri dare quicquam ad vsuram: z tamen poterat dare conuersis ad iudaismum ad vsuram vt patet Deuter. 23. c. s. non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam: nec fruges: nec quamlibet aliam rem sed alieno: fratri autem tuo absq; vsura id quo indiget commodabis. z sic patet de aduenis. s. de gentilibus conuersis ad iudaismum q̄ non haberent eadem priuilegia cum iudeis ex genere: sed solum participabant cū eis equaliter in legibus que sunt i punitionibus inferēdis vt patet precedenti. c. vocantur hic aduene gentiles conuersi ad iudaismum: quia isti venerunt de terra sua z cognatione sua z cultu deorum suorum ad terram iudeorum z cultum dei eorum. z dicuntur peregrinari apud eos. i. manere tamq̄ peregrini: quia non habent ibi cognationem nec terram originis: sed omnia sunt eis noua z aliena. (Vel qui ex his nati fuerint in terra vestra). i. non solum poteritis habere seruos de aduenis qui dicuntur esse gentiles conuersi ad iudaismum: sed etiam de filijs eorum qui postea nati fuerint manentibus patribus in iudaismo. ¶ In quo patet q̄ solum vocantur aduene hic illi qui conuersi sunt de gētilitate solum: filij autem eorum qui nati sunt postq̄ ipsi fuerūt conuersi ad iudaismum. non vocantur aduene. ¶ Et causa est quia isti non venerūt de terra aliena: aut de cognatione extranea aut de cultu aliorum deorum: sed patria iudeorum erat patria eorum. z ibi erat cognatio ipsorum: z nullum deum habebant nisi deum iudeorum: ideo nō habebant aliquid in quo aduene vocarentur. Et sic exprimitur hic de aduenis z filijs ipsorum: z rationabiliter factum est. nam non videbatur esse idem ius de conuersis ad iudaismum: z de filijs ipsorum qui postea nati sunt in iudaismo. videbatur enim maiori gaudere priuilegio eos qui in iudaismo nati sunt ex conuersis: q̄ ipsos conuersos. sicut maiori priuilegio gaudebant iudei ex genere q̄ conuersi ad iudaismum. sed isti qui conuersi erant nō tātū apropinquabant ad iudeos ex genere sicut illi qui ex conuersis nati erant in iudaismo. z sic videtur q̄ deberent consequi aliud ius. Deus tamen dicit q̄ siue conuersi ad iudaismum: siue ipsi nati ex eis possint vendi z maneant serui vsq; in eternum. *¶ Sed queret aliquis an hoc semper verum esset. s. q̄ filij conuersorum possent vendi in seruos in perpetuum: vel esset limitatum aliquod tempus vsq; ad quod ista lex duraret. ¶ Dicendum q̄ conuersi de gentilitate semper vendi poterant in seruos perpetuos. sed de filijs conuersorum est dicendum q̄ aut erant illi ex vtroq; parente de parte gentilium: aut pater erat conuersus z mater iudea. Si autem primo modo dicatur non solum ipsi filij conuersorum immediati: sed etiam vsq; ad mille generationes z in eternum haberent hoc q̄ venderentur simpliciter in seruos sine aliquo tempore dato ad remissionem. ¶ Si autem dicatur secundo modo oportet assignari aliquod tempus in quo filij conuersorum exuerent iugum legis huius z haberēt idem priuilegium cum iudeis ex genere. s. q̄ non possent vendi in eternum sed vsq; ad iubileum. ¶ Et dicendum est q̄ ista lex manebat in filijs conuersorum quousq; ipsi possent contrahere matrimonium cum filiabus iudeorum. tunc enim filij inde nati quia erant filij iudaicarum feminarum consequebantur legem iudeorum ex genere. s. q̄ non possent vendi in eternuz: sed vsq; ad iubileum: z sic quantum ad omnia alia priuilegia. Qō autem esset tempus in quo filij conuersorum possint accipere vxores de filijs israelitarum non est totaliter idem: sed in quibusdam conuersis hoc ante fiebat: in alijs autem posterius. s. in quibusdam vsq; ad secundam generationem. in alijs vsq; ad quartā. in alijs ad decimam. z sic differenter. de quo habetur Deutero. 23.c. (Vos habebitis famulos). i. gentiles qui in circuitu vestro sunt poteritis habere in famulos z ancillas: z etiam aduenas conuersos de gentilitate z filios conuersorum. z dicitur q̄ habebunt istos in famulos. s. in famulos simpliciter. nam etiam iudei habebantur in seruos. sed non erant serui simpliciter cuz non possent vendi conditione seruorum vt patet supra in littera. sed solum vsq; ad iubileum. (Et hereditario iure transmittetis ad posteros). i. non solum vos possidebitis istos seruos cōuersos de gentilitate z filios conuersorum in vita vestra: quod est per aliquod tempus possidere: sed etiam transmittetis eos ad posteros. i. ad heredes vestros filios vel nepotes iure hereditario. i. faciendo q̄ ipsi succedant vobis in eis. z hoc est possidere vsq; in eternum. z tamen non fiebat hoc in seruis q̄ erant iudei ex genere: quoniam isti non poterant vendi vsq; in eternum: sed vsq; in iubileum. Non tamen excluditur ex hoc quin ipsi iudei facti serui aliquando transmitterentur ad posteros iure hereditario. nam multotiens hoc fiebat in eis: vt si aliquis haberet seruum iudeum liberandum in anno septimo: z ante tempus illud moreretur relinquebat seruum illum heredi suo vsq; ad tempus remissionis: z postea liberabatur. a fortiori autem poterat aliquis seruus iudeus transmitti ad posteros si maneret vsq; ad iubileum. nam in tanto tempore poterant esse multe generationes z successiones hereditarie. Sed prohibetur in iudeis seruis q̄ non transmittantur ad posteros iure hereditario: ita q̄ ista transmissio duret vsq; in eternum. sed bene poterat fieri transmissio per successores heredes vsq; quo completur tempus seruitutis: siue ad annum septimum remissionis: siue ad iubileum. (Ac possidebitis in eternum). i. isti serui de conuersis z filijs conuersorum z de alijs gentilibus qui erant in circuitu poterant possideri vsq; in eternum. s. vsquequo morerentur. dicitur enim aliquis homo in eternum possideri si tāmdiu possidetur quamdiu ipse viuit. z sic erat de istis: quoniam semper tenebantur in seruos. (Fratres autem vestros filios israel.) Hic ponitur q̄ non erat sic in iudeis ex genere: sed isti maiori gaudebant priuilegio: quia in anno septimo remissionis vel in iubileo liberabantur. z vocantur fratres solum filij israel. Conuersi autem z filii conuersorum. non vocabantur fratres: z sic non gaudebant eodem priuilegio quo iudei ex genere. z hoc est generale q̄ vbicunque dicatur de

*Qō. 27. A Nunqd vez esset sp q̄ filij cuersoz vēdi posſent i seruos in petuum. Rñsio ad q̄stū.

Dubiuz.

Rñsio.

† Serui ō gñie iudeoz alicui trans mittebāt ad posteros iure hereditario ñ erāt i etnū serui. B

† Filij cuersoz ñ vocā tur pegrini z q̄ ēt non gaudebāt p̄ uilegijs iubilei.

B Bētiles cōuersi ad iudaismū nō gaudebant p̄uilegijs iubilei magis q̄ gaudebant bestie agri.

catur de fratribus:semper intelligitur de israelitis descendentibus de iacob:quia quando deus volebat nominare gentiles cōuersos non noiabat eos fratres: sed aduenas aut peregrinos.

† (Ne opprimatis per potentiam).i.non opprimatis iudeos ex genere per potentiam faciēdo vobis seruos vltra tempus debitum.z loquitur hic deus quantum ad tempus remissionis iubeozum.nam cum serui essent liberabantur in anno septimo vel saltem in iubileo.Conuersi autem ad iudaismum:z filij eorum erant serui vsq; in eternum.propter hoc autem iudei aliquando conarentur per potentiam detinere in seruitute alios israelitas contribules suos vsq; in eternum:sicut tenebant conuersos vel filios conuersozum:ideo dicitur q; non opprimantur per potentiam.s.faciendo q; maneant in seruitute vltra tēpus in quo lex exuit illos.(Si inualuerit apud vos manus aduene.)Hic ponit casus in quo vendebatur iudeus alicui cōuerso ad iudaismum vel filio conuersozum.z ponitur speciale in isto casu:quoniam conuersi ad iudaismum grauarent iudeos.z propter hoc volebat deus vt eriperentur iudei de manu illorum.erat enim causa aliqualis inuidie inter iudeos ex genere z inter filios conuersozum z ipsos conuersos.nam iudei ex genere gaudebant priuilegijs anni iubilei z remissionis: sed non cōuersi z filij eozum tam in remissione debitozum q̄; seruitutis vt supza expositum est.ideo cum iudei caderent in manu conuersorum premebant eos:conuersi in manu iudeozum premebāt eos iudei.¶Conuersi enim in respectu ad iudeos non gaudebant priuilegio anni remissionis debitis non repetendis:nec priuilegio de non exigendis vsuris.ita nec iudei in comparatione ad conuersos.vt si aliquis de iudeis recepisset manum a conuerso vel filio conuersi non liberatur ab illo in anno septimo remissionis sicut si recepisset ab aliquo iudeo.ita si venderetur in seruum alicui de conuersis non liberabatur in anno septimo: sicut liberaretur si venderetur alicui iudeo.z si recepisset pecuniam iudeus a conuerso vel filio cōuersi poterant exigi vsure que nō exigerentur si recepisset ab aliquo iudeo.patet hoc:quia omnes leges que loquuntur de remissionibus harum seruitutum: vel debitozum:z vsurarum loquuntur in iudeis ex genere.z sic nullo modo obligant conuersos z filios conuersozum. De lege remissionis debitozum patet ex tenore eius qui habetur Deuter. 15.c.De lege remissionis seruitutis in anno septimo patet Exo. 21.c.z Deuter. 15.c.De lege vsurarum patet Deute.23.c.Erant igitur equales iudei ex genere:z conuersi ad iudaismum inter se nisi quantum ad vnum.s.q; quando venderentur cōuersi ad iudaismum in seruos iudeis manebant in seruitute vsq; in eternum. cum vero vendebantur iudei conuersis ad iudaismū vel filijs ipsozum q̄q̄ non liberarentur in anno septimo remissionis:tamen liberabantur in iubileo vt patet hic in littera.¶Cuz ergo aliqualiter essent exosi iudei conuersis:z cōuersi iudeis.oabat deus q; iudei venditi conuersis poterant redimi a quolibet suozum cognatozum.z si non redimerentur ab eis liberabātur a seipsis si possent dare precium.Sin autem liberabantur in iubileo:z etiam in hoc quod pertinebat ad redemptionem ante iubileum excedebant iudei conuersos:quia non poterant redimi conuersi ad iudaismum vel filij eozum de manu iudeozum per aliquos cognatos suos z affines etiam si darent precium quomodocunq;:nisi de voluntate ipsozum dominozum. Si tamen aliquis iudeus venderetur conuerso vel filio eius poterat redimi quandocūq; vellent eum redimere cognati vel affines sui etiam inuito domino.z non tenebantur dare quodcunque precium vellet dominus eius:sed computando sm tempus mercēnarij.forma huius computationis infra habetur. De his dictuz est Deutero.23.c.(Si inualuerit apud vos manus aduene z peregrini).i.si inter vos factus fuerit potens aduena z peregrinus.manus enim potentiaz signat.z dicitur tunc manus alicuius inualescere quando ipse potens fit.z est sensus q; aliquando aduene de gentilitate efficiebant diuites:z potentes inter iudeos: z tunc iudei vendebant se illis.accipitur autem hic aduena z peregrinus pro eodem.s.pro conuerso de gentilitate qui vocatur aduena:quoniam venit de gente aliena z cultu alienozum deorum.vocatur peregrinus inquantum manet in terra iudeozum peregrinando.s.q; nō manet ibi in origine sua:nec in cultu deorum suozum.(Et attenuatus frater tuus).i.si fuerit frater tuus iudeus depauperatus: quod est attenuatum esse in substantia.z ponitur hoc quia homines solent vendere seipsos propter paupertatem maximam.cuz vero aliquis diues est non vendit seipsum.z tamen ista lex non solum tenet de pauperibus:sed etiam de diuitibus dum tamen essent de genere iudeozum. q̄q̄ non erat tanta misericordia habenda de diuite qui seipsum vendebat sicut de paupere.z dicitur hic frater tuus.i.iudeus ex genere: quia si esset aliquis de aduenis venditus alteri aduene non poterāt hoc facere iudei.nec etiam ista lex erat ad aduenas inter se:sed ipsi faciebāt seruitutes z omnes venditiones eternas sm legem aliarum gentium cum non esset eis data aliqua lex super hoc.(Uendiderit se ei.)Iudei magis vendebant se alijs iudeis q̄; gentilibus conuersis: quia apud iudeos liberabantur in anno septimo sine aliqua redemptione precij. Si autem venderentur gentilibus conuersis aut filijs eozuz nō poterāt exire in libertatem vsq; ad annum iubilei nisi precio redimerentur. Aliquando tamen iudei volentes se vendere non reperiebant aliquos iudeos quibus se venderent.ideo compellebantur vendere seipsos conuersis ad iudaismum.z hoc erat quando inualuerat manus eozum apud iudeos.s.q; erant facti diuites vel potentes.¶Alia autem causa esse potest propter quam iudeus venderet se gentili z non iudeo.s.vt daret ei magis de precio.nam quando aliquis vendebatur iudeo: erat venditio vsq; ad annum septimum remissionis.etiam ibi liberabatur nisi in casu supzapositō.s. quando accepisset a domino vxorem: z genuisset ex ea filios:quia propter filios z vxorem educendos manebat aliquando vsq; ad iubileum.z sic seruitus diuturnior ad quam obligabatur simpliciter iudeus venditus iudeo erat sex annozum.sic patet Exod.21.c.z Deutero.15.c. cum dicitur. si emeris seruum iudeum sex annis seruiet tibi.Istud autem tēpus erat paucum:ideo pro illo paucum precium daretur seruo vendito.Si autem venderetur iudeus conuerso ad iudaismū vel filijs conuersozum erat ista venditio pro maiori tempore.s. vsq; ad iubileum vt apparet in littera.z sic poterat esse tempus quadraginta nouem annozum:ideo maius precium daretur cū aliquis iudeus sic se venderet q̄; cum venderetur alteri iudeo que erat venditio panci temporis.s.vsq; ad annum septimum remissionis.(Aut cuiq̄ de stirpe eius).i.alicui de filijs conuersozum vel aduenarum.ex hoc patet q; solum vocantur hic aduene z peregrini ipsi conuersi immediate de gentilitate:filij autem conuersozum non vocantur aduene sed de stirpe aduenarum.cuicunq; tamen vendatur idem iuris est:quoniam liberabatur in iubileo vel redimebatur ante tempus. Hoc est verum de illis filijs conuersozum qui non gaudebant priuilegio iudeorum z sunt qui nati erant ex vtroq; parente de gentili stirpe: quia isti nunq̄; gaudebant priuilegio iudeozum quamdiu tales erant vt dictum est supza. Nam isti vendebantur in perpetuū: ideo iudei venditi istis manebant venditi vsq; ad annum iubileum.nam in annis remissionis qui erant intermedij non liberabantur nisi redimerentur precio.¶Si autem esset de stirpe conuersozum de gentilitate non tamen ex vtroq; parente: sed esset mater iudea ex genere gaudebat ille priuilegijs iudeozuz quantum ad hoc q; non venderetur in perpetuum sed liberaretur in anno remissionis z ad plus in iubileo.z ideo si huic venderetur aliquis iudeus non poterat retinere illum vsq; ad iubileum:sed liberum dimittebat eum in anno remissionis septimo nisi in casu in quo perforabatur seruo auris Exo.21.c. z hic in littera.nam tunc manebat vsq; ad iubileum.z ratio est quia sicut iste non vt de conuersozum genere sed vt iam de gente israel gaudebat priuilegijs hebreozum vt non posset vendi nisi sub lege remissionis.ita iudeus ei venditus gaudebat apud eū priuilegio anni septimi remissionis: z non sicut venditus conuerso qui non est de progenie hebreozum. (Post venditionem redimi potest).i.postq̄ se vendiderit potest redimi. Hoc priuilegium datur iudeis quando vendebantur aduenis z filijs eoruz.z erat propter duo.Primo quia magis affligerētur ab istis q̄; a iudeis:eo q; iudei erant exosi aduenis z aduene iudeis propter causam supza datam:z magis premerentur ab illis. rationabilius ergo erat liberari de manu illozum q̄; de manu fratrū suozum iudeozum.Secunda causa est magnitudo temporis.nam q̄n iudeus iudeo se vēdebat durabat ista vēditio vsq; ad annū septimū remissionis.cū vero vendebat se gentili durabat vsq; ad iubileuz: z pro maiore tempore seruitutis maius subsidium liberationis dandum erat. Cum vero vendebatur iudeus iudeo non dabatur ei quod posset se redimere propter duas causas supradictas. Si tamen venderet iudeus iudeo possessionem suam concedebatur ei q; posset illam redimere sm modum qui habetur supza. Ratio huius est quia venditio possessionis erat ad maius tempus.s.vsq; ad iubileum.(Qui voluerit ex fratribus suis redimet eum.)*Hic ponūtur personе potentes redimere iudeum venditum alicui aduene vel fi-

L
† In quo casu vendebat in de⁹ alicui cōuerso ad iudaismum.

† Judei ℨ cōuersos si gaudebāt legibus iubileoz q̄tū ad ōbita fic nec ℨuersi ℨ iudeos i eisdem.

† Hoc.s.attenuatus fr tu⁹ q̄re ponitur.

D
† Lre expositio.

E
† Jude⁹ q̄re vēderat se gētili ℨuerso z non iudeo cū a gētili cōuerso grauⁱ⁹ premeretur.

† Priuilegiū datū iudeis

Quare iudei vēditi magis liberandi erant de manu ℨuerſozuz q̄; de manu aliorū iudeoz.

F
*Hic ponūtur personе potentes iudeū aduene vēditum redimere.

lio aduene: ⁊ sunt omnes cognati vel affines. dabatur enim solū bis q̄ possent redimere iudeos venditos: quia cognatus ad cognatum pertinet ⁊ affinis ad affinem aliquo modo. ideo habet ius redimendi cognatus p̄o cognato: vel affinis p̄o affine tamq̄ coniūcta persona. Alij autem de populo iudeorum non habebant ius redimendi etiaz si benefacere vellēt: quia in hoc viderētur grauari ipsi emptores iudeorum si omnibus permitteretur ius redimēdi. ⁊ dō q̄ quilibet de fratribus suis redimet eū. i. poterit redimere. accipiūtur. n. hic fratres. nec valde large nec valde stricte. nam fratres stricte dicti dñr esse geniti immediate ab eisdem parentibus: sicut dicuntur duodecim filij iacob fratres inter se. largissime fratres dicūtur omnes iudei adinuicem de quacūq̄z tribu vel cognatione sint. sic habetur Deutero. 15. c. cum dicitur. cum tibi venditus fuerit frater tuus hebreus aut hebrea. Sic etiam dicitur supra. fratres vestros filios israel ne opprimatis. vbi omnes filij israel vocantur inter se fratres. Accipitur autē hic frater medio modo. s. p̄o illo qui erat cognatus vel affinis in quocūq̄z gradu attinentie non tamen p̄o fratribus solis qui erant ex eisdem parentibus: quia licebat alijs ius redimendi. nec etiam vocantur fratres omnes iudei: quia nō licebat omnibus sed solis cognatis ⁊ affinibus. (Et patruus ⁊ patruelis.) Hic declarantur iste persone que sint: ⁊ dicitur q̄ sunt patruus ⁊ patruelis. nec tamen hic ponūtur omnes: sed exēplificatur de quibusdam: ⁊ postea ponitur regula generalis. nā patruus ⁊ patruelis sunt cognati ex parte patris. Istud tamen ius redimendi non solum pertinebat ad cognatos ex parte patris sed etiam ex parte matris. Sed ponūtur hic iste due persone gratia exempli vt intelligātur cetere. dicitur patruus frater patris: sicut auūculus frater matris. Patruelis dicitur filius patris. ⁊ dicūtur patrueles ad se inuicem filij duorum fratrum. s. filiⁱ patrui ⁊ fratris sui. sic habet Ysa. c. 5. s. cātabo dilecto meo canticum patruelis mei vinee sue. ⁊ isti sunt attinētes sibi in se cūdo gradu equaliter transuersaliz. (Et consanguineus.) Hic ponitur regula generalis. s. q̄ omnibus cōsanguineis liceret redimere cognatos suos de manu aduenarum etiam inuitis dominis. (Et affinis). i. ius redimendi pertinebat ad affines inter quos causatur attinentia. propter coniūctionem carnalem: ⁊ fundatur super consanguinitate. Isti minus attinent sibi inuicem q̄z cognati cum affines solum attineant propter cognatos ⁊ nō econuerso. ¶ Et quando dicitur hic q̄ isti possent redimere nō est sensus q̄ isti soli possent: quia etiam omnes alij iudei poterant redimere si vellet vendere dominus serui iudei. Poterat etiam vendere dominus cuilibet alteri aduene vel filio aduene sub eadem lege qua ipse emerat: non tamen poterat vēdere alicui alienigene. s. gentili non conuerso ad iudaismum sicut dicitur de venditione ancillarum Exod. 21. c. ¶ Erat tamen differentia inter istos quia cognatis ⁊ affinibus erat ius redimendi cognatum suum ⁊ affinem: ⁊ redimerēt etiam inuito domino. alijs autem iudeis ⁊ aduenis non erat ius redimendi iudeum venditum inuito domino. poterant tamen redimere illum volēte domino. ¶ Ratio huius est q̄z cognati ad cognatos attinēt: ⁊ affines ad affines: ⁊ tamq̄ personis coniūctis ineſt eis posse agere p̄o se inuicem. Alij autem non attinent sibi: ideo non habent ius redimendi. Nam si cōcederetur cuilibet istud ius grauarentur valde emptores ⁊ nullus vellet emere. ¶ Potest etiā hoc intelligi ex parte ipsorum iudeorum venditorum: quoniam p̄sumitur q̄ cum eis bene se habeant cognati ⁊ affines sui. De alijs autem non erat ista vlis p̄sumptio etiam si essent iudei.

Notandū. Qualiť se bēbat iudeus redimēs cognatū de manu aduene ad eū.

¶ Sciendum autem q̄ quandocūq̄z aliquis bonus redimebat iudeum venditum aduene efficiebat eum seruum suum. sicut cū aliquis emit seruum ab aliquo domino: efficitur iam ille seruus emptoris. poterat tamen quilibet cognatus vel affinis redimēs dupliciter se habere ad iudeum redemptum. s. vel accipere eum in seruum: vel q̄ maneret obligatus p̄o precio dato: quod magis elegisset ipse redemptor. Si tamen redemptor acciperet in seruum iudeum redemptum non poterat eum in seruum tenere ea lege qua venditus erat aduene. nam iudei vendebantur aduenis vsq̄z ad iubileum. Si tamen aliquis iudeus alteri iudeo venderetur non debebat apud eum remanere nisi vsq̄z ad annū septimum remissionis: nisi in casu suprapositō de seruo recipiente vxorem a domino suo ⁊ gignente ex ea filios: quoniam interdum manebat seruus vsq̄z ad iubileum vt emeret filios ⁊ vxorem de seruitute. sed non erat hic iste casus. ergo non poterat manere seruus apud iudeum redemptorem nisi vsq̄z ad annum septimum remissionis. (Sin autem ⁊ ipse potuerit redimet se). i. si non redemptus fuerit iste a cognatis vel affinibus suis poterat seipsum redimere si haberet pecuniam. nam dabatur primo cognatis ⁊ affinibus q̄ redimerent iudeum venditū: ipsi a principio venditionis redimere poterant: ⁊ non redimebat se tūc ille qui vendebatur: quia differebat venditio ⁊ redēptio. cum tamen alij non redimerent: poterat se quisq̄z redimere. q̄si penitēs q̄ se vendidisset ⁊ isti poterant se redimere: quia q̄q̄z essent serui tamen habebant pecunias ⁊ possessiones in cognatione sua: quibus venditis redimere se poterant. (Supputatis dūtaxat annis a tempore venditionis sue vsq̄z ad annum iubileum.) Hic ponitur modus qui esse dēbat in redemptione. ⁊ iste est communis siue redimeretur aliquis a cognato: vel affini: vel siue redimeretur a seipso. s. q̄ computarentur anni a tempore facte venditionis vsq̄z ad iubileum. ⁊ deinde computaretur precium huius venditionis ⁊ taxaretur quantum cuilibet anno proueniret. ⁊ tunc computarentur anni elapsi a tempore vēditionis facte: ⁊ detraberetur valor correspondens istis annis de toto precio quod datū est p̄o seruo. vtpote si aliquis vendidit se aduenis vel filijs aduenarum. si a tempore venditionis facte vsq̄z ad iubileū residebant anni quadraginta cōputeť p̄cium vtpote si erat ducentorum. ⁊ tūc proueniet cuilibet anno quinq̄. subtrahantur ergo anni a tempore venditionis ⁊ sint decez anni quibus respōdebit precium quinquaginta. ⁊ bis subtractis reliquum. s. centum ⁊ quinquaginta dandum est ipsi domino serui. Dicitur hic q̄ debebant computari anni vsq̄z ad iubileū eo q̄ venditio non fiebat vsq̄z in eternum: sed solum vsq̄z ad iubileum: ⁊ vsq̄z ad illud erat precium datum tarandum. s. quantuz proueniret cuilibet de annis. (Et pecunia qua venditus fuerat iuxta annoz numeruz). i. etiam debet computari pecunia p̄o qua fuit facta venditio. s. que esset sūma eius: ⁊ tūc debebat applicari ad annos remanentes vsq̄z ad iubileum: sicut hic dicitur iuxta numeruz annozū. i. q̄ computetur pecunia per annos: vt videatur quantum proueniat cuilibet anno. ⁊ hoc est vt pecuniam diuidamus per annos sicut in casu supra posito: summa pecunie erat ducentorum ⁊ anni quadraginta erant. Diuidēdo igitur ducēta per quadraginta: proueniūt cuilibet anno quinq̄. (Et ratione mercēnarij supputata). i. q̄ facta ista distributione pecunie per annos ⁊ viso quātum proueniat cuilibet anno: computandus est labor istius serui tamq̄ serui mercēnarij. ⁊ tātum est subtrahendum de precio principali quantum perueniret cuilibet istorum annorum sm computationem factam pecunie inter oēs annos. (Si plures fuerint anni q̄ remanēt vsq̄z ad iubileum sm hos reddet ⁊ precium.) Hic ponitur de modis taxationum. s. q̄ quando erant multi anni residui: multum de precio dabatur. Si autem pauci anni residui essent paucum dabatur: quia necessariū erat fieri cōputationem annozum cum pecunia iuxta modum mercēnarij. i. vt subtrabatur de totali precio dato p̄o seruo tantum quantum correspōdet illis annis quibus seruiuit apud dominum. (Si pauci: ponet rationem cuz eo iuxta annoruz numerū). i. siue sint pauci anni siue multi: semper redemptor ponebat rationem. i. computum cum ipso domino serui: vt sciretur quantum proueniret cuilibet anno ⁊ quantum subtrahendum esset p̄o annis quibus seruiuit qui redimitur. (Et reddet emptori quod reliquum est). i. iste qui redimit seruum de manu aduene dabit ei totum quod residuum est de precio facta computatione per annos quibus seruiuit redemptus ⁊ qui manebant ad seruiendum: quoniam illud est quod debetur. reliquum autem computatur p̄o seruitio. (Annozum quibus ante seruiuit mercedibus imputatis). i. debent imputari siue computari mercedes annozum quibus seruiuit iste qui redimitur: quoniam non est faciendum cuz isto sicut cum seruo: sed sicut cuz mercēnario. s. q̄ detur sibi merces p̄o quolibet anno. ⁊ hoc est ex concessione dei grata. nam si sm leges humanas fieret ea q̄ iste seruus simplr vēdit⁹ fuerat: si postea redimeretur non deberent inde subtrahi mercedes annozum quibus seruiuit. sed dominus serui deberet facere fructus serui suos. s. q̄ lucraretur eos: quia bona fide possidebat: ⁊ tales possessores efficiunt fructus suos. Deus tamen in hoc maxime voluit fauere iudeis venditis: vt citius absoluerentur a seruitute. s. q̄ computarentur mercedes annozum. Sic etiam fiebat supra in redemptione possessionum venditarum. nam cum redimerentur deducebantur inde tempora fructuum preceptorum sicut supra habeť. (Nō affliget eū violenter in cōspectu tuo.) Hic loquitur deⁿ ad israelitas q̄ nō pmittāt affligi iudeos vēditos ipsis aduenis ab eis, ⁊ pōt intelligi quantū ad taxationē tpis seruitutis. s. q̄ non permitterent israelite. q̄ p̄emerentur iudei ab aduenis vltra tempus iubilei. nam ipsi aduene vellent tenere iudeos

quos

3 † Qui modⁱ redēptōe esse debebat.

† Dei locutio ad israelitas.

k † De modis taxationum.

quos semel emerent in seruitute perpetua.z hoc non debebant consentire iudei.¶Alio modo potest intelligi quantum ad afflictionem que est in durissima seruitute.s.q grauando multis laboribus.nā si vellent aduene grauare iudeos emptos duris operibus non erat permittendum z in hoc totus populus israliticus prouidere debebat:ideo dicitur.non affliget eum violētus in conspectu tuo.i.te vidente.¶Alio modo potest intelligi quantum ad longam seruitutem.s.q non permitterēt iudei pmanere iudeum venditum tanto tempore in potestate aduene .s.vsq ad iubileum:quoniam sic multum affligeretur:sed q redimerent eum.z hoc intelligitur non quantum ad omnes israelitas:sed solum quantum ad illos quibus inerat ius redimendi .s.consanguineis z affinibus:vt supra dictū est.(Q; si per hoc redimi non potuerit).i.si iste iudeus venditus nō habuerit cognatos vel affines qui eum redimant vel si non fuerint potentes ad redimendū:z ipse non habuerit pecuniaz ad redimendū se non poterit liberari vsq ad iubileuz:sed ibi liberabitur.(An no iubileo egredietur).s.non data pro eo aliquo precio: qz tūc complebatur seruitus nec poterat aliquis vendi vltra illud tempus:ideo consūmato tempore exibat liber qui vēditus fuerat. (Cū liberis suis.)ª Hoc potest intelligi multipliciter.¶Uno modo q aliquis vendiderat seipsum alteri ad seruiendum: z vendiderat vxorem z filios simul.s.vt omnes seruirent illi domino.z tunc quando egrediebatur vir qui erat caput egrediebatur vxor sua cum eo z filij:quia pro eodem tempore isti venditi fuerant.¶Alio modo potest intelligi.q iste egredietur cuz filijs.s.q iste se vendidisset.z tamen non vxorē suam:nec filios: sed ex eo q iste fuerat seruus existimaret aliqs manere aliquaz obligationem seruitutis in filijs z vxore.z ideo dicitur q egredietur cum liberis suis.i.non manebunt filij nec vxor obligati ad aliquid.¶Alio modo potest intelligi de seruis iudeis qui gignebant filios dum manerent in seruitute.z de istis magis videbatur q baberent aliquam obligationem seruitutis. sed non habent quia nati erant de muliere libera iudea:ideo non incurrebant aliquam conditionem seruitutis.¶Potest adhuc alio modo intelligi si dedisset dominus serui aliquam mulierem in vxorem que esset de ancillis aduenarum:z genuisset inde filios q egrederentur filij cuz eo iam effecti liberi. Sed iste vltimus sensus non est conueniens:quoniam tales filij erant simpliciter serui z manebant apud dominum vsq in eternum:quia erant filij ex ancilla domini:z partus sequitur ventrem nec erat aliqs modus per quem isti liberarentur.¶Et si obijcias de seruis q vendebantur iudeis accipiebant a dominis suis vxores:z inde filios gignebant:quoniam illi filij z vxor erant dñi exeunte seruo in libertatē nisi seruiret vsq ad iubileū.quia tūc egredieba tur liber ipse cum filijs z vxore vt patet Exo.21.c.Sed hic iste iudeus venditus aduene seruiebat vsq ad iubileum.ergo poterat eripere filios z vxorē a seruitute.¶Respondendum est nō posse hoc stare.est enim magna dissimilitudo. nam cum vendebatur iudeus iudeo siue acciperet ab eo vxorem z gigneret filios:siue non acciperet egrediebatur liber septimo anno.filij autem si aliquos suscepisset erant serui.z tamen si vltra tēpus debitum ad seruitutem.s.vltra annum septimū vellet manere vir ille in seruitute vsq ad annū iubileum eripiebat in libertatem vxorem suam z filios:quia istud tempus qō erat ab anno septimo remissionis vsq ad iubileum computabatur pro mercede z precio data pro filijs z vxore.nam als non tenebatur hoc tēpore seruire.Sed in iudeo vendito aduene nō tenebat hoc:quoniam tempus liberationis sue erat iubileus:z vsq ad illud tempus pro se tenebatur seruire.ergo si vxorē quā a domino susceperisset z filios inde genitos educere deberet in libertatem: oportebat vt seruiret vsq ad alteruz iubileum. Sed hic dicitur q in iubileo exibat qō intelligitur de primo iubileo.ergo non potest intelligi de filijs quos habuisset ex vxore que non esset ei tradita a domino:quoniam alij filij qui suscipiebantur ab ancilla tradita a dño manebant serui in eternū cuz nihil pro eis seruiret debzeus seruus. sed solum pro seipso vsq ad iubileum. in casu autem superiori econtrario est.(Mei enim serui sunt filij israel.)Hic ponitur causa quare non fieret inter iudeos venditio aliqua in perpetuum:siue inter iudeos inter se: siue iudeis ad aduenas.sed omnes iste venditiones seruorum limitabātur aliquo tempore.z est:quia israelite non erant sui iuris cū essent serui dei.qui autem sui iuris non est alteri ius in se tradere nequit.Sed concedebat dominus iudeis vt possent vendere se ad tempus ad subleuandas necessitates suas:ideo vendebant se.z hoc erat solum vsq ad iubileum. ¶Sed aliquis diceret q ex hoc grauarentur aduene ementes iudeos cum tenerētur eos dimittere liberos in iubileo.ipsi tamen quando vendebantur iudeis manebant vsq in eternum. ¶Respondenduz est q nō erat grauamen.z hoc propter duo.ª Primo quia in libertate aduenarum erat emere iudeos:vel non emere. Si autem illos emerent emebant cum conditione legis sue.s. vt liberarentur in iubileo.Si ergo aduene scientes hoc vellēt emere iudeos nemo grauabat illos:quia volenti non fit fraus nec iniuria:nec malum infligitur.¶Secūdo non grauabantur.quia sicut erat: differentia in conditione venditionis: ita erat differentia in precio oato.nam iudei vendebantur aduenis non simpliciter sed vsque ad iubileum.aduene autem vendebantur simpliciter vsq ad omne tempus.z sic dabatur maius precium pro aduena quando vendebatur iudeo: q̄ pro iudeo quando vendebatur aduene.cum vnus venderetur simpliciter: z alius cum temporis limitatione.z sicut si venderetur aliquis iudeus cum conditione alicui aduene.s.q illa vēditio duraret vsq ad duos annos in fine illorum annorum liberabatur seruus: z nō fiebat in hoc aliquod preiudicium ipsi aduene emptori.ita cuz venderetur iudeus cuicunq aduene erat ista venditio cum cōditione.s.vsq ad iubileum.z q̄q̄ ista conditio non exprimeretur a vendito:tamen inducebatur a lege nō permittente aliquā venditionem vltra valere.ideo non erat preiudicium aduenis ementibus iudeos cum ipsi scirent banc legem.(Quos eduxi de terra egypti.)Hic ponitur modus quomodo iudei erant serui dei.s.q deus redemerat eos de egypto eripiendo de manu egyptiorum qui premebant eos durissima seruitute:ideo efficiebātur serui eius:z propter hoc non licebat eis vendere se alijs nisi quatenus deus consentiret.z si vltra fuerit vēditio nō valebat tāq̄ facta a non potente vendere se cum non sit sui iuris.

¶Capitulum.xxvj.

EGo dominus deꝰ vester. Non facietis vobis idolum z sculptile:nec titulos erigetis: nec insignem lapidem ponetis in terra vestra:vt adoretis euz.Ego.n. sum dominus deus vester.Custodite sabbata mea: z pauete ✠ ad sanctuarium meum. **Ego dominus.** In superioribus agebatur de solēnitatibus quas populus iudaicus obseruare deberet.hic aūt ponunt mltiplices suasiones vt eas obseruet.z non solū est persuasio ista ad obseruandū omnes festiuitates:sed etiam omnia alia que in hoc libro toto iussa sunt: qñ in isto libro ex maxima parte continet ritus iudaicus: ideo hic ponitur suasio ad illud obseruandū.z diuiditur in quattuor partes.quia primo inducitur populus ad istam legis obseruantiam per prohibitiones.Secūdo per pmissiones.Tertio p cōminationes.Quarto per consolationes.Secunda ibi.(Ego dominus.si in preceptis meis.)Tertia ibi.(Q; si non audieritis me.)Quarta ibi.(Q; si z de his.)Circa primū.(Ego dñs deus vester.) ¶Hic ponunt p̄cepta que obseruāda erāt.z q̄q̄ omnia precepta iubebat deus obseruari z ad hoc inducant persuasiones iste:tamen principaliter ponitur vnū mandatuz.s.de non faciendo idola z colendo deū.z causa huius est:qñ sicut in moralibus ponitur finis tāq̄ principiū:z in speculatiuis ponuntur propositiones prime tāq̄ principia iuxta aristotelem in.7. ethicoꝝ.ita in ordine preceptoꝝ oportet considerari.nam sicut in speculatiuis totus vigor cōcludendi est in principijs:z in agibilibus totus vigor actionis dependet ex fine ad quē ordinant actiones:ita in ordinatione preceptoꝝ est.na; sicut siquis errat in p̄ncipijs speculatiuis ipossibile est q recte dicat in cōclusionibus nisi per accidens.z sīc errat in fine agibiliū humanoꝝ:impossibile est q actiones bone fint qualitercūq; fiant. Et siquis erret in conclusione speculatiua potest se reducere ad veritatez eius si teneat ad veritatem principiorum. Et si errat in aliqua actione potest se reducere ad rectitudinem si habeat finem conuenientem prestitutum.z hoc est quia tota vis speculabiliuz dependet ex principijs.z tota vis agibiliū dependet ex fine. ¶Sic igitur est in coordinatione preceptorum:quia quedaz sunt principalissima: in quorum vno siquis erret necessarium est errare in omnibus:ideo illa principaliter obseruāda sunt.nā siquis errat in alijs obseruatis illis per rectitudinem istorum: potest se reducere ad non errandum in alijs.z tamen siquis erret

A An aduene emētes iudeos grauarēt qz in iubileo eruebāt p̄nitutē. ª 1.causa. 2.causa.

B

† Judei qūo erāt sui ōl.

Als superest ✠ ad

Connexio capituli.

Diuisio eiusdem.

† Qō. 1.

A Documētū p intellectu capituli.

Sigs errat i p̄ncipijs nō pōt corrigi nō corrigēt in cōclionib⁹: ita sigs erret i fine in moralib⁹ ipossibile ē bñ agere pōt nō emēdari si erret in electionibus.

M ª Qūo dicebat alios exire liber cuz filijs suis. 1.expō. 2.expō.

3.expō.

4.expō.

Obiecti.

N

Rñsio.

† Inē iudeos q̄re vēditio aliq̄ i eruz nō fieret

Qō. 28.

in principalissimis qualitercūq; habeat se in ceteris nihil prodest. Hoc modo se habēt pcepta que deus dedit israelitis. nā qdā sunt principalissima ex qbus pēdet virtus oīum alioꝝ. s. habere vnicū deum: et non colere deos alienos: omnia autem alia sunt determinatiua cultus diuini. s. q colatur sic vel sic. et ideo si quis errat in hoc pcepto quod est credere esse plures deos: vel colere deos alienos: impossibile est q in alijs pceptis bene se habeat. siue obseruet illa: siue nō obseruet. quia alia sunt modi quidam colēdi deum. Si igitur quis non coluerit deum non poterit eum sic vel sic colere. cum modus colendi presupponat ipsuz cultum diuinū. qui igitur non colit: nullū modum in colendo habet. (Ego dñs deus vester.) Hic ponit auctoritas iubentis. Deus enim precipiebat hic multa iudeis: ideo presupponit primo auctoritatem iubēdi: et ista est quia ipse est deus et dñs ipsorum. ex quo maxime poterat iubere quicquid vellet q̄ ex aliquo alio titulo. et ponit in hoc duplex ratio iubēdi. ¶ Prima qa vocat dñs. secunda quia vocatur deus. ex eo enim q erat dñs poterat imponere legē: quia quilibet potest ponere legez rei sue. erat autem deus dñs hebreorum nō solum tāq̄ prelatus vel presidens: sed etiam tāq̄ dñs habens seruos: ipse quippe liberauerauerat israelitas de egypto de manu pharaonis. ideo simpliciter erāt serui sui. et poterat eis imponere q̄cūq; legez vellet. ¶ Secūdo poterat ponere legem ex eo q erat deus. et hoc dupl'r: siue quia erat deus absolute: siue quia erat deus specialiter hebreoꝝ. quia erat deus absolute etiam si non haberet aliquam cōicationem specialiorem cū iudeis q̄ cum alijs gentibus poterat eis legem prefigere quā vellet: et tenebantur ipsi naturaliter obedire tāq̄ res eius. ¶ Poterat etiā hoc magis ex eo q ipse erat deus specialiter hebreorū. nam acceperant ipsi eum in deum et pepigerāt obseruare oēs leges eius vt habetur Exo. 19. et. 24. c. hoc autez significauit dñs cū dixit. deus vester. et nō dixit simpliciter deus. (Non facietis vobis idolum.) Accipitur hic idolum pro aliqua statua facta in forma fusoria per liquefactionem metalli. et ista consueuerāt facere gētiles cū deos argenteos fabricarent et aureos et cū hoc maxime vsitatum esset hoc primo exhibuit. sic habet Exo. 20. c. s. nō facietis deos argēteos nec deos aureos. et dixit. (Nō facietis vobis). i. non facietis pro vobis. quasi dicat. non facietis vt vos adoretis. sed sicut non licebat in iudeis pro seipsis fabricare idola: ita nec licebat fabricare vt venderent gētilibus: ideo si aliquis de iudeis hoc fecisset occideretur. Nā in hoc habebat quoddam genus idolatrie: qr lz ipse directe nō coleret idolū exhibēdo reuerentiam: tñ dabat occasionē vt alij colerent. et faciebat id qđ ad nihil erat nisi ad idolatriaz. sicut ergo colens idola occideretur ita faciens ea et vēdens gentilibus mori debebat. ¶ Et q̄q̄ accipiat hic idolū pro statua facta in forma fusoria. tñ large assumitur apud nos idolū pro oīum figura vel imagine: siue sit corporea siue statua siue superficialis vt pictura. nam etiā greci imagines que in oculo sunt idola vocant. ¶ Sciendū q rab. sa. dicit istam legem introductaz esse hic qa supra dictuz fuerat de seruitute iudeorū ad aduenas: et quia aduene possent erudire iudeos in aliquibus ritibus deorum gentilium ponitur hic de modo euitandi oīa. s. q nihil colatur preter deuz: nec idolum: nec sculptile. ¶ Alio modo potest introduci et conuenientius. s. q deus volebat hic inducere iudeos ad faciendum oīa precepta que supra erant posita et pertinebant ad cultū dei. et quia lz aliquis oīa illa obseruaret si idolum coleret nihil proficerent immo magis essent odibilia: deus posuit hic pceptum de non colendo idola a quo omnia precedentia dependent. (Et sculptile.) Dicitur esse sculptile statua facta opere dolatorio vel incisorie sicut si fiant alique statue de lignis: vel de aliqua materia metallina scindendo aliquas partes et cauando: vt inducat ibi figura alicuiꝰ animalis vel alterius rei. et iste etiaz apud gentiles erant in vsu: ideo prohibētur sicut idola. (Nec titulos erigetis). i. non eleuabitis ad adorandum. Dicuntur tituli quidam lapides eleuati ad memoriam aliquorum deorum vel aliquorum hominum defunctorum quibus gentiles aliquam reuerentiam exhibebant. Et generaliter omnes lapides eleuati in sublime ad memoriam aliquarum rerum preteritarum: vel ad significandum aliquid quod est: possunt vocari tituli. et sic lapides eleuati in confines locorum ad distinguendū terminos possunt vocari tituli. Consueuerunt enim in terminoꝝ confinijs poni lapides magni. iuxta illud Uirgilij in vltimo libro eneidos de lapide magno cum dicitur. limes erat positus litem vt discerneret agri. Etiam lapides vel edificia que erigunt pugnantes cū vicerint in bello vocantur tituli. consueuerunt enim pugnantes facere aliquos arcus: vel edificia post victoriam in signum victorie. sic habetur de dauid. q quando reuersus est capta syria fecit sibi nomen in valle salinarum. i. erexit ibi edificium ad memoriam illius belli. sic habetur. 2. Reg. 8. c. de saul etiam dicitur q fecerit sibi fornicem triumphalem cum expugnauisset hostes suos. sic patet primo Reg. c. 14. ¶ Facere tamen titulos ad memoriam rerum vel declarationem q̄q̄ ſm se malum non esset erat periculosum inter iudeos cum posset aliquis adorare illos titulos. aliquando tamen erigebantur tituli ad laudem diuinaz: vt significaretur aliquid factuz a deo. hoc tamē nō licebat cuilibet: sed viris magne auctoritatis. De quibus nullo modo presumptio esse posset q faciebant ad cultum demonum. sic patet de moyse qui erexit duodecim titulos apud montez synai in memoriam duodecim filiorum israel quando confirmata est lex vt habetur Exod. 24. c. Jacob quoq; erexit titulos. s. vnum lapidem in titulum quando ibat in mesopotamiam: et fudit super lapidem illum oleum in signum federis quod ibi cum domino pepigit. sic habetur Gene. 28. c. cum dicitur. surgens ergo mane tulit lapidē quē supposuerat capiti suo et erexit in tituluz fundens oleum desuper dicens. si fuerit dominus mecum et cetera. et postea seqtur: et lapis iste quē erexi in titulum vocabitur domus dei. et iterum erexit titulum in eodem loco cum reuersus esset de mesopotamia vt patet Geñ. 35. c. cuz dicitur. ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei deus libans super euz libamina et effundens oleum. Istis autem licebat titulos facere: quia erant viri magne auctoritatis: alijs autem non licuisset. (Nec insignem lapidez ponetis in terra vr̄a.) Dr̄ lapis insignis lapis pulcher magnus et figuratus ad adorādū eū. In quo deus vetat omnem modum quo possit fieri adoratio alterius rei q̄ ipsius: et totum qđ hic dicitur est in statuis: cū idolum vel sculptibile: vel titulus: aut lapis insignis sint res corporee. Deus autem q̄q̄ prohibeat hoc nihil dicens de picturis tamen etiam intelligit non debere fieri picturas. Si enim aliquis de iudeis coleret picturas vel haberet eas secrete in domo sua de idolatria conuincebatur et occideretur. Ideo deus Deuter. c. 4. prohibuit etiam picturas cum dicitur. ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem: aut imaginē masculi vel femine: similitudinē oīuz iumētoꝝ. vbi distinguit imago et similitudo: quia vnum ponitur pro figura corporea. alterum pro superficiali que est pictura. In hebreo dicitur. (Nec figuratum lapidem ponetis ad adorandum super eum.) Dicunt enim iudei q in terra chanaam in lapidibus magnis positis in plano sculpebatur cauando lapidem: et faciendo quasdam incisuras profundas: ita q manebant ibi figure hominum facte: et super hos lapides sic figuratos incuruabant se gentiles ad adorandum. vel vt alij volunt spandebant se totaliter applicātes manus manibus: et pedes pedibus. et sic singula membra singulis. et iste erat quidā ritus colendi. Similes autem lapides sunt in ecclesia plani iacētes super sepulchra: et in quibusdam sunt figure mortuorum facte per incisuram. ¶ Hoc autem dicunt iudei quia dicitur in littera sua ad adorandum super eum. et sic intelligunt q adorantes deberent esse incuruati: vel expansi super lapidem illum quem adorabant. sed littera nostra abijcit istum sensum: qm̄ nō dicit nec adoretis super eum: sed vt adoretis eum. Etiā nō erat verisimile q si gentiles tales lapides adorarent super eos se incuruarent: vel expanderent: quia maximus honor tribuitur illi rei quam colimus. cum tamen aliquis super aliquam rem se incuruat vel expandit non honorat eam: sed magis sibi subijcit cōculcando. Ideo non est intelligendum talem fuisse cultum inter gentiles vt deus illum prohibuit. Motiuum autem iudeorum quantum ad hoc leuissimum est: quia dicitur super eum. nam super non semper significat superioritatem: sed aliquando significat in vt patet in multis locis: et aliquādo ponitur superuacue quantum ad significationem ex modo loquendi hebraico: quia conditio huius idiomatis talis est. et sic dicetur. (Ut adoretis super eum). i. vt adoretis in ipso vel ad adorandum ipsum. littera autem nostra dicit. (Ut adoretis eum.) In quo significatur q solum vetabatur poni talis lapis ne adoraretur. ad alios autem vsus licitus erat. et tamen quia interdum erat occasio idolatrie non permittebatur hoc fieri nisi a viris de quibus nullo modo dubitaretur q deum recte colerent. Sic erat de altari cōstruendo. vetuerat enim deus altare construi: vel fieri aliqua sacrificia preter q̄ in sanctuario qui erat vnus locus: ne quilibet sacrificaret in agris demonibuz sicut vellet. sic patet supra. 17. c. Si tamen esset aliquis vir de cuius fide nullatenuz dubitaretur potissime si esset magne auctoritatiz poterat facere sacrificia vbi voluisset. Sic patet de Dauid qui fecit holocaustum in area

areunam

Marginalia: Precepta q̄ deꝰ dedit isrelitis quomō se hn̄t. — B — Jubētis auctoritas. — Inductio ppli ad legis obſuātiā p pbibitiones. — C — Opio rab. sa. de introductōe istius legis. — Opio doc. de eadem. — Quid appellētur tituli. — Uirgil. 12. eneidos. — D — Titli aliqn̄ erigebantur i laudē diuinam. — E — Si aliqs iudeꝰ coleret picturaz vl teneret eaz in domo occidebat sicuti diceref de hoc. — Lr̄a hebrea ac iudeoruz expō. — F — Illicituz erat iudeis facere altare nisi esset vir sine suspitōe.

areunam iebusei tempore pestis vt pz.2.Reg.c.vlti.ꝛ.1.Paralip.21.c.sic quoq; pz de Delia prophetā qui fecit sacrificium in monte Carmeli coram prophetis Baal vt bī.3.Reg.28.c.Sic quoq; faciebat Samuel faciens sacrificium vbicunq; vellet aliquādo in Ramatha vt pz.1.Reg.7.c.ꝛ aliquādo in Maspbat. pz eodem.c.aliquando in alijs locis vt pz.1.Reg.15.De horum enim fide nequaq; dubitabatur:potissime qꝛ habebant causas ad faciendum hec.pz specialiter de quolibet eoꝝ in prealligatis cap.(Ego enim sum dominus deus vester.) Potest hoc referri ad superiora dicta vel ad inferiora.sed quomodocunq; dicatur nihil differt:qñ semp significat idem.ſ.auctoritatem iubendi.ꝛ dī.ego enim sum dominus deus vester:ꝛ ista que iubeo de betis facere:qꝛ sum deus vester ꝛ dominus. (Custodite sabbata mea.) Ponitur hic alter precептum de colēdo deum.ꝛ est iste ordo conueniens in preceptis:qꝛ.ē.positum fuit preceptum qō erat primum simpliciter:ꝛ ex quo omnia alia dependebant.ſ.qꝫ coleretur deus verus ꝛ abijcerentur idola.In ista parte ponuntur precepta que determinant modum cultus diuini.Cōsistit autem cultus diuinus principaliter in duobus.ſ.in eis que fiebāt: ꝛ in temporibus faciendi hec.tempora autem erant festiuitates que determinant secum multas cerimonias:non solum temporis sed etiam sacrificioꝝ ꝛ alioꝝ rituum de quibus patuit.ē.23.c.ꝛ magis bī Nume.28.et.29.c.hec autem iubet deus hic obseruari.ſ.vt custodiātur sabbata sua.i.omnes festiuitates a deo imperate:qñ non solum intelliguntur hic sabbata.i.sabbatum qō est semel in hebdomada.sed etiam omnia alia festa vocātur sabbata.sic pz.ē.23.c.vbi generaliter quelibet solēnitas dī sabbatum:eo qꝫ ibi requiescitur a laboribus.sabbatum autem generaliter quietem notat sicut pz.j.in littera:cum dī.tunc placebunt terre sabbata sua:ꝛ sabbatizabit atq; requiescet terra in sabbatis solitudinis sue. (Et pauete ad sanctuarium meum).i.timete sanctuarium:vel habeatis illud in reuerentia non accedentes omni tempore:nec omnes persone:sed solum illi quibus permissum erat.ꝛ hoc est pauere.ſ.qꝫ iudei timerent qꝫ si accederēt ad sanctuarium ꝫ dei preceptum morerentur.ꝛ sic deus eis dicebat vt pz.ē.15.c.ꝛ Nume.1.et.3.cap. ¶In quo sciendum qꝫ deus includit hic multa precepta que pertinent ad reuerentiam eius.nam deus statuerat cultum suum in sanctuario quātum ad sacrificia ꝛ alios ritus principales colendi.ideo volebat vt haberetur illud in magna reuerentia.nam si iudei semel iudicarēt templum dei esse ꝺtemptibile:iudicarent etiam omnia que erāt in sanctuario esse ꝺtemptibilia.ideo deus posuit illud in magna veneratione:ꝛ hoc erat in non accedēdo ad ipsum. ¶Sed istud dupliciter stat:qꝛ aut ꝺsideratur quantum ad iura personarum propter que quibusdam licebat accedere ad ministrandum ſm varia genera ministerij:aut ꝺsideratur quantum ad id qō erat commune omnibus.ſ.ad offerre.omnibus namq; israelitis ꝛ cōuersis ad iudaismum licebat offerre sacrificia ꝛ alias oblationes in sanctuario. Sed quantum ad hoc excludebantur quedam pſone.ſ.immundi.nemo enim immūdus accedere debebat ad sanctuarium:alioquin moreretur vt pz.ē.15.c. ¶Genera autez immundoꝝ erant multiplicia.quidam erant immundi ab intra ꝓpter aliquam naturalem immundiciam sicut leprosi:ꝛ isti nō poterant accedere ad sanctuarium donec mundarentur ſm modum qui bī.ē.13.et.14.c.sic etiam homo fluens semine siue per egritudinem:siue per somnium nocturnum:siue per coitum. isti enim prius purgandi erāt ꝛ prius nō poterant accedere ad offerendum:vel ad aliquam aliam ministrationem. sic pz.ē.15.c.ꝛ Deut.23.c.Eodem modo erant immundi per naturalem maculam mulieres menstruate:vel quomodocūq; fluentes sanguine ꝛ purgabantur iuxta cerimonias que habentur.ē.12.et.15.ca. Alij vo erant immundi per aliquam maculam que non erat ab intrinseco:sed ab extrinseco per aliquem ꝺtactum.ꝛ isti sunt qui tangebant aliquas res immundas:vt quicūq; accederet ad mulierem menstruatam:vel fluentem sanguine.aut ad vir fluētem semine:vel ad res eius erat immundus vt pz.ē.15.ca. sic etiam qui tangeret leprosum vel res illius.ſ. vestes ꝛ similia:erat enim immundus vt pz.ē.14.c.Etiam illi qui tangebant mortuos:vel intrabāt in domos in ꝗbus aliꝗs mortuus erat vel tangebāt tabernaculum illius:incurrebāt enim immundiciam. sic pz Nume.19.c.ꝛ illi qui tangebant cadauera animaliū mortuoꝝ:vel qualitercunq; tangerent carnes animalium immundorum ad esum iam mortuoꝝ incurrebant immundiciam vt pz.ē.11.cap. ¶In istis immundicijs.ē.tactis tam per naturalem immundiciam qꝫ per ꝺtactum erant diuersitates purgationum ꝛ tempoꝝ purificandi ꝛ manendi in immundicia vt pz ex eisdem capitulis que ē.allegata sunt.hoc tamen generale erat qꝫ in omnibus immundicijs quicunq; esset immundus manebat extra tabernaculum toto hoc tempore immundicie sue.ꝛ si quis horum vellet accedere ad tabernaculum ad offerendum vel quomodocunq; moriebatur vt pz.ē.15.c.Alio modo prohibebantur quedaz persone accedere ad sanctuarium:non quidem quantum ad offerendum qō commune erat omnibus: sed quantum ad ministrationes speciales que non ꝺueniebant nisi quibusdam generibus personaꝝ.vnde generaliter omnes de populo qui laici erant prohibebantur videre arcam domini quando nuda erat ꝛ alia vasa ministerij tabernaculi:ꝛ si viderent moriebantur.sic pz.1.Reg.ca.6.de bethsamitibus quos percussit deus: qꝛ viderunt arcam nudam:cum dī.percussit autem de viris bethsamitibus eo qꝫ vidissent arcam domini:ꝛ percussit de populo septuaginta viros:ꝛ quinquaginta millia plebis.Erat etiaz prohibitum omnibus popularibus accedere ad sanctuarium ad castrametadum in circuitu eius preterq; solis leuitis qui non computabantur inter populares.si quis vo de popularibus conaretur castrametari in circuitu sanctuarij moriebatur.sic pz Nume.1.c.cum dicitur.ꝛ erunt in ministerio ac per girum tabernaculi metabuntur:cūq; proficiscendū fuerit deponent leuite tabernaculum: cum castrametanda erigent: quisquis externoꝝ accesserit occidetur:porro leuite per girum tabernaculi figent tentoria ne fiat indignatio super multitudinem filioꝝ israel. ¶Erant etiam quedam ministrationes leuitis debite circa opera sanctuarij:ꝛ ad istas nemo de populo accedere debebat alioquin morerentur: sed soli leuite ista faciebant. sic pz Nume.8.c.cum dī.vt seruiant mihi pro israel in tabernaculo federis:ꝛ orent pro eis ne sit in populo plaga si auſi fuerint accedere ad sanctuarium. Preter istas autem ministrationes que ꝺueniebant leuitis in figendo tabernaculum:ꝛ deponendo:ꝛ portando:atq; excubando in circuitu eius si ipsi conarentur facere aliquid alter morerentur. nam si vellent videre vasa sanctuarij nuda anteq; sacerdotes cooperirent illa moriebantur.sic pz Nume.7.ca.cum dī. nolite perdere populum Laath de medio leuitaꝝ:sed hoc facite eis vt viuant ꝛ non moriantur si tetigerint sancta sanctoꝝ:Aaron ꝛ filij eius intrabunt ipsi disponent onera singuloꝝ:ꝛ diuident quid portare quis debeat:alij nulla curiositate videant que sunt in sanctuario priusq; inuoluantur alioquin morerentur. Alia autem officia erant que ptinebant ad sacerdotes ꝛ ad illa nullus accedere debebat de leuitis.Si autez quis accedere conaretur moriebatur. sic bī Nume.3.c.cum dī. Aaron autem ꝛ filios eius constitues super cultum sacerdotij:externus qui ad ministrandū accesserit morietur. Sic enim patuit in leuitis:quādo Chore ꝛ socij sui conati sunt vsurpare sibi sacerdotium de manu Aaron ꝛ ipsi erāt leuite.nam cum ipse ꝛ ducentiquinquaginta viri cum illo acciperent thuribula crematuri incensum coram domino:egressus est ignis ab altari ꝛ combussit illos:ꝛ alij socij sui.ſ.oathan ꝛ abyron ꝛ familie eoꝝ a terra absorpti sunt.sic pz Nu.16.c. ¶Erāt autem officia sacerdotum offerre incēsum coram domino:ꝛ ponere panes propositionis:ꝛ incendere lucernas candelabri:atq; facere sacrificia.ad hoc autem nullus accedere debebat. de his fuit dictum.ē.21.c.ꝛ si quis ad aliqō istoꝝ accedere conaretur: siue esset de leuitis:siue de popularibus occidendus erat:vel deus illum occideret.sic pz.ē.de leuitis.De laicis vo bī exemplum in rege Ozia qui aliter vocatur Azarias. ipse enim voluit offerre thus coram domino:qui percussit eum lepra in fronte ꝛ mansit leprosus vsq; ad mortem suam:regnabatq; pro eo filius eius Joathan.sic pz.4.Reg.c.15. ¶Sicut aūt erant officia sacerdotum interdicta popularibus ꝛ leuitis:ita erant quedam alia interdicta ipsis sacerdotibus. nam nunq; poterant sacerdotes minores accedere ad sancta sanctoꝝ:ꝛ si quis illuc introiret moriebatur vt pz.ē.16.c. vbi solum sacerdoti magno hoc pmittitur. Etiam non poterant sacerdotes minores stare in tabernaculo quādo sacerdos magnus introibat in sancta sanctoꝝ:nec etiam ipsi poterant facere cerimonias diei expiationis:alioquin morerentur.sic pz.ē.16.c.ꝛ ad Debz.9.c. ¶Et sicut sacerdotibus minoribus erant ꝓhibite ministrationes sacerdotis magni:ita ipsi sacerdoti magno erant quedam prohibita:qñ non poterat introire sacerdos magnus intra sancta sanctoꝝ quandocunq; vellet:sed solum semel in anno in die expiationis.ꝛ hoc premissis quibusdam sacrificijs. aliter autem faciens moriebatur.ſ.si aliquam de istis cerimonijs omitteret.sic pz.ē.16.c.cum dī. loquere ad Aaron fratrem tuum ne omni tempore ingrediat̄ sanctuarium qō intra velum est coram propitiatorio quo tegitur arca vt non moriatur.ꝛ in eodem.c.ponuntur omnes cerimonie

† Dīuinus cultus in duob⁹ p̄cipue ꝺsistit

† Qō.2 A De ꝺsijs horum i mūdoꝝ ꝗ tactuꝝ ꝛ ſm nās imūdicias:ꝛ qūo diuersimode expiabantur.

† Immundoꝝ multiplicia erāt gña.

B

† D Sacerdotū officia.

Prohibitū erat oib⁹ popularib⁹ accedere ad sāctuariū ad castrametandum.

L Qūo ꝓhibebant̄ populares accedere ad ministratiões sāctas leuitaꝝ ꝛ leuite ad ministrationes sacerdotum:ꝛ sacerdotes minoꝛes ad ministrationē maiorum

Solū semel i anno sūmus sacerdos igrediebaꝫ sancta sanctoꝝ.

quas premittere debebat sacerdos magnus cum ingrederetur in sancta sanctoꝝ. de hoc etiam ad Hebreos. 9. c. ¶ Alie quoq; cerimonie erant in ministrando: quas si sacerdos magnus vel minores omitterent mortiebantur. sicut erat cum aliqs ministraturus erat q̄ lauaret manus ⁊ pedes aliqn mortiebatur. sic p̄z Exo. 30. c. sic etiam de vestibus sacris erat: qñ quando aliquis ministraret de sacerdotibus debebat accipere vestes sacras ſm genus ministerij sui: qñ si sacerdos minor esset vtebatur minoribus. si vo maior etiam iuxta dignitatem suam. Et figs aliquam de vestibus necessarijs ad ministrationem omitteret mortiebatur: etiam si seminalia omitteret. sic p̄z Exo. 28. c. cum dr̄. facies seminalia linea vt operiant carnem turpitudinis sue ⁊ vtentur eis Aaron ⁊ filij eius qñ ingredientur tabernaculum testimonij: vel qñ appropinquant ad altare vt ministrent in sanctuario ne iniquitatis rei moriantur. Sic quoq; erat circa cerimonias alias ministrationis: qñ quicgd omitterent sacerdotes de inunctis sibi: vel si aliquid transmutarent mortiebātur sicut p̄z de Nadab ⁊ Abiu: qui qñ obtulerunt de igne de quo oblaturi nō erant combusti sunt coram domino vt p̄z. ſ. 10. c. Idem esset si aliquis offerret incensum qō oblaturus non erat vel panes indebitos. ⁊ sic de ceteris. quicquid enim omitterent vel transmutarent mortiebantur: qñ omnia similia sunt. ⁊ hoc est pauere ad sanctuarium qō deus hic iubet. ſ. q̄ in magna reuerentia tenea tur sanctuarium ⁊ ea que intra ipsum sunt: ⁊ nemo accedat ad ipsa nisi cum timore ⁊ tremore: ⁊ nisi sit quidam cui hoc competat ex officio: ⁊ cum quibus cerimonijs dr̄. alioquin timeat sibi mortem futuram. ¶ Quare autem in nouo testamento nō fuit tantus timor impositus in ministrationibus: nec tot cerimonie iubentur: nec infliguntur durissime pene transgressoribus sicut in veteri testamento Exo. c. 28. in prin. declaratum est.

Ego dominus. Si in preceptis meis ambulaueritis: ⁊ mandata mea custodieritis: ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias temporibus suis: ⁊ terra gignet germen suum: ⁊ pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam: ⁊ vindemia occupabit sementem. Et comedetis panem vestrum in saturitate: ⁊ absq; pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis: ⁊ non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: ⁊ gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros ⁊ corruent coram vobis. Persequētur quinq; de vestris centum alienos: ⁊ centuz de vobis decem milia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos ⁊ crescere faciam: multiplicabimini ⁊ firmabo pactū meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum: ⁊ vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meuz in medio vestri: ⁊ non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos: ⁊ ero deus vester: vosq; eritis populus meus. Ego dominus deus vester qui eduxi vos de terra egyptiorum: ne seruiretis eis: ⁊ qui confregi catenas ceruicum vestrarum vt incederetis erecti.

Ego dominus. Idest omnia ista que ego iubeo facere faciatis: qz ego sum dominus potens ista iubere. (Si in preceptis meis ambulaueritis.) Dicitur inductio israelitarum ad custodiendum precepta per promissiones. ⁊ est istud principale ⁊ secundum huius capituli. ⁊ promittit hic deus israelitis multa bona temporalia per que eos inducat.

¶ Quomodo deus inducit homines ad bona spiritualia per bona sensibilia: ⁊ aliter in nouo testamento: ⁊ aliter in veteri. Et an quis per virtutem mereatur bona terrena ⁊ eterna. Et qualiter in nouo testamento dant bona eterna simul ⁊ terrena. Qō. 3.

Circa hoc sciendum est q̄ deus hominibus loquitur iuxta dispositionem ipsoꝝ hominum vt possint capere ⁊ persuaderi. nam si aliter fieret nequaq̄ conueniret ad intentionem dei. perfectis ergo viris pfecte loquitur. imperfectis autem loquitur per bona impfecta. ⁊ qñ homines terrestres sola que terrena sunt cognoscunt: sola ista sensibilia bona existimantes: nescientes que sint vera bona. iuxta illud Apost. 1. ad Corinth. 1. c. ſ. animal homo ignorat que dei sunt. ideo deus quando aligbus hominibus imperfectis loquitur inducendo ad bonum psuadet eis per ista bona temporalia que ipsi bona existimant solum. ⁊ sic erat de iudeis: qñ ipsi erant viri imperfecti: ideo deus deducens eos ad bonum suadet per bona temporalia. ¶ Non tñ est intelligendum q̄ sola bona temporalia deus det hominibus pro operatione bona. ſ. qñ eum colit: vel quomodocunq; agat aligd directum in ipsum: sed magis dat vitam eternam. qō p̄z: qz deus est iustissimus distributor. ideo opz vt tantum ꝺferat pro opatione quantum ipsa meretur. etiam qz ipse liberalissimus est aliquid ꝺferet vltra meritum. sed omnis opatio bona directa in deum excedit omnia bona temporalia, ergo non fit recta distributio dādo pro illa bona temporalia solum. qō apparet: qz omnis bona operatio directa in deum fit ſm charitatem: charitas autem excellentior est omnibus bonis que possideri possunt. ergo pro operatione que est ſm charitatem non pōt dari sufficiēs premiū in bonis que possideri possunt q̄lia sunt bona tpalia. ¶ Item excellētior est charitas q̄ omnes virtutes morales: cum ipsa sit perfectio ⁊ forma ipsaꝝ ſm quam grate sunt. sed virtutes morales sunt excellentiores omnibus bonis que possidentur. ergo non potest fieri ꝺueniens satisfactio in bonis que possideri possunt pro ipsa morali virtute. Dz hoc: qñ ſm Aristo. 1. Ethi. bona distinguuntur tripliciter. ſ. in bona que sunt extra nos. ſ. bona fortune. ⁊ in bona que sunt circa nos. ſ. bona nature. ⁊ in bona que sunt intra nos. ſ. in virtutem. ⁊ dicit q̄ tertium genus bonoꝝ est differenter bonum a ceteris. etiam in. 7. Ethi. cum Aristo. distinguat bona ponit ipsam virtutem de pulcherrimis ſm naturam. ſ. que ita bona sunt q̄ nullo modo possunt esse mala. Alia autem que possidentur sunt indifferenter bona: qz non magis ad bonum q̄ ad malum declinant: sed ſm relationem eoꝝ efficiuntur bona vel mala. impossibile est igitur q̄ pro ipsa virtute morali deus solum retribuat bona temporalia que possidētur: cum virtus excellentior valde sit. ¶ Item operatio virtutis moralis est valde excellentior ipsis bonis que possidentur: qñ felicitas est maximum bonum humanum. ⁊ tñ illa etiam ſm Philosophos ponitur in operatione ſm optimam virtutem in vita pfecta vt p̄z ſm Aristo. in. 1. et. 10. Ethic. ⁊ non potest poni felicitas in bonis possessis. ergo non potest in eis fieri ꝺueniēs retributio pro virtute morali. ¶ Item eādem sententiaz tenent Philosophi qñ loquūtur de retributione pro opere virtutis vt p̄z in. 5. Ethic. Decuit enim q̄ politia non potest sufficienter retribuere bonis rectoribus pro meritis boni regiminis: sed dr̄ eis dari honor ⁊ gloria. si autem aligd vltra volun tyranni sunt. ecce enim distributio quam facit politia p bono regimine non est iuxta cōmensurationem bonoꝝ possessoꝝ: qñ nullam talem existimat esse equalem merito boni regiminis: sed tribuit maxima bona que apud homines sunt: ⁊ sunt pure politica. ſ. honorem ⁊ gloriam. ⁊ in his adhuc non intendit esse ꝺuenienter satisfactum. ergo nullo modo bona possessa aut quecunq; temporalia possunt equari operationi que est ſm virtutem moralem. a fortiori ergo non equabuntur opationi que est per charitatem: cum ipsa sit excellentior omnibus virtutibus moralibus. ¶ Dicendum igitur est q̄ deus qui pro bono opere tantum erogat quantum ipsum meretur ⁊ amplius: non dat premium pro bona operatione que est ſm charitatem in collatione istoꝝ bonoꝝ temporalium: sed in collatione eterne felicitatis que est sup omnia bona. ⁊ in ista recipiunt quantum merentur ⁊ vltra. Nunq̄ enim deus facit premium esse minus merito. ideo cum charitas sit maior omnibus bonis possessis: qui ſm eam agit necessariuz est vt recipiat retributionez in aliquo qō sit maius q̄ omnia bona temporalia possessa. ⁊ id est ipse deus qui se in premium dat amantibus eum. ſ. videre ⁊ frui. ideo sine qs agat opera legis: sine aliquid alterꝝ ſm charitatem nō recipiet bona temporalia in mercedem adequatam operis sui: sed visionez dei. bona autem temporalia dabuntur non vt meritum operationis sed vt congruentia operanti ad pseuerandum in merito: vel ad magis merendum. ¶ Cum autem dicebatur de virtutibus moralibus dicendum

A Notandum. Nō poterāt bona tpalia eē pre miū sufficiēs p̄ virtute q̄ illa pmittēt i veteri testō.

B Charitas est alijs virtutibus excellētior.

Nota Scōm phos virtuti non pōt dari aliqō p̄miū sufficiēs: datur tñ ei bonor et glia in ciuilitatibus.

C Doc. opi. Quāq̄ i veteri testō semp pmittantur bona terrena: tñ cū bis dabant bona eterna: ⁊ q̄ in nouo testō pmittantur bona eterna: tñ dātur terrena.

*Precepta seruātibus oia bona p mittuntur.

Job. 11. d.

8. d. c. eijciēs in fine. Ibi i nouo testamento

† Inductio populi ad legis obſuātiā p̄ pmissiones.

cendum q̄ ille sm genus suum meliores sunt q̄ quecunq; bona possessa inquantum ipse sunt bona anime: possessiones autem sunt extra nos. ⁊ ideo si aliqđ premium virtuti morali: aut virtuti eius competat necessarium est q̄ illud sit melius ⁊ maius rebus possessis: quia aliter non fieret adequatio meriti ⁊ premij. ideo ciues recte politizantes qui in premium virtutum moralium: ⁊ potissime magne virtutis.s. iusticie in rectore non putāt sufficere bona temporalia: sed tribuunt gloriam ⁊ honorem: recte existimant si tn̄ adhuc putāt hoc non sufficere. nam neq; sufficiunt: q2 ista bona exteriora sunt. hec tn̄ tribuunt q2 non h3 politia aut ciuitas aliqđ melius aut maius qđ tribuat. sicut in quibusdam non est possibile retribuere equale: ⁊ ibi conueniens atq; sufficiens est tribuere qđ possumus vt circa deos ⁊ parentes. ⁊ dr̄ 8. Ethi. ¶ Sed quantum ad deum cum loqmur de premio virtutum moralium dicēdum q̄ aut sunt virtutes morales sole in homine sine charitate: aut coiūcte charitati. Si cum charitate diriguntur ab ea in deum: q2 imperantur a charitate ⁊ facit q̄ actus suos eliciant propter deum ⁊ in ipsu3. ⁊ tunc deus reddit premium pro operationibus illis: non in bonis temporalibus sed in vita eterna: q2 tunc actus qlibet cuiuslibet virtutis moralis est meritorius vite eterne. Si āt v̄tutes morales sole sunt nō sunt meritorie in fine: neq; in actibus suis apud deum. ⁊ id qđ nō h3 deū p̄ fine: neq; p̄ obiecto nullo mō ptinet ad deū: iō nullo mō est meritoriū circa deum. meritu3 qppe circa deum ɔsideratur: cum ipse sit qui premiu3 reddit. Sed de moralibus ita est q̄ si non sint cum charitate nullo modo pertinent ad deum. non enim potest aliqua virtus ad deum ptinere nisi vt ad obiectum velut ad finem. sed neutrum istoꝝ competit moralibus sine charitate. de primo.i. obiecto p3: q2 singule morales habēt passiones aliquas vel actiones: vt est mansuetudo circa iram: ⁊ fortitudo circa timores ⁊ audacias. temperātia circa delectationes tactus: ⁊ gustus: ⁊ tristitias appositas. iustitia aute3 circa actiones distribuendi ⁊ cōmutandi. ⁊ hec obiecta semp̄ eis manent: q2 p̄ obiecta specificātur habitus. vnde nunq̄ possunt ista pdere ⁊ dimittere alia. ⁊ sic non sunt circa deum tanq̄ circa obiectum. nec ēt habent deum pro fine: sed quasdam alias pfectiones humanas politicas. si enim deum sibi pro fine determinassent sic illas tenuissent philosophi. ¶ Sed falsum est: q2 non obseruabant ipsi virtutes has pp̄ deum: sed q2 erat sm se bonum illas tenere. ⁊ ita iste virtutes sm se nullo modo ptinent ad deum: ideo nō sunt aliqualiter meritorie. Charitas autem supueniens eis pōt eas facere meritorias: q2 facit illas ad deum ptinere. ⁊ nō primo modo vt ad obiectum: q2 obiectum suum nunq̄ dimittūt: qm̄ cessarent esse virtutes si dimitterēt obiectum a quo speciem habēt: sed incipiunt ptinere ad deum vt ad finem.s. cum charitas sit habitus imperatiuus: q2 est potentie sublimioris ⁊ de obiecto altissimo impat oibus alijs habitibus vt eliciant actus suos ad finem quem ipse elegerit ⁊ est deus: cum deus sit obiectum ⁊ finis charitatis. Morales aute3 virtutes a charitate impari possunt dupliciter.s. sunt in inferioribus viribus.i. non in voluntate sed in parte ɔcupiscibili ⁊ irascibili que voluntati subijciunt ⁊ obediūt ei. 1. Ethi. ¶ Scđo q2 charitas est de sublimiori obiecto.i. deo qui est simplr̄ finis. ideo l3 essent alique virtutes morales in eadem potentia in qua est charitas.s. in volūtate: adhuc imperaret eis charitas: q2 est de sublimiori obiecto. sic est de iustitia. nā illa in voluntate est: cum non sit circa passiones. ⁊ tn̄ est de obiecto minori.i. de distributionibus ⁊ cōmutationibus. ⁊ sic charitas poterit ei imperare. hoc modo charitas imperare pōt oibus moralibus virtutibus: immo necesse est q̄ impet eis si fuerit cū illis. ⁊ tunc ptinebunt morales virtutes ad deum sicut ad finem: ⁊ ita erunt meritorie: q2 actus suos elicient pp̄ deum. Et ita apparet q̄ aliqn̄ virtutes morales sunt meritorie ⁊ merent̄ vitam eternam: ⁊ non dat deus premium opationis eaꝝ in bonis tpalibus. aliqn̄ autem nullo modo sunt meritorie.s. qn̄ nō sunt cum charitate. ⁊ tunc non dat̄ eis premiu3 a deo in aliquo: q2 neq; in vita eterna: neq; in bono tpali. vnde semper manet veꝝ q̄ deus nunq̄ det p̄ virtute morali premium in bonis tpalibus. sed aut nullum dabit: aut dabit vitam eternam. ⁊ ideo erit de opationibus legalibus si fiāt cu3 charitate. ¶ Ex quo infert̄ q̄ q̄uis deus in veteri testamēto iudeis pmitteret pro bona opatione abundantiam bonoꝝ tpalium: tn̄ non dabat eis in hoc premium. sed solum ponebat ista tanq̄ allicitiua ad bonam opationem. ⁊ hoc q2 iudei erāt viri impfecti: ⁊ magis inducerentur ad bonum per ista tpalia que cognoscebant ⁊ amabāt q̄ per bona eterna que nunq̄ viderant: nec desiderabāt. In nouo aūt testamento ɔ̄trio factum est: q2 nunq̄ aliqua bona tpalia pmittunt̄ sed semp eterna. cuius ratio est: q2 nouum testm̄ est lex pfectoꝝ qui possunt induci per bona pfecta. ideo non debuerunt eis pmitti impfecta bona. ⁊ illa bona que pmittuntur dantur in premium. ¶ Non tn̄ est intelligēdum q̄ obseruatoribus noui testamenti solum detur vita eterna.s. que pmittitur: sed etiam interdum gaudium: ⁊ pax: ⁊ honor: ⁊ ois tpalis prosperitas. ista tn̄ non dantur in premium bone opationis: nec in partem premij: sed solu3 tanq̄ quedam allicitiua ad maiorem virtutem: vel tanq̄ quedam occasio virtutis: qm̄ virtus sic magis resplēdet: cum ista bona tpalia ɔiūcta habuerit q̄ si nō habeat sicut ait Boetius de ɔsolatione lib. 4. prosa. 5. ¶ Est ergo ista differentia in nouo ⁊ veteri testamēto: qm̄ in veteri sola tpalia pmittuntur: sed etiam ɔferuntur eterna. in nouo autem sola eterna pmittuntur: sed tpalia quoq; ɔferunt̄. vtrobiq; tn̄ bona eterna sunt tanq̄ premia: ⁊ bona tpalia tanq̄ allicitiua. ⁊ sic deus in isto. c. pmittit multa bona tpalia iudeis si obſuauerint p̄cepta sua. ⁊ ista nō pmittit eis in premiū: s3 solū vt alliciat ad bn̄ opandū. ¶ S3 ɔsiderādū est de veteri testō q̄ aut ɔsideramus i eo opa que fieri iubent̄: aut deuotionē faciētiū. si sola opa ɔsideremus.i. q̄ nō sint cū charitate: vel nō ɔsiderent̄ ipsa charitas cum eis nō sunt aliquo modo meritoria: q2 nō ptinent ad deum. si autem fiāt cum charitate non solum sunt meritoria bonoꝝ tpalium que hic exprimuntur: sed potius eternoꝝ: immo pprie loquendo non sunt meritoria bonoꝝ tpalium que non faciūt aliquam adequatione3: sed solum vite eterne. Bona autem tpalia vt dictum est non dant̄ in premium: sed in allicitiuum: vel in materiam ɔtinuandaꝝ bonaꝝ opationum. ¶ Sed tn̄ dđm est q̄ non est oino idem circa morales virtutes qn̄ sunt sine charitate ⁊ circa obseruātiam legalem: q2 morales virtutes nullo modo ptinent ad deum qn̄ sole sunt. nam non vt ad obiectum: neq; vt ad finem vt ostēsum est. ideo non pōt ibi esse ratio meriti: secus de legali obseruātia. nam qn̄ est sine charitate non ptinet ad deum vt ad finem: ptinet tn̄ ad eu3 vt ad obiectum nō imediatum: q2 illud est in charitate: spe: ⁊ fide: sed tanq̄ ad obiectū mediatū.s. q2 oēs actus legales sunt quedam obseruātie exhibite circa deum: cum sint materialr̄ quedam cerimonie cultus eius: etiam a deo imposite fuerūt. qđ non est veꝝ de habitibus moralibus. ideo in illa obseruātia est aliqđ meritum ⁊ respōdet illi premium. ⁊ istud ɔsistit non qdem in vita eterna quam p̄ solam charitatem meremur sed in bonis tpalibus. ⁊ hoc maxime q2 deus ponens precepta ista legalia materialr̄ obseruāda adiecit bona tpalia que ɔferēda erant obseruatoribus. ideo videt̄ q̄ etiam si aliqs iudeus nunq̄ habens charitatem seruaret oia ista precepta ad litterā3 daret illi deus ista bona tpalia que hic exponunt̄: ⁊ auferret oia mala opposita que dicunt̄ in littera. ¶ Nō est aūt sic de opationibus virtutum moralium qn̄ sunt sine charitate: q2 ille non sunt circa deum vt obiectum mediate: cum nō sint aliq eius cultus salte3 materialr̄: neq; etiam actus illaꝝ sunt expresse a deo impati sicut obseruātie legales. ⁊ ɔ̄ir non pmisit deus obseruatoribus illoꝝ actuum bona aliqua tpalia sicut obseruatoribus legalium. ⁊ ita per illos actus morales nō merent̄ bona tpalia sicut per obseruātias legales. ⁊ tn̄ opantibus sic moraliter q2 faciunt qđ in se est bonum: l3 non pp̄ deum dat deus aut bona tpalia: aut qđ maius est dat illustrationem interiorem vt ad deum ɔuertant̄ ⁊ charitatem habeant: ⁊ sic iam vere merean̄t. ⁊ hoc veꝝ est nisi qn̄ obseruationes virtutū moraliu3 fiūt pp̄ solam inanem gloriam: q2 sic opantes teste Christo iam recepe rūt mercedem sua3 vt p3 Mat. 6. c. (Si in preceptis meis ambulaueritis.) Loqtur hic deus de oibus preceptis suis siue moralibus: siue iudicialibus: siue legalibus: qm̄ si aliq iudei obseruarēt quedam istoꝝ ⁊ nō alia deus non daret eis psperitatem qua3 hic pmittit pro obseruātibus. ideo oportebat q̄ oia obseruarent. Dr̄ aūt aliqs ambulare in preceptis qn̄ ea ope complet ⁊ in eis ɔuersatur: sicut aliqs dr̄ ambulare in via: q2 per eam ɔtinue pcedit. (Et mādata mea custodieritis.) Hic possunt distingui precepta ⁊ mādata ita q̄ precepta significent ipsa moralia: ⁊ mandata significēt iudicialia ⁊ cerimonialia: ⁊ debent in oibus illis iudei ambulare ad hoc q̄ eis ɔferant̄ bona que pmittunt̄. ¶ Alio modo pōt dici q̄ accipiant̄ hic mādata ⁊ precepta p̄ eisdem.s. q̄ qđlibet illoꝝ significet oia tam moralia q̄ iudicialia q̄ cerimonialia. sed ponit̄ hic multiplicatio noiu3 pp̄ multa verba que sequunt̄.s. ambulaueritis: feceritis: ⁊ custodieritis. ⁊ dr̄ custodire mādatum.i. illu3 in corde tenere. ⁊ distinguit̄ hoc ɔ̄ facere qđ est ponere in executione. nā deus iubet q̄ iudei in corde tenerēt precepta sua assidue in eis cogitādo. sic h3 Deut̄. 6. c. cum dr̄. erūt v̄ba hec que ego precipio tibi hodie in corde tuo ⁊ narrabis ea filijs tuis: ⁊ meditaberis sedēs in domo tua: ⁊ ambulās

Side notes:

D

Virtutes morales sine charitate nihil.

E Phoꝝ v̄tutes nō erāt meritorie. Pria rō

Deus est obiectu3 ⁊ finis charitatis. Scđa rō

F Conclo ex dictis illata.

Notādum

In nouo testō dant̄ ēt hōa ɔ̄trena.

G Notādum de veteri testamēto. Bona veteris testi qūo erāt meritoria.

Nota.

† H Deus đ oibus p̄ceptis loqtur hic.

† Qūo accipiant̄ h mādata ⁊ precepta.

lum dabo vobis punitiones supra inflictas: qz per eas nō corrigimini: nec etiam desistam vos punire tanꝯ nihil vltra facere potens. sed addam plagas vestras. i. adiungam super penalitates quas habetis als: z dicitur vsqz in septuplum. i. vsqz ad perfectam penalitatem. ita vt tātū patiamini quātū contumacia vestra meretur. septenarius enim penarū non designat hic certuz numerū penarum sed perfectionē penalitatis: quoniaz completꝰ numerus est. (Propter pcā vestra). i. hoc faciam qz pcā peccatis superadditis. nā preter peccata vestra ātiqua adhuc additis nouas contumacias peccata vetera frequentando. (Emittāqz in vos bestias agri). Uocant hic bestie agri serpentes qu e omnia veneno corrūpunt: vel fere que omnia morsu laniant. z sepe deus iudeis promittebat istam penalitatem: quoniā facillimum erat in terra iudeozum hoc fieri cum ibi multe bestie essent. quā do tamen iudei erant colentes deum retinebat deꝰ feras ne nocerent eis. Cum vero conuerterentur ad malum emittebat in illos bestias cōcitando eas vt in eos seuirent. sic patet Deutero. 32. c. s. consument fame z deuozabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum emittā in eos cum furore trabentiū super terram atqz serpentiū. Et istam penā aliquando deus inflixit in terra iudeozū. sic p3. 4. Reg. cap. 2. quādo Heliseus ascendebat in bethel z pueri obuiam ei exeuntes illudebant illi dicentes: ascende calue: ascende calue. qui z maledixit eis in nomine domini: egressiqz sunt duo vrsi de saltu z lacerauerunt ex eis q̄ dragintaduos pueros. Iterū aūt inflicta fuit ista pena cuidam prophete qui cum iuisset in samariaz iussu dei z prohibitus ne ibi comederet panez deceptus fuit ab alio prophetа z comedit: cui in itinere egressus est obuiam leo z occidit illū vt hr̄. 3. Re. 13. c. promptum. n. erat istā penaz infligi in terra iudeozū: quia ibi multe fere erant. (Que consumant vos). i. bestie agri venīēt in ciuitates: z lacerabūt omnes quos inuenerint: ita vt redigāt terram in solitudinē. z si iudei multum peccarent: hoc fieret vniuersaliter in illis. sic p3 de samaritanis. nā cum rex assyriozū trās duxisset israelitas in terram iudeozū z collocauisset in ciuitatibus samarie habitatores assyriozū: qñ non obseruabant legitima dei misit deus super illos leones z mozicbantur eozū lania tu. z tunc missus est vnus de sacerdotibus iudeoꝝ vt erudiret illos in custodia cerimoniarū dei. z sic cessauit plaga leonum: vt habet. 4. Reg. 17. c. (Et pecora nostra). Adhuc facilius erat hoc: nam animalia fera magis inuadunt pecora q̄ boiem. z hoc quia magis timent boiem q̄ cetera animalia cum deus fecerit boiem terribilem omnibus bestijs agri. sic p3 Gen. 9. ca. cum dicit. crescite z multiplicamini z implete terrā z tremoz vester ac terroz sit super cuncta aialia terre z super oēs volucres celi cum vniuersis que mouent in terra. Itez qz pecora se defendere nō possunt vt boies. etiam qz pecora vagant in agris z facillimū est ibi animalibus feris ea deuozare. z hoc modo inferebant fere famē iudeis delendo pecora eozum. (Et ad paucitatē cuncta redigant). i. fere venientes ad terram habitationis redigēt omnia viuentia ad paucitatem: siue pecora: siue homines cum illa deuozent z dilanient. (Et deserte fiant vie vestre). i. nemo ambulabit per viam cum ista animalia in terram venerint ꝓpter timoreꝫ eozū: z consequēter vie deserte erunt nemine audente per eas ambulare. (Q; si nec sic volueritis). Hic supaddunt alie pene ꝓpter peccata iudeozū si permanerent in cōtumacia. (Q; si nec sic volueritis recipe disciplinam). i. si castigati penis superioribus nolueritis adhuc obedire mihi. z hoc est recipe disciplinam. significat enim duo. Uno modo disciplina dicitur doctrina eozū que agenda sunt. Alio modo dicit castigatio a malis. Hic accipitur secundo modo. s. q; iudei nolebāt corrigi a malis suis q̄ punirentur. (Si ambulaueritis ex aduerso mihi). i. si semp fueritis rebelles mandatis meis. dicunt homines ambulare contra deū qñ agunt voluntate repugnandi ei tanꝯ hosti. z sic erat de iudeis: qñ totiens puniti nolebant redire ad rectitudinem. (Ego quoqz cōtra vos aduersus incedam). i. qz vos estis contra me ego ero contra vos. z hoc inferendo penas. (Et percutiam vos septies). Intelligendū est. sicut supra dicebat. s. q; punitio septenaria significat perfectā punitionē. z qz quotidie deus iudeos peccantes puniebat sufficienter ꝓ peccatis suis dicebat punire eos septies. z intelligunt iste pene etiam cum superioribus. nam ꝓpter istas non cessabant supra posite: sed fiebat augmentū sicut quotidie scelera iudeoz augebantur. (Propter peccata vestra). i. iste punitiones erunt ꝓpter peccata vestra sepius frequentata z ꝓpter contumacias. (Inducāqz super vos gladium). Dicebatur deus inducere gladiū quando inducebat hostes. nam cum iudei derelinquerent pactuz dei frequēter deus mittebat hostes in illos ad delendū eos z percutiebat eos gladio. deus autem mittere dicit quoniā hostes non venirent nisi ipse incitaret eos ad veniendum. z sic dicit vocare eos vel sibilare ad eos vt veniant: vel ponere vexillū vt p3 Esa. ca. 5. de vocatione regis nabuchodonosoz cum dicit. z elenabit signū in nationibus procul z sibilabit ad eum de finibus terre: z ecce festinus velociter veniet. z sicut deus mittebat istos hostes super iudeos ita vtebat eis tanꝯ instro ad percutiendos iudeos vt patet Esa. 10. cap. vbi agit de rege assyriozū quē misit deus ad puniendū iudeos. ve assur virga furoris mei: z baculus ipse: in manu eozū indignatio mea: ad gentē fallacē mittam eum z contra populū furoris mei mandabo illi vt auferat spolia z diripiat predam. (Ultozem federis mei). Ego mittam gladium ad vlciscendum fedus meuz. Iudei enim fregerant fedus dei: qz ipse pepigerat cum illis vt custodirent legem eius z ipse esset deus eozū vt p3 Exo. 19. et. 24. c. nunc autem nō obseruabant: z sic offendebat deus. ad vindictā aūt huius federis fracti mittebat deus gladiū super iudeos. (Cūqz confugeritis in vrbes). Hic ponit responsio ad id qđ poterant iudei dicere. s. q; q̄ venirent hostes tū non noceret eis gladius hostilis qñ confugerent in ciuitates fortissimas z ibi defenderent. respondet ad hoc deus dicens. (Mittā pestilentiaz in medio vestri). ideſt q̄ fugatis in vrbes nihil proderit: qñ ibi morient ex eo q; mittā pestilentiā. (In medio vestri). i. inter vos. z qñ deꝰ mittebat spāliter pestem in penā alicuiꝰ pcti pestis illa erat grauis sicut qñ pro peccato dauid numerantis populū israel: in tribus diebus mortui sunt septuaginta mille viri vt p3. 2. Reg. ca. 24. z etiā hoc modo iudei traderentur in manus hostium: quoniam non esset aliquis qui posset defendere ciuitatem oibus cōsumptis tabe pestifera. (Et trademini hostiū manibus postqꝯ confregero baculum panis vestri). i. quomodocūqz confugitis ad vrbes non poteritis euadere manus hostiles: qz ego dabo in vobis famen validam: z sic cogemini exire ad hostes vt magis viuatis in seruitute eozū q̄ fame simul pereatis. z ista est causa quare israelite traditi sunt in manus chaldeozū: quoniaz destructa fuit hierusalem. nā inualuit fames in ciuitate: nec erat panis populo terre. z tunc traditi sunt iudei in manu chaldeorum vt patet. 4. Regum. 25. ¶Dicit hic deus cōfringere baculum panis. i. tollere abundantiam panis. z vocatur panis baculus: qz sicut homines baculo innituntꝫ: ita vita nostra pane innittitur. siue cibo. n. animal non viuit z cum omnes cibi ad conseruationē animalis pertineant: maxime tamen panis. Ideo vocatur baculus vel firmamentū. sic patet ps. 103. cum dicit. z panis coz hominis confirmet. ¶Aliqui intelligunt confractionez baculi panis pro sterilitate terre. s. q; deus faceret vt iudei non haberent aliquid in terre nascentibus. sed non est iste sensus. qđ patet qz hic agitur de iudeis iam clausis in ciuitatibus suis obsessis ab hostibus: z tūc nihil attinet ad eos de sterilitate vel fertilitate terre: quoniam quicquid in terra nascitur qđ extra ciuitatem est hostes comedent. siue ergo aliquid nascatur siue nihil ad iudeos obsessos nihil attinebat. sed dicitur frangi baculus panis quando iudeis obsessis incipiebat deficere cibus in ciuitate. nam dum panis esset poterant se defendere: cum vero panis deficeret: dicebatur esse confractus baculus panis. z hoc significatur: quia infra dicitur de mulieribus decem coquentibus panes z reducentibus ad pondus in clibano vno. z quādo dicitur hic de baculo panis intelligitur de omnibus que erant ad cibum: principaliter tamē de pane. quoniā etiā ceteris deficientibus si panis non desit sustentatio aliq̄ esse pōt alioquin autem nulla. (Ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes). In hoc significatur maximus defectus panis. s. q; decē mulieres possent coquere simul panes suos in vno clibano. satis enim modicum de panibus cuilibet mulieri ꝓueniret qñ decem mulierū panes simul in clibano vno capiuntꝫ. (Et reddant eos ad pondus). In hoc ēt appet magnus defectus panis. s. q; postqꝯ mulieres coquerēt panes suos reducerent eos ad pōdus i. distribuerēt famulis suis p pondera ita vt nō comederet qlibet q̄tū vellet sed certū qd: z ponebat pondꝰ ne qbusdā pluſqꝯ alijs ꝓueniret. z ita magna diligētia in distributiōe panis significabat magnā inopiā. nā in tpe aliqlis vbertatis nō distribuit panis familijs p pondera: sz cuilibet datur q̄tū vult. cum vero cuiqz dat in mensura angustia magna est. ¶Sed adhuc Rab. salomon aliter dicit esse intelligendū istud de ponderibus panum scilicet q; decem mulieres faciebant paucos panes quos ponebant in vno clibano: z isti forte erant in vna pasta: cum vero cocti essent mulieres inter se diuidebant: z ad hoc

† Bestie agri.

Quō ds aliqñ puniebat iudeos emittēdo bestias.

3 † Alalia fera qñ magis inuadūt pecora q̄ bominē.

† † † Alie pene ꝓpter peccata iudeozū.

† † Notādū de pēa.

† † † Maximus defectꝰ panis.

Ra. sa. opi.

Opin. aliquorum.

Israelite qñ in chaldeoz manꝰ traditi sūt.

† † † †

φ illis prouenirent equalia reducebant ad pondus illas pastas paruulas panis: ⁊ sic nihil proueniret alicui maius de quātitate φ̄ alteri: qꝛ pondus omnia determinat. (Comedetis ⁊ non saturabimini). Ista etiaȝ maledictio est. ⁊ pōt intelligi dupliciter. ¶ Uno modo φ comederent ⁊ non saturarentur. i. φ quāuis comederent non possent saturari. ⁊ hoc propter paucitatem ciborum. Alio modo potest intelligi φ comederent ⁊ non saturarentur. i. φ deus mitteret in eos speciale desiderium comedendi: ita φ quāquā multa comederent nunquam saturarentur. ⁊ ista grauis pena est cui nō possit adhiberi remedium: ⁊ aliquādo deus mittebat istas duas simul. s. magnam inopiam ciborūȝ ⁊ desiderium magnum comedendi. ⁊ hoc significatur Deutero. 28. cum dicitur. mittet dn̄s super te famē ⁊ esuriem. i. defectum ciborum ⁊ desiderium comedendi. (Sinautē nec per hec audieritis me). Deus. n. semper addit penas peccantibus: ⁊ semper ille que adduntur sunt grauiores: qꝛ peccata posteriora semper sunt grauiora sicut supra declaratum est. ⁊ non simul delet quoniā miseretur: ⁊ expectat conuersionis tp̄s: ⁊ interim penis affligit vt conuertamur. ¶ Et sic multotiens repetit hic deus iudeis φ infliget penas nisi cōuertanť. ⁊ hoc potest poni ad duo. Primū est ad significandum dei mīam in puniendo: qm̄ quāq̄ȝ contra illum peccauerimus non imediate delet peccata: sed expectat vt conuertamur nos penis affligens. Secundum ad qđ ponitť est vt iudei intelligerent deum non fatigari in inflictiōe penarum. nam quidam possent intelligere φ cum isti peccarēt ⁊ deus illis penas primas infligeret: non haberet quid vltra faceret sup eos: ⁊ tūc sublatis illis penis libere peccare possēt. hic autem significatť φ quādocūq; culpe adderentť pene quoq; addende erant. ⁊ cōminatť hic deus iudeis diminutionē que induceretť ab ipsis. nam supra dicebat vȝ de diminutione iudeorum: per gladiuȝ hostilem inducta ⁊ per famē. hic agitur de diminutione iudeorū quā ipsimet causarent in seipsis. s. quādoqȝ dē alios comederent. ⁊ hoc erat vt iudei comederēt filios suos. (Sinautē nec per hec audieritis me). i. si non obedieritis mihi etiam p istas penas supra positas ego addā alias. (Sed ambulaueritis contra me). s. semper repugnando preceptis meis: ⁊ potissime intelligitur hoc de idolatria. Nam quāq̄ȝ cetera peccata contra deū sint: nullum tamen est ita directe sicut istud: sicut declaratū fuit Exo. 24. ca. nam in alijs peccatis iniuria videtur esse i proximū directe: in idolatria autem est directe iniuria ad deum. velut siquis faceret alterū regem aut noiaret: vel tāquā regi obediret preterquā ei qui rex est: manifestam ⁊ maximam offensionē inferebat regi. ita per idolatriā fit alius deus aut vocatť de⁹ vel colitť tanq̄ȝ deus preter illū qui deus est. ideo directa offensio illius est: ⁊ ablatio honoris sui: ideo qui talia faciunt dicuntť ambulare contra deū. (Et ego incedam aduersum vos in furore contrario). s. φ furor meus. i. ira erit contrarius vobis. nam sicut vos ambulatis cōtra me ad peccandum: ita ego ambulabo contra vos ad puniendū. ⁊ accipitur hic furor large sicut in alijs locis sacre scripture habetť. In deo nāq; furor nō est: sed pp eos quos punit furorem habere videtť. (Et corripiā vos septem plagis). i. puniaȝ vos inferendo plagas septeȝ. Dn̄r plage septē plage perfecte sicut supra expositum est. naȝ non possunt accipi hic septem plage pro septem plagis: qꝛ supra aliquando ponebantur septem plage: ⁊ tamen erant tres vel quattuor: hic etiam dicitur de septem plagis. ⁊ tamē si cōputentť omnes que sequentť plures sunt φ̄ decem. (Propter peccata vestra). i. propter ipsa peccata pricipalia frequētata ⁊ augmentata: ⁊ ꝑpter contumacias quotidianas que maiorē faciunt grauitatē peccatorū. (Ita vt comedatis carnes filiorū ⁊ filiarum vestrarum). i. ego deducam vos ad calamitatē tantā: ita vt cōpellamini comedere carnes filioꝝ ⁊ filiarum vestrarum: ⁊ ista erat de maximis penis. ¶ Primo qꝛ est contra naturaleȝ honorem: nam hō naturaliter horret comedere carnes humanas ⁊ cōputatť inter vitia bestialia huiusmodi carnes comedere: ita φ qui peccat in hoc vitio non peccat in humanis peccatis: sed in peccatis bestiarū: vt declarat aristo. 7. Ethico. vbi ponit bestialitatē in cibis: ⁊ coitibus: ⁊ timore: ⁊ iprudentia: in quolibet istorū assignans modos de bestialibus. ſm cibos ponit illos qui discendunt pregnantes ad comedendū fetus earū. ponitť etiam ille qui comedit epar conserui sui ⁊ qui comedunt vngues suos: ⁊ quicūq; vorant carnes humanas. ¶ Maxime aūt est hic pena qꝛ non solū aliquis vorat carnes hūanas: sed ēt vorat carnes suas. nam filij sunt partes decise de substantia parentū ⁊ aliquādo fuerūt in parētib⁹. cū ergo aliquis comedit carnes filiorū suoruȝ vorat particulas carnis sue. iuxta aristo. 8. Ethicorum. ⁊ ista etiaȝ ab antiquis qbusdam in maximā penā data est. sicut pȝ de atro ⁊ thieste fratribus. nam quia thiestes cognouit carnaliter vxorē fratris sui atrei ⁊ suscepisset ex ea filios: atreus volens hanc vlcisci iniuriā non occidit thiestem: qꝛ intellexit istam paruā penam sed dedit ei sanguinem filiorū suorum bibendū ⁊ carnes eorū comedendas. hoc autem ignorante thieste. nam si cognouisset prius subiret omnia genera mortis φ̄ filiorū suorū carnes comederet. de hoc seneca in tragedia secunda cuius titulus est thiestes. In iudeis aūt maior pena esset: quoniam comederent carnes filiorū suorum scientes. ¶ Amplius auteȝ adhuc maxima grauitas huius facti erat qꝛ iudei ad hoc φ comederent filios suos: oportet vt primo eos occiderent ⁊ in hoc erat maximus dolor. nam cuȝ videamus parentes sepissime pro filijs indubitate morti se exponere: multo magis sustinebunt tranquillam mortem vt nō occidant eos. maxima ergo esset calamitas qn̄ pater filiuȝ occideret. Sed hoc deus cōminatur illis φ in vrbib⁹ suis comederēt carnes filiorū suorum obsessi ab hostibus: vt pȝ Deutero. 28. c. s. obsideberis itra portas tuas in omni terra quā dabit tibi dominus deus tuus: ⁊ comedes fructū vteri tui ⁊ carnes filiorum ⁊ filiarū tuarū in angustia ⁊ vastitate q̄ opprimet te hostis tu⁹. ¶ Et non solum iudei comedebant carnes filioꝝ suorū: sed etiā vir ⁊ vxor contendebant quis comederet carnes filij ⁊ sic patet Deutero. 28. c. cum dicitť. homo delicatus ⁊ luxuriosus valde inuidebit fratri suo ⁊ vxori que cubat in sinu suo ne det eis de carnibus filiorū suorum quas comedet: eo φ nihil habeat aliud in obsidione ⁊ penuria qua vastauerint te inimici tui intra portas tuas. ¶ Et non solum iudei comedent carnes filiorū ⁊ filiarū: sed etiam comedēt immūdicias sanguinis mestrualis qui egreditur cum fetu cōcretus ex vtero: ⁊ ꝑpter inopiam magnaȝ mater absconderet ad comedendū istum sanguinem mox vt puer egrederetť ex vtero vt nullus esset particeps in comedendo. sic habetur Deutero. 28. c. s. tenera mulier ⁊ delicata que super terram egredi non valebat: nec pedis vestigiuȝ figere ꝑpter mollitiem ⁊ teneritudinem nimiam: inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filij ⁊ filie carnibus ⁊ illuuie secundinarum que egrediuntur de medio feminū eius: ⁊ sup liberis qui eadem hora nati sunt: comedent enim eos clam ꝑpter rerum oīum penuriam ⁊ obsidionem: ⁊ vastitatem qua opprimet te inimicus tu⁹ intra portas tuas. ¶ Hec aūt que deus cōminabatur iudeis de comestione filiorum suorum leguntur aliquādo accidisse apud iudeos. ⁊ primo quādo obsidebatur ciuitas samaria a rege syrie. tunc enim due mulieres comederunt filiū vnius prius inter se conuenientes φ vna die comederēt filium vnius: ⁊ postea filiuȝ alterius vt patet. 4. Reg. cap. 6. Iterū legitur hoc accidisse quādo obsessa fuit hierusalem a romanis ⁊ vastata. tunc enim vna mulier comedit filium suum vt recitat Josephus in libro de bello iudaico. (Destruam excelsa vestra). Hic cōminatť de⁹ iudeis aliam penam. s. abominationem eorū ⁊ est quarta cōminatio contra quartam cōmissionē que. s̄. habebatť. Dicebatť. n. supra φ deus poneret tabernaculum suum inter iudeos ⁊ φ nō abominaretur illos anima eius. Hic autē dicitur φ abijciet eos ⁊ destruet templa eorū. (Destruam excelsa vestra). i. destruam ego templa in quibus colitis idola. ¶ Excelsum enim dicitur esse locus vel tabernaculū in quo iudei colebant deū verū vel idola. ⁊ vocatť excelsum: qꝛ talia loca erāt cōiter in montib⁹ altis. ⁊ pp hoc erant magis suspecta de idolatria. aliqn̄ autē in illis excelsis colebatť deus verus. aliqn̄ aūt colebantur idola. ⁊ ideo dr̄ de regibus iuda ⁊ israel φ nō destruxerūt excelsa. i. loca in quibus colebantť idola. ¶ Aliqn̄ autem vocantť loca in qbus colebatť deus ⁊ tn̄ erant separata a sanctuario. ⁊ isto mō dr̄ gabaon esse vnū de excelsis ⁊ hebron. Ista tn̄ erāt loca i quib⁹ colebatť deus verus: qm̄ dauid ⁊ multi de israelitis offerebāt i hebrō. pȝ ēt hoc qm̄ absolon petijt licētiā a dauid vt iret ad offerendū dn̄o hostias in hebron. vt pȝ. 2. Reg. c. 14. ¶ Etiaȝ apparet φ in istis excelsis colebatur deus verus. nam Josias rex qui expurgauit omnem idolatriam ⁊ abstulit excelsa: fecitφ sacerdotes excelsorum nō accederent ad altare dn̄i: tamen comedebant de panibus azimis cum alijs sacerdotibus fratrib⁹ suis. vt pȝ. 4. Reg. c. 23. Si tn̄ illi sacerdotes excelsorū essent sacerdotes demonū non fecisset iosias vt comederēt panē cum alijs sacerdotibus domini: sed magis occideret eos sicut occidebat sacerdotes idolorum. Sic patet in. eod. cap. quia destruxit altaria samarie ⁊ occidit sacerdotes idoloruȝ. ergo aliqua excelsa erāt in qbus deus colebatur. Hic tamen accipitur ꝑ excelsis in quibus demones colebantť. quod pȝ imediate cuȝ dr̄. ⁊ simulachra ↄfringam: cadetis inter ruinas idoloꝝ vestroꝝ. qđ nō pōt intelligi

Margin notes (left column): Duplex lr̄e expō. — De⁹ quāq̄ȝ peccem⁹ n̄ immediate punit sȝ expectat tp̄a miserendi. — Petīn nullū ē directius ↄ̄ deum idolatria. — In deo nō est furor. — Comedere carnes filiorū ē de maximis pēis. ⁊ horribile ⁊ ↄ̄ nām. 1. rō. — 2. rō.

Margin notes (right column): Qūo atre⁹ fecit fr̄i suo thiesti φ comederet carnis filioꝝ ⁊ bibēt sāguinē eorū. 3. rū. — Inter iudeos hīs accidit φ comederent carnis filiorū in bellis ꝑpter magnitudinē famis. — Qō. 15. Excelsa i qb⁹ iudi colebant deū aliqn̄ erāt ad colendū deuȝ veꝝ aliqn̄ ad colendum idola. In excelsis colebatť verus de⁹.

ligi de templo dei.nam quando iudei peccauerunt ⁊ ducti sunt in babylonem chaldei destruxerunt tēplū dñi incēdentes illud ⁊ auferentes oīa que ibi erant in babylonē:reliqua autē que cō buri nō potuerunt vastauerunt destruentes vsq; ad terram.sic

† p3.4.Reg.c.vltio.(Et simulachra confringam).i.ego faciaz cō fringi deos quos colueritis.nā aliqñ erant simulachra de auro vel argento:⁊ ꝓpter pcciositatē eozū hostes confringebant ea in massas ⁊ asportabant in terrā suam sicut p3 de vitulis samarie quos fecerat rex israel ⁊ posuit vnū in bethel ⁊ alterꝫ in dan. rex aūt assyriozuꝫ postea veniens confregit illos ⁊ duxit in terrā suam vt p3 Osee.10.c.Aliqñ autē erant idola lignea vel lapidea.⁊ tunc ipsi hostes confringebant illa in vituperium: vel frangebant cozruentibus edificijs que ipsi prosternebant:⁊ ipsi reges confringebant deos illos:sicut factum est de vasis q̄ erāt in templo dñi:qñ transtulit nabuchodonosoz in babylonē oīa ista vt p3.4.Reg.c.24.⁊ postea nabuzardan pricepς eius abstulit oīa vasa ⁊ vtensilia enea que erant in sanctuario dñi. sic p3 4.Reg.c.25.(Cadetis inter ruinas idolozū vestroz).i.ego faciam ꝙ moriamini inter idola vestra. qñ enī veniebant hostes

B † Gētiles qñ pugnabant ad iuicē nō obſnabāt ſp immunitates locorū ſacrorū ſz ideo trahebāt fugientes vt p3 in bello troiano.

sup iudeos idolatras: vel sup gentiles confugiebant ad templa idolozū suozū vt ibi in honoze deozū defenderent ab hostib⁹. sed iusto dei iudicio qui in tēplis idolozū peccauerant ibi moriebant peccatozū suozū penam luentes.sic factū est de sacerdotibus baal quos in fraudem vocauit iehu rex israel ad faciendū magnū sacrificiū:⁊ cū separasset eos ab oībus alijs occidit illoς in templo baal vt p3.4.Reg.ca.10.(Sic etiam inter gentiles aliquādo fiebat vt victi confugerent ad tēpla deozū.ibi tamen hostes sepe occidebant illos vt p3 per virgiliū.2.eneidos.⁊ Augusti.de ciuitate dei.qz ꝓiamus rex troianoz sup altare iouis a pyrrho filio achillis iterfectus est.sic etiā fuit de alijs troianis qui confugiebant ad tēpla deozum: ⁊ tamē extrahebantur inde ⁊ occidebant nō seruata reliq̄ reuerētia deoz.⁊ oſ hic.cadetis iter ruinas ꝺoz vestrozū.i.vos cadetis gladio inter idola vestra que cadunt.nam hostes prosternebant tēpla:⁊ confringebant idola:⁊ inter idola illa fracta ⁊ cozruentia iudei confugiētes cadebant gladio hostili.vbi littera nostra dicit hic.(Et simulachra confringam).In hebreo bz.(Solaria vestra ↄfringā).

† Solariū duo significat.

Solariū.n.significat duo.vno mō oſ solariū domus hyemalis dispositā ad recipiendū radios solis.vñ a sole solariū dr.⁊ aliqñ vocat solariū domus patens radijs solis: qz tectum non habet quā nos currale vocam⁹.⁊ hoc modo non accipit hic.Alio mō oſ solariū imago aliqua facta soli qñ gentiles colebant solem tanq̄ ꝓcipuū inter oīa astra celi ⁊ ei faciebant imagines: quoniā quidā faciebant ei currus ⁊ quattuoz equos ad significandū quattuoz tpa anni que sol motu suo peragit:sicut lune faciunt bigam.i.quadrigam bñtem duos equos ꝓpter duas ei⁹ ꝓprietates.ſ.humiditatem ⁊ frigiditatem.⁊ isto mō iudei faciebant soli imagines sicut gentes.⁊ sic p3.4.Reg.c.23. vbi dicit ꝙ reges iuda posuerunt equos solis in tēplo ⁊ currus eius:istoς combussit iosias ⁊ puluerem eozuꝫ proiecit in torrentē cedron. hic autem accipit large solarium siue imago solis ꝑ omni idolo.(Et abominabit vos anima mea).idest iam non curabo de vobis: sed abiciam tanquam aliquid fetidum: ⁊ non ꝓtebo vobis auxilium contra hostes:nec contra alia mala in angustijs vestris.(In tantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem).i.tantū abominaboz vos ꝙ faciam vrbes vestras esse solitudinem.hoc ponit hic quasi ꝓ maxima pena abominationis.⁊ sic est qñ non poterant esse ciuitates iudeoz tanq̄ solitudo nisi omnes iudei morerent:aut trāsferrent in terrā hostilē. qōcūq; autē superiozū minus est q̄ istud:qz in hoc consumatur penalitas.(Et deserta faciam sanctuaria vestra).i.etiā faciam ꝙ nemo iam habitet in sanctuarijs vestris.vocant hic sanctuaria loca illa in qbus colebant iudei idolatre deos suos.vel pōt accipi hic sanctuariū ꝓ sanctuario dei:qñ in penaz idolatrie ⁊ aliozū peccatozum non solum diruebant templa idolozuꝫ:sed etiā templum dei relinquebatur desertum:ita ꝙ nulluς maneret in eo.⁊ ista magna pena est.hoc luget Hieremias in libro trenorū.c.1.dicens.vie syon lugent:eo ꝙ nō sit qui veniat ad solēnitatē:omnes porte eius destructe:sacerdotes eius gemētes:virgines ei⁹ squalide ⁊ ipsa oppressa amaritudine.(Et non soluz hoc fiebat sed ēt exigentibuς demeritis iudeoz destruebat aliquādo ipsum sanctuarium:sicut factum est qñ chaldei venerūt in bierlim ⁊ duxerūt iudeos in babylonem:atq; templū dei destruxerunt ad terram ꝓiscientes vt patet.4.Reg.c.vltimo.⁊ hoc erat in penā iudeozū:quoniā gloria eozum erat habere tale templum:⁊ aliquādo delectabant manentes in eo:ideo deus ad plenā afflictionem illoz faciebat illud destrui. sic etiam fcm̄ est qñ romani obsederunt ⁊ ceperunt bierlim: templuz enim ꝓ maxima parte destruxerunt.Sic etiam fiebat inter gentes: vt quādo vna gens pugnat contra alterā faciebat deus vt destruerentur templa in quibus illa gens delectabat:⁊ aliquādo faciebat ibi habitare bestias.sic patet de babylonijs:quoniā quādo pugnatū est contra babylonem mansit ibi solitudo ⁊ habitauerunt bestie in templis deozū.Sic patet Esa.13.cap.ſ.⁊ erit babylon illa gloriosa in regnis:inclyta in superbia chaldeozū:sicut subuertit dominus sodomam ⁊ gomorram: non habitabitur vsq; in finem: nec ponet ibi tentoria arabs: nec pastores requiescent ibi: sed requiescent ibi bestie ⁊ replebuntur domus eozum draconibus: ⁊ habitabunt ibi strutiones ⁊ pilosi saltabunt ibi: ⁊ respondebunt ibi vlule in edibus suis:⁊ syrenes in delubris voluptatis. sic autem in templo dei fieri poterat cum per septuaginta annos relictum fuerit solitariū. (Nec recipiam vltra odozem suauissimum).i. odoz sacrificiozum vestrozum iam non erat mihi suauis.In duobus.n. recipiebat deus odozem suauissimum: scilz in sacrificijs ⁊ in thymiamate. cremabantur.n. quotidie sacrificia coram domino in altari holocaustozum:⁊ dicebatur deus recipere in illis odozem suauissimū sicut patet per totum istum librum.etiā quotidie super altare aureum qō erat intra tabernaculuz offerebatur thymiama. Sicut habetur Exod.30.capi. ⁊ istud erat domino delectabile. nunc autem dicit ꝙ non recipiet suauissimum odozem.i.ꝙ q̄cūq; iudei offerrent sacrificia vel incēsum:tamen non esset gratum deo quicquid fieret:sed potius abominabat deus illud. (Lā huius est quia sacrificia ⁊ omnes cerimonie veteris testamenti non placebant deo nisi fm obedientiam ⁊ deuotionem offerentium.ipsa.n.fm se nullam habebant efficaciam.quando autem deus infligebat iudeis istas penas erant in odio eius quoniam erant contumaces:iō dato ꝙ offerrent sacrificia illa nihil proderant.⁊ sic ponitur Esaie.capi.1.quando deus voluit mittere iudeos in babylonem dixit ꝙ non reciperet sacrificia illorum.cum ait.quid mihi multitudinem vestrarum victimarum: plenus sum:holocausta arietum:⁊ adipem pinguium:⁊ sanguinem vitulozum ⁊ agnozū ⁊ hircozum nolui:cum veniretis ante conspectū meum quis quesiuit de manibus vestris vt ambuletis in atrijs meis:ne offeratis vltra sacrificium frustra:incensum abominatio est mihi:neomeniam:⁊ sabbatum:⁊ festiuitates alias non feram.iniqui sunt cetus vestri:calendas ⁊ festiuitates vestras odiuit anima mea:facta sunt mihi molesta laborauī sustinens.(Et qñ dicitur hic non recipiam vltra odozem suauissimū.non intelligit ꝙ deus postq̄ semel abijceret iudeos nunquā reciperet sacrificia eozū vel incensum:qñ si iudei conuerterent ad dominū volentes in corde suo:deus deduceret eos in terram suam ⁊ ibi reciperet eoz cerimonias.sic patet.j.cum dicitur.tunc ozabunt ꝓ impietatibus suis:⁊ recordaboz federis mei qō pepigi cum iacob ⁊ isaac ⁊ abraam:terre quoq; memoz ero.sic etiam patet Deutero.30.c.qñ dicitur de iudeis conuersis ad dominuz in corde suo.ſ.deducet te dominus deus tu⁹ de captiuitate tua ac miserebitur tui: ⁊ rursum congregabit te de cunctis populis in quos ante dispersit:si ad cardines celi fueris dissipatus inde te retrahet dominus deus tuus: ⁊ assumet atq; introducet in terram quā possederunt patres tui. Sed intelligitur ꝙ quādiu iudei permanerent in ista contumacia ⁊ nō conuerterentur ad dominum deus non reciperet illorum odorem suauissimum: reciperet tamen quando totaliter conuersi essent in afflictione cordis sui.sic patet infra.ſ. ambulabo ego contra vos ⁊ deducam in terram hostilem donec erubescat in circuncisa mens eozum:tunc ozabunt ꝓ impietatibus suis:⁊ recordaboz federis mei.simile habetur Deutero.4. capitu. vbi postquā positum fuerit quomodo deus abijceret iudeos propter peccata subiungitur quomodo eos audiret si reuerterentur ad eum in corde suo cum dicitur. cūq; quesieris ibi dominum deum tuum inuenies eum:si tamen in toto corde quesieris ⁊ tota tribulatione anime tue:postquā te inuenerint mala que predicta sunt tibi non dimittet te: nec omnino delebit nec obliuiscetur pacti quod iurauit patrib⁹ tuis.(Disperdamq; terram vestram).idest destruam.disperdere eniz totaliter perdere est vel in diuersa perdere.⁊ sic erat de terra que in omnibus partibus suis destruebatur.⁊ hoc erat quando omnes exclusi essent de illa ducti in captiuitatem:vel mortui.nam terra nihil est sine habitatozibus. (Et stupebunt super eam inimici vestri).In hoc significatur magnitudo desolationis terre:qñ oēs videntes terrā illā admirarent.⁊ nō solū illi q̄ eēnt

gētiliū i pena eozū.

D † In duo recipiebat de⁹ odorez suauissimū

Qr ꝺs qñ traditurus erat iudeos in aliq̄s captiuitates nō recipiebat sacrificia ipsoz.

† E

† Magnitudo desolatiōis terre.

Qr ꝺs dixit tēplū hierusalē in penā iudeoz.et destruebat tēpla

Hieremias.

Quid ꝺs scuaria.

aduene: sed ēt qui habitarent in terra illa sed ēt hostes. ⁊ hoc satis est ourū. naz illi qui hostiliter se bñt ad alios non satiant in eozū penis: ⁊ etiam si multas penalitates inflixerint semp eis videt q̄ pauca intulerūt. magna ergo desolatio est q̄ ipsi hostes qui illam intulerunt admirantes de ea putantes se minora intulisse mala q̄z ea que apparent. ex quo concludi daretur q̄ tāta pena voluntate dei inflicta est. De transeuntibus autem per ram iudeoz desolatam q̄ admirarentur de ea habet Deute. 29. cap. ſ. dicet sequēs generatio ⁊ filij qui nascent deinceps ⁊ peregrini qui de longe venerint videntes plagas terre illius q̄ bus eam afflixit dñs sulpbure ⁊ solis ardore comburens: ita vt vltra nō seratur nec virens quippiā germinet: in exemplaz subuersionis sodome ⁊ gomorre: adame ⁊ seboin quas subuertit dominus in ira ⁊ furore suo: ⁊ dicent oēs gentes quare sic fecit dñs terre huic que est hec ira furoris eius immensa: ⁊ respondebunt: qz dereliquerunt pactū domini qđ pepigit cum patribus eozū. (Cum habitatores illius fuerint). i. hostes qui deleuerint terrā vestram habitabunt in ea ⁊ videntes desolationē factam mirabunt. sic factum fuit q̄ rex assyriozū captiuauit de cem tribus israel transferens in terrā medoz: ⁊ ipsi assyrij transierunt in terrā israel vt habet. 4. Reg. ca. 17. sic quoq; factum est quādo romani expugnauerunt hierosolymā: q̄ expulerūt inde iudeos prohibentes ne quis iudeozū ibi vlterius habitaret. (Vos autem dispergam in gentes). Aliqñ deus transferebat iudeos in alias gentes: ⁊ tñ non erāt dispersi per multas gētes: sicut q̄ ducti sunt in babyloně. q̄ tamē romani hierosolymā destruxerunt iudeos per totum orbez dispersuerunt sicut hodie pz: q̄q̄ apud multas gentes occisi fuerunt: apud alias autē ad Xp̄m conuersi sunt. (Euaginabo post vos gladium). i. quādo misero vos in captiuitatem nō eritis prorsus immunes ab omnibus aliis malis: sed etiā superueniet sup vos gladius: quoniā multi eozū in itinere occidebant. alij autez cū essent in terra hostili vt pz. j. cum of. ⁊ hostilis vos terra consumet: ⁊ peribitis inter gentes. of aūt aliquis euaginare gladiū q̄ percutere vult. ⁊ qz deus significabat se velle punire iudeos cum ducerent in captiuitatē dicit q̄ euaginabit gladiū suū. i. gladiū hostilem: qa ipse mouet hostes ad percutiendum iudeos. ⁊ of q̄ euaginabit post eos ad significandū metaphoram eius qui fugit ⁊ eius qui persequit eū gladio euaginato. nam deus aliqñ ponit in sacra scriptura tanq̄z vir pugnator. ⁊ sicut of pugnator respectu hostiū: sic etiā respectu iudeoz qñ ipsi incederent ꝯra eū. sic patet Exo. c. 15. ſ. dñs quasi vir pugnator. (Eritq; terra vestra deserta). ſ. terra que collidet: qñ nemo erit qui eam colere possit nec in ea habitet. (Et ciuitates dirute). Dicunt ciuitates dirute qñ turres ⁊ menia ⁊ oia edificia prosternuntur ad solum. ⁊ sic erat qñ iudei captiuabant ab hostibus. nā hostes destruebant fortes munitiones ⁊ magna edificia in signū vindicte: ⁊ etiam ne aliquis postea repugnaret in illis. sic factū est in hierlm qñ fuit capta a chaldeis. nam destruct⁹ est murus ciuitatis: ⁊ templum totaliter. vñ postea qñ redierunt iudei de captiuitate construxerunt iterū muros hierlm vt pz in libro neemie ⁊ aggei prophe.

Romāi destruxerunt hierlm maiori ꝺstructōne q̄q̄ chaldei.

(Sic ēt factuz est qñ hierusalē capta ē a romanis: qñ penituz destructa est maiori adhuc destructione q̄q̄ ea chaldei destruxissent. Hoc significauit xp̄s in die ramispalmarū qñ introiuit in ciuitatem vt pz Luce. 19. c. ſ. ⁊ vt appropinquauit videns ciuitatē fleuit super illam dicens: qz si cognouisses ⁊ tu ⁊ quidē in hac die que ad pacē tibi nunc aūt abscondita sunt ab oculis tuis. ga venient dies in te: ⁊ circūdabunt te inimici tui vallo ⁊ conflabunt te vndiq;: ⁊ ad terrā prosternent ⁊ filios tuos qui in te sūt: ⁊ non relinquent in te lapidem super lapidem: eo q̄ nō cognoueris tps visitationis tue. (Tūc placebunt terre sabbata sua). Hic ponit ꝺsequens ex supiozibus penis. ſ. q̄ cū iudei in terrā aliena ducerent ⁊ nō maneret in terra qui coleret eam requiesceret ab oibus laboribus. ⁊ tūc diceret facere sabbatū: ⁊ placeret ei in sabbatis suis. i. delectaret in illis. hoc pertinet ad ea q̄ dicta sunt p̄cedenti. c. mandauit. n. deus q̄ iudei sex annis ararent ⁊ meterent: in septimo aūt nihil bozū facerent. ⁊ tunc dicebat esse sabbatū terre. i. q̄ tunc terra quiescebat ab omnibus laborib⁹. ſ. q̄ nō mouebat per agricultrā: nec depauperabatur emittens vires suas germinando. vñ sicut erant alie festiuitates sabbata boium: ita ista festiuitas erat sabbatū terre. Idem etiaz de iubileo vt patet precedenti. cap. Iudei aūt ꝓpter cupiditatē fructuum non faciebant ista sabbata: sed in quolibet anno serebant ⁊ metebant. qz ergo iudeis manentibus in terra: terra nō quiescebat faciens sabbatum: requiescebat postea iudeis ductis in captiuitatem. sic dicit infra. requiescet in sabbatis solitudinis sue: eo q̄ non requieuerit in sabbatis vestris quādo habitabatis in ea. ⁊ of terra delectari in sabbatis quasi q̄ gauderet in illis eo q̄ omnibus tpibus quibus iudei in terram manserant quietem nō habuit. ^(Unde dicit rab. sa. q̄ captiuitaz babylonica septuaginta annis ourauit: qz peccantibus iudeis tot anni requiei terre. ſ. annozum remissionis ⁊ iubileozum in cultura fuerunt ⁊ hoc videt haberi. 2. Paralipo. c. vltimo cum dicit. donec cōpleret verbum ex ore hieremie vt celebraret terra sabbata sua: cunctis diebus desolationis egit sabbatum. ⁊ sic tot annos getis vt terra recuperasse quot pdiderat q̄ñ iudei habitabant in illa: q̄ñ contra diuinū mandatum eam coluerūt. nā captiuatis omnibus iudeis ⁊ ductis in babyloně soli agricole relicti sunt in terra. ⁊ isti postea transierunt in egyptum occiso p̄cipe eozū godolia vt habet. 4. Reg. c. vltimo. ⁊ sic mansit terra sine habitatore ⁊ cultore. *(Nō tñ est intelligendū sm ra. ſa. q̄ ꝓpter hoc peccatū. ſ. qz iudei non obseruauerunt annos remissionis ⁊ sabbata terre manserint septuaginta annis in babylone: qz istud peccatū non fuit tātuz vt mereret q̄ iudei tanto tēpore essent captiui. potissime cuz ꝓphete exprimant multa alia peccata ꝓpter que iudei ducti sunt in babylonem. vt pz per processum Ysaie. a principio. c. 1. vsq; ad quintuz. sed est sensus q̄ iudei fecerunt multa peccata ꝓpter que merebant multo tēpore manere in babylone. ⁊ accidit q̄ esset illud tēpus septuagi ta annozū: quibus septuaginta annis errauerant iudei ab obseruatione annozū iubilei ⁊ remissionis. nō tamē est sensus q̄ pro septuaginta annis omissis ab obseruatione festiuitatum manerent septuaginta annis in captiuitate. (Similis modus loquēdi habet Num. 14. c. q̄ñ deus inflixit iudeis penā q̄ non intrēt in terrā promissionis vsq; ad quadraginta annos ꝓpter peccatum explozatozū. ⁊ dicit ibi. filij vestri erunt vagi in deserto annis. 40. ⁊ portabunt fornicationem vestram donec consumantur cadauera patrū in deserto iuxta numerū quadraginta dierū quibus considerastis terram: annus pro die imputabitur: ⁊ quadraginta annos, recipietis iniquitatis vestras. ecce qualiter dicit q̄ pro quolibet die quo manserant explozatores in lustratione terre promissionis manerent vno anno israelite in deserto. (Sed manifestū est q̄ mansio explozatozū per quadraginta dies in terra promissionis non promerebatur hoc: qz nullus peccatum erat lustrare terrā promissionis vel manere ibi multis diebus aut paucis. sed peccatū ꝓpter qđ israelite condēnati sunt fuit murmuratio contra dñm vt pz Nu. 14. c. cum dicitur. vtinam mortui essemus in egypto ⁊ nō in hac vasta solitudine: vtinam pereamus ⁊ non inducat nos dñs in terrā istā ne cadamus gladio: ⁊ vxores ac liberi nostri ducant captiui: nōne melius est reuerti in egyptū: dixeruntq; alter ad alterū: constituamus duces ⁊ reuertamur in egyptum. sed est sensus littere illi⁹ q̄ israelite murmurādo tantuz peccauerant contra dñm vt mererent manere quadraginta annis in deserto: ⁊ deus condemnauit illos vt manerent hoc tēpore. accidit autem q̄ explozatores a quibus ortum fuerat istud peccatū manssissent diebus quadraginta lustrando terram ꝓmissionis ⁊ sic computat ibi vna dies pro vno anno vt videatur dari pena pro peccato explozatozum: qz ab eis orta est ista murmuratio. (Sic autem intelligendū est de boc quod dr bic de annis septuaginta quibus mā serunt israelite in babylone ⁊ terra fecit tunc sabbata sua. nō. n. fuit ista captiuitas septuaginta annozum p septuaginta annis omissis ab obseruatiōe: sed ꝓpter alia peccata magna que in libris regū ⁊ ꝓphetarū exprimunt, accidit tñ q̄ terra manēte solitaria facti fuerint septuaginta anni sabbatozū terre: in quibus terra dicit quieuisse: qz non quieuerat tpibus quibus manserant iudei in illa. (Cunctis diebus solitudinis sue). i. oibus diebus q̄bus terra manserit solitaria sine cultore ⁊ habitatore ductis vobis in captiuitatem: faciet sabbata sua terra vestra. (Qñ fueritis in terra hostili). i. q̄ñ translati fueritis ad alias gentes ⁊ manseritis ibi. nam tunc nemo colebat terrā. quod verum est de captiuitate babylonica: qz quibusdam iudeis transductis in babylonē: aliis vero transeuntibus in egyptū nemo mansit qui terram coleret: sed fuit tanq̄z desertum tēpozibus illis. non tamen fuit sic q̄ñ assyrij transtulerunt decē tribus israel in terraz medozum. non enim mansit tunc terra eozū sabbatū faciens: sed de assyrijs multi venerunt ad habitanduz in terra illa vt patet 4. Regum. 17. cap. (Sabbatizabit ⁊ requiescet in sabbatis solitudinis sue). Sabbatizare dicit. i. sabbatum agere. annus autem septimus ⁊ iubileus erant sabbata terre vt patet preceden ti. capi. Dicebatur autem requiescere nunc in sabbatis illis dñs annos remissionis ⁊ iubileos accumulatos. ⁊ non vocantur ista

sabbata

Qō. 16. A

An iudi steterūt 70. ānis i captiuitate pp 70. sabbata que facē omiserunt. ^Ra. sa. opi.

*Exp̄ Rabbi.

B

Notāb.

Cōsequēs ex supiozibus penis.

Quō terra dicebat q̄ escet i sabbatis suis tpe q̄ iudei erant in captiuitate.

Qñ vocãt sabbata solitudinis terre.

sabbata simpliciter sed sabbata solitudinis terre: qz nõ quiescebat tũc terra eo ꝙ quietura esset: sed qz erat solitaria ⁊ nemo eã colere poterat. hoc qõ dr hic sabbatizabit terra ⁊ regescet in sabbatis idẽ ẽ: qz sabbatũ idẽ est qõ requies. Uel põt poni hic tãquã diuersum. s. ꝙ terra dicat sabbatizare. i. simpliciter cessare a laboribus ꝙ sunt in cultura. Dicatur autẽ quiescere in sabbatis. i. delectari ex eo ꝙ bz sabbata. ⁊ sic dicebat. ō. tũc placebunt terre sabbata sua. i. delectabitur in eis. (Eo ꝙ nõ requieuerit in sabbatis vestris qñ habitabatis in ea.) i. vos nõ dedistis requiem terre qñ eratis in ea q̃ debebatur sibi: ideo ego excludã vos ab ea ⁊ faciã eaz babere sabbata sua. qñ hic dicitur in sabbatis vestris nõ intelligitur de sabbatis iudeorum. Sed de sabbatis terre que iudei non obseruauerunt.

Sabbata ẽre ac sabbata iudeorũ differũt.

¶ Distinguuntur nãq; sabbata terre ⁊ sabbata iudeorum quia sabbata terre dicuntur illi anni in ꝙbus terra nõ colebat. s. ãnus septimus: ⁊ ann⁹ iubileus: iudei tñ tũc nõ cessabãt ab alijs occupatiõibus ⁊ laboribus. Dicuntur aũt sabbata iudeorũ oẽs festiuitates in ꝙbus iudei nihil faciebãt de ꝙbus habet. ō. 23. c. hic autẽ dicit ꝙ non requieuit in sabbatis vestris. i. in sabbatis suis que vos illi abstulistis pp cupiditatẽ frugũ. (Et qui de vobis remãserit.) Hic ponitur pena ꝓ illis ꝙ nõ fuerint consũpti ꝑ plagas supra positas. ipse nãq; multe ⁊ graues sunt: ideo plurimi iudeorũ ꝑ eas inflictionẽ occũbebant. residebant aũt aliqui ⁊ ne illi viderent a pena esse immunes subiungit hic eorum angustia in timore ⁊ afflictione magna cũ dr. (Dabo pauorẽ in cordibus eorũ.) est enim ista pena grauis ⁊ nimis afflictiua. Nã qñ aliquis ab extra affligit si intra nimis nõ permoueat nõ ẽ dura angustia: cũ tñ interior afflictio ẽ perfecta penalitas venit. Sic aũt est in timore magno quo aliqui timent ea q̃ nullus timere debet: ⁊ in illis cor eorum valde comprimit. Timor aũt talis aliqñ ẽ ex prauitate nature ⁊ tũc vocat timiditas bestialis: ⁊ vnũ ẽ de vitijs bestialibus iuxta aristo. 7. Ethi. Sz tũc talis timor lz boiem exterreat ab agendo sicut ẽ de illo sicut dicit aristo. vbi. ō. ꝙ murẽ visuz timuit: tñ cor nõ affligit. aliqñ aũt ẽ iste timor a deo incussus in magnam penalitatẽ sicut interdũ incutit dolores ⁊ egritudines: et potest tũc cadere in viros qui alias erant fortes ⁊ cõstantes: sicut egritudo cadit a deo incussa in boies qui alias erant sani nũq; egrotantes.

Timor a deo cãtus facit vt boies q alias erãt fortes val de timeant.

¶ Hanc aũt maledictionẽ iudei vsq; hodie habẽt cũ sint i terra hostili. ⁊ cõiter timẽt ea q̃ nulli alij homines timẽt

Qõ. 17. A

¶ Nec obstat fiquis dicat ꝙ ideo timent qz i seruitute nati sũt: seruis aũt timendũ est. Respõdendũ est qz nõ timent: sz pp maledictionẽ a deo datã, nã alij sunt in seruitute. s. saraceni iter xpianos vel ecõtrario ⁊ duriori premunt seruitute tñ nõ habẽt hũc timorẽ validũ. ẽ autẽ iste timor cũ q̃daz solicitudine futurorum malorũ ita vt ꝙ taliter timet semp expectet sibi affutura mala: ⁊ hac expectatione torqueat. ¶ Ista maledictionẽ iudeis de⁹ infligit qñ efficerent mali ⁊ ducerent captiui. sic ꝑ Deute. 28. c. cũ dr. dabit. n. tibi dñs cor pauidũ ⁊ deficientes oculos ⁊ aiam merore ꝛsumptã ⁊ erit vita tua quasi pendẽs ante oculos tuos: timebis nocte ⁊ die ⁊ nõ credes vite tue: mane dices ꝙs mihi det vesper: ⁊ vespe. ꝙs mihi det mane: ꝓp cordis tui formidinez q̃ terreberis ⁊ ea que videbis oculis tuis. ¶ Ista penalitas q̃ in timore ẽ a deo infligi põt ab boibus aũt nequaq̃: qñ homo solũ põt q̃tũ ad corpus. s. vt occidat vel percutiat: sz nõ quãtũ ad q̃litates animorũ. s. vt alterũ boiem timidũ vel cõstantẽ: castum aut ad libidinẽ ꝓptũ efficiat. Natura quoq; nõ habet directe potestatẽ sup ista: qz virtus sua est sup quattuor q̃litates actiuas ⁊ passiuas ⁊ sup ea q̃ directe causant ab eis. iste aũt sunt ꝛditiones animorũ. põt tñ natura in ista indirecte. s. ꝑmutando aliqs q̃litates corporis ad quarũ armoniã sequit boiem esse timidũ: vel audacẽ: auax: vel effasorẽ: iõ natura nõ põt in aliquo causare tales disꝓsitiones in quo ante nõ erant nisi permutatis quibusdã corporis qualitatibus. Deus aũt cui ois virtus tam nature q̃ sup naturã inest: põt efficere boiem timidum q audax erat vel econtrario: ⁊ q ꝓtinens eẽt sic effici poterit lubric⁹ nulla precedente mutatione. ⁊ qñ deus istas mutationes in boie facit vt ei timorẽ incutiat vel ꝓstantiã apponat nihil operat sup animã itellectiuã: qñ timor ⁊ ꝓstantia ⁊ similia sunt affectiones quedã in parte sensitiua ⁊ nõ pertinent ad intellectiuã. Luz ergo deus possit sup aiam itellectiuã a fortiori poterit sup animã sensitiuã cũ magis pertineat ad naturã corporis. Sic aũt faciebat deus i iudeis ⁊ in alijs gẽtibus: vt qñ alie gẽtes peccarent ⁊ iudei pugnarent cõtra ipsos ꝛuertebat deus gẽtes in fugã. aliqñ aũt si iudei peccarent incutiebat eis deus timorẽ. ⁊ q̃q; ipsi multi eẽnt tñ cõuertebant in fugã paucis hostibus pugnantibus ꝛtra ipos. sic habet de rege ioas q malus erat ⁊ eduxit magnũ exercitum ꝛtra hostes: deus tñ ꝛuertit eos in fugã ⁊ tradidit i manꝰ hostium vt ꝑ. 2. Parali. c. 24. (In regiõibus hostiũ terrebit eos sonitus folij volantis.) Hic designat magnus timor. eẽ debet timor de magnis malis futuris. sed qñ aliquid est qõ nõ põt significare magna mala futura: nec ipsum potest infligere mala nõ dr ab aliquo timeri. huiusmodi aũt ẽ folia volãs. timere ergo hoc est tanquã timiditas bestialis: sicut de illo de quo dicit aristo. 7. etbi. ꝙ murẽ visum timuit. Sed adhuc ista timiditas peior ẽ q̃z bestialis cũ magis afflictiua sit: qz a deo inflicta est. (Et ita fugient quasi gladiũ.) In hoc significat adhuc maior timor. nã ꝙ aliqs timeat folia volans nõ ẽ rationalis timor: si tamen leuiter timeat nõ est admirabile. erit aũt nimis admirãdũ si aliqs sic fugiat a folio volante tanq̃z a facie gladij. ⁊ in hoc significatur ꝙ ista nõ eẽt timiditas naturaliter veniens sed a deo inflicta. (Cadent nullo sequente.) Hoc etiã pertinet ad magnũ timorẽ. ⁊ hoc ẽ vt aliqñ videret iudeis ꝙ persequebant eos hostes ⁊ fugerent: cũ tñ sm veritatẽ nemo eos ꝑsequeretur.

† Designatio magni timoris.

† †

Qõ. 18 A

Queret aliqs quare dicit hic ab vno mense vsq; ad annū gntū. z nō dixit ab vno die vel ab hora natiuitatis vsq; ad gntū annū. ℂ Forte aliqs rūdebit q; in tēpore ꝑcedēti nō poterat vouēri puer sed post mēsem. Dicēdū est q; hoc nō pōt stare. nā nō videt aliq̄ ratio cur puer natus post vnū mēsem vouēri posset: z nō ante mēsem. nā nō reperit i eo aliq̄ ratio diuersitatis cōpleto mēse vel nōdū cōpleto. nā si diceret q; puer cōpleto mēse incipit hz vsum discretionis: z ante cōpletionē nō habebat esse aliqd q̄q̄ nō sufficiēs. tamē nec añ cōpletū mēsem: nec post rōnis vsum habet vsq; ad multa tēpora: ideo nō pōt pp hoc diuersitas euenire.

Im ꝓbatō. 1. rō.

2. rō. ℂ Itē falsuz est q; añ mēsem nō possint vouēri pauli. naz ea hora qua nascunt: imo etiā anteq̄ nascant z priusq̄ cōcipiant in vtero vouēri possūt. sicut patet de anna q̄ vouit samuelē filiū suū anteq̄ cōciperet eū vt habet. 1. Reg. c. 1. cū dicit. dñe exercituū si respiciēs videris afflictionez famule tue: z recordatus mei fueris dederisq; serue tue sexū virilē: dabo eū dño oibus diebus vite eius z nouacula nō ascēdet sup caput eius. hoc aūt votū erat q̄q̄ cōditionale vt patet in eadē lra. s. cū esset anna amaro aio orauit dñm flēs largiter z votū vouit dicēs: dñe exercituū. z cetera. ℂ Rñdet ergo q; votū fieri poterat ante vnū mensem. hic tamē dicit ab vno mēse vsq; ad gntū annum: qz intelligit puer vnius mēsis ab ea hora qua natus est vsq; ad cōpletionē mensis. Iste modus loquendi est vsitatus in sacra scriptura. nā sepe dicit deus q; offerant sibi agni anniculi: z tñ nō regrebat q; illi eēnt vnius anni cōpleti: sed postq̄ cōpleuissent septē dies offerri poterant. z sic glibet agnus vocabat anniculus postq̄ cōplebat septimū diē vsq; ad finē anni: z toto hoc tēpore offerri poterat. sic patet supra. 22. c. s. hos: quis: z capra cū genita fuerint septez dieb⁹ erunt sub vbere mris sue: die autē octauo z deinceps offerri poterūt dño. idē habet Exo. 22. c. Ideo dicēdū q; idez est dici ab vno mēse vsq; ad quintū annuz: qō ab hora natiuitatis vel ante vsq; ad annū. ℂ Uel forte dici posset q; istud votū fieret post cōpletū mensem ad tollēdū intricationē de solutiōe ꝓcij pro ꝓmogenitis. nā in redēptionē ꝓmogenitoꝝ dabant sicli quincq; vt patet Nume. 15. et. 18. c. cuz dicit. cuius redēptio est post mensem vnū sicl̄is argēti quincq;. etiā p puero qui erat ab vno mēse vsq; ad quincq; annos dabant gncq; sicli vt patet hic. Si ergo aliqs voueret ꝓmogenitū suū anteq̄ hēret vnum mēsem: z postea solueret gncq; siclos videbat esse solutus a tali obligatione siue voti: siue redēptionis p ꝓmogenitura. qz tamē pro vtroq; distincte soluēdū erat: nō debebat fieri votuz ante mensem ne implicarent iste solutiones. ℂ Sz dicēduz est cōuenientiorē esse ꝓmā solutionē. nā deus nō iubet solū vouēri paruulos post mēsem: sed etiā ante possūt voueri. nec etiā pt dici q; ista lex dixerit de vno mēse quasi vetuerit ante vouēri paruulos ne coincideret solutio votoꝝ cū solutione redēptiōis ꝓmogenitoꝝ. nā hoc solum erat ad ꝓmogenitos. z tamē stante ista regula nō solū vetarent offerri ꝓmogeniti ante mēsem: sed etiā gn̄aliter oēs masculi. Itē patet hoc: qz in nulla femina poterat esse dubiū: qz femine nunq̄ redimunt: sed sola ꝓmogenita masculina. idē tñ dicit hic de femina. s. q; dent p ea tres sicli ab vno mēse vsq; ad annū quintū. in quo eodē modo inueret q; femine nō poterāt voueri vsq; ad mensem cōpletū. Sed hec falsa sunt nō solū de feminis z masculis nō ꝓmogenitis. illi enim ante mēsem voueri poterāt. sicut pz de anna que vouit filiū suū samuelē anteq̄ nasceret. z tñ ille erat ꝓmogenitus: qz nullū habuerat ante ipsum vt appet. 1. Reg. c. 1. ℂ Dicēdū ergo q; liberū erat vouere paruulos ante mēsem vel post mensez. Si vouerent post mēsem fiebat sicut hic dicit. si vero ante mēsem cōpletum aut erāt femine: aut masculi. si femine solū dabāt tres siclos: z nullum alterū ius soluebāt. Si vero essent masculi aut isti erāt tales qui possent ministrare coz̄ dño in aliquo genere ministerij: z tūc ministrabant: nec dabat pro eis aliq̄ pecunia. sic fuit de samuele quē mater nō redemit gncq; siclis: lz tribuit vt maneret coz̄ dño. Si autē non esset talis masculus qui posset ministrare coz̄ dño: sicut erāt filij laicoꝝ. Distinguendū est an essent ꝓmogeniti vel nō. Si nō essent ꝓmogeniti solū dabant quincq; sicli p redēptione voti. Si aūt essent primogeniti dabant decē sicli. s. gncq; p redēptione: qz erāt ꝓmogeniti. z gn que p solutiōe votiua. ℂ Sed nūc est dubiū cū distinguat deus ꝑcia fm etatē: q̄re iussit dari maius ꝑciū ab anno vicesimo vsq; ad sexagesimū q̄ a sexagesimo vsq; ad mortē. nā si debet esse etatū diuersarū diuersum ꝑciū debet magis solui q̄to est maior etas: qz q̄to plus soluit est maius bonor. z tñ maioris bonoris est etas senectutis q̄ alie etates: ideo p ea debebat maius ꝑcium cōstitui. nā nulli alteri etati pp se est debitus aliquis bonor. solū autē senectuti debet bonor. sic patet. 3. 19. c. cū deus dixit. coz̄ capite cano cōsurge z honora pſonā senis. z Aristo. 1. Ethico. vbi ponit diam bonoꝝ qui debent variis pſonis. dicit aliū esse bonorē q; debet patri: alius sapiēti: alius duci exercitus: alius omni seni pp etatē in assurrectione z inclinatione. z nō fecit ibi mētionē de alia etate cui deberet bonor. ideo senectuti est dādus maior. vnde debebit maius ꝑcium imponi senibus in redēptionē. ℂ Dōz q; deus fecit differētiā redēptionis in etatibus. nō quidē ꝓpter bonorē debitū illis etatibus: lz pp cōuenientiā. hoies enim seipsos deo vouēt vt se ei traderēt. z si ei se traderēt ministrarēt ei in aliquo ministerio laicali. z q̄to aliquis altior z robustior esset ad ministrationē illā tanto magis valebat: z ideo tāto maius ꝑcium pro eius redēptione dādum erat. z tamē in etate que est ab anno vicesimo vsq; ad sexagesimū est homo robustior z aptior ad ministrationes corporales q̄ ante z post: ideo eo tēpore maior fit. ℂ Cū autē dicit de sene: vel

B Doc. rñ. ad q̄st.

Qō. 15. A Qr deus iussit dari maiꝰ ꝑciū ab anno. 20. vsq; ad. 60. q̄ vltra. cū etas senectutis sit honorabilior.

Rñdet.

sene vex est q̃ debet ei maior bonor qui est in assurgendo illi: ꝛ inclinando caput vt pz.ē.19.capit.et.9.Itbi.sed non in eo q̃ valeat maiori precio si vendat.ꝛ tñ hic fit redẽptio pſone:ac si venderet ad ministrandũ:ꝛ in vẽditione magis valet iuuenis q̃ senex:ideo nõ debuit maius neq̃ equale preciũ poni p̃ senibus sicut p̃ iuuenibus. ¶Querer adhuc cũ darent pecuniã transeuntes ad numerũ pro aia sua:quare dabant minus q̃ vouentes.nã vtrobiq̃ offert preciũ p̃ aia.de trãseũtibus ad numerũ pz Exo.30.ꝛ li.4.Reg.12.c.de vouentibus pz hic.nam se ipsos redimũt:ꝛ tñ deus equaliter respicit aiam bois: vel ipsuz boiem.in oibus ergo dz dari equale preciũ a transeuntibus ad numerũ ꝛ a vouẽtibus.ᵇ ¶Aliqs dicet q̃ simile est in eis tñ in transeuntibus ad numerũ nõ est dꝛia sexus ꝛ etatis vt dictũ est ē.in vouentibus aũt sic. Ideo ſm illam distinctionẽ datur maior sũma in vouẽtib⁹.ᵃ ¶Sed dõz q̃ nõ stat.ᵈ prio qꝛ tũc oporteret q̃ aliqs casus eẽt in vouẽtibus in quo tantũ solũ daret ỏ precio q̃tũ in transeuntibus ad numerũ.sed falsum est: qꝛ transeuntes ad numerũ dant solũ dimidiũ sicli Exo.30.c. vouentes autẽ nũq̃ dant minus q̃ tres sicl̃os vt pz in lr̃a. ᵉSecũdo quia considerata etate est adhuc maior diuersitas.oẽs enim qui transeunt ad numerũ sunt in anno vicesimo vt pz Exo.30.ca.ꝛ dat pro eis dimidiuz sicli. sed qui se vouent ab anno vicesimo ꝛ supra dant quinquaginta sicl̃os vt pz hic.ergo maxima est diuersitas. ¶Rñdendũ q̃ valde maius preciũ dabant vouentes q̃ transeuntes ad numerũ. ꝛ rõ pria erat qꝛ in vouẽtibus dabat preciũ p̃ toto boie.erat eni preciũ istud redẽptio ac si hõ venditus esset.trãseũtes aũt ad numer̃ nõ dabant p̃ciũ redimendo se ipsos:sed quasi quãdã obl̃onẽ:ideo valde minus preciũ sufficiebat.ꝛ ista est potissima cã.Cũ aũt obijcit q̃ etiã transeuntes ad numerũ dabant preciũ pro aiabus suis nõ est intelligendum q̃ eẽt preciũ p̃ aiabus:sed p̃ciũ aie.ita eni vocat li.4.Reg.12.ca. ꝛ multũ differt in hoc:qꝛ aie preciũ dr̃ p̃ciũ pſone.i.datũ a pſona. preciũ pro aia dr̃ datũ ab boie pro redẽptione aie.sed q̃ocũq̃ diceret nõ vocat preciũ aie.i. valor quo aliquis estimat ꝛ dat illũ p̃ se sed valor quẽ dat ne aia sua.i.pſona incidat in piculũ:qꝛ si israelite numerarent ꝛ nõ darent preciũ istud eẽt in eis plaga Exo.30.c.vt aũt nõ eẽt ista plaga dabant p̃ciũ ꝛ ita ñ dabant p̃ redẽptiõe pſone:ꝛ sic minus dandũ erat. ¶Scõ qꝛ preciũ datũ a transeũtibus ad numer̃ dabat ex necessitate p̃cepti Exo.30.c.ꝛ colligebant sacerdotes istud p̃ciũ ab israelitis gentes eos soluere li.4.Reg.12.et.2.Parali.c.23. preciũ autez vouentiũ nõ dabat ex necessitate ſz spontanee:qꝛ nemo cogitur vouere.maius aũt iponendũ est eis q̃ spontanee soluũt q̃ eis q̃ ex necessitate:nã cũ magnũ preciuz ex necessitate p̃cepti soluẽdũ esset clamarẽt iudei ꝛ nõ paterent hanc legẽ.cuz aũt sponte soluendũ est nemo clamabit:qꝛ si viderit magnũ preciũ ipositũ nõ vouebũt.si autẽ placuerit eis vouere nõ clamabunt p̃ magnitudine preciꝭcum eã libenter subierint:iõ maius preciũ erat dandũ in vouentibus q̃ in trãseuntibus ad numer̃.Tertio qꝛ non erat opus q̃ tanta iponeret in trãseũtibus ad numerũ q̃ in vouentibus se:qꝛ preciũ transeuntiũ dabat ab oibus de israel.nullus enim masculus excedebat annũ vicesimũ q̃ istud non daret Exo.30.c.ꝛ li.2.Parali.24.c.votũ aũt nõ fiebat ab oibus israelitis sed a pauciꝭ qui hoc sponte facerent:iõ ẽt si paruũ esset preciũ transeuntiꝭ ad numerũ:maior sũma pecunie ex hoc colligeret q̃ ex votis in ḡbus reddebat maius p̃cium. Quarto ex eodem fundamento quia cum a tota multitudine israel hoc solueretur in israel essent multi pauperes qui soluere non possent si magnum precium imponeretur. ꝛ hoc erat magnum inconueniens.ſ.q̃ nõ transirent ad numerũ q̃ nõ solueret precium. ꝛ sic essent valde cõtẽptibiles cũ nõ bẽrent numeruz:neq̃ nomen in israel ac si nõ essent.q̃ aũt vouentibus iponeret magnũ preciũ nõ erat ꝯueniens:qꝛ si esset magnũ ille qui pauper esset non voueret ꝛ ita nõ grauaret. Quinto qꝛ adhuc in vouentib⁹ figo voueret ꝛ postea soluere nõ posset p̃ciũ a lege taratũ cõparebat hõ ille cozã sacerdote q̃ minuebat preciũ quãtũ ille soluere posset: ita vt nõ grauaret sicut dr̃ infra in lr̃a.ꝛ ita nõ seq̃bat inconueniens ẽt si magnũ preciũ positũ esset pro redẽptione votoꝝ. sed nõ erat sic de trãseũtibus ad numer̃:qꝛ de ꝓpio statuto nõ debebat minuere paup quãtũcũq̃ eẽt paup Exo.c.30.ergo debuit esse preciũ paruũ vt oẽs illud soluere possent.vñ sic fuit conueniens dimidiũ sicli qõ quilibet q̃tũlibet pauper soluere posset. Sexto qꝛ redẽptio ista voti raro fiebat:qꝛ multi erãt qui nũq̃ se vouebant.ideo nõ soluebãt preciũ:alij aũt tñ semel.sed soluere preciũ ad numerũ transeũtiũ sepe fiebat:qꝛ semel obligabat q̃libet soluere q̃ ꝙueniebat ad annũ vicesimũ.Deinde q̃cũq̃ numerabat multitudo vt ad bellũ vel ad alia hmõi soluebat q̃libet de numeratis dimidiũ sicli:qꝛ aliter sequeret plaga in numeratis Exo.30.c.ꝛ ita accideret sepe eũdẽ debere hoc soluere: ideo debuit esse p̃ciũ paruũ in transeũtibus ꝛ magnũ in vouentibus. ¶Sed adhuc quereꝛ quare priogeniti plus soluebant q̃ transeũtes ad numerũ.nã eẽrio vr̃ debuisse fieri: qa in vouentibus fiebat differentia etatiũ:ꝛ magis soluebat qui erat viginti annoꝝ q̃ qui vnius vel q̃nq̃ vt pz.ē.in lr̃a.ꝛ tñ trãseũtes ad numerũ transibant in anno vicesimo Exo.c.30.Sed pro primogenitis dabat preciũ q̃ñ erant vnius mensis Nu.18.ca. ideo debat dari magis a trãseuntibus q̃ a priogenitis. Itez nõ stat hic qõ dicebat p̃ce.q.de vouẽtibus qꝛ illi spõte vouebant. ideo dabant preciũ maius q̃ trãseuntes:qꝛ tam primogeniti q̃ transeũtes ad numerũ ex necessitate p̃cepti dabãt preciũ. ¶Dicendũ q̃ pro priogenitis dandũ erat maius p̃ciuz q̃ pro transeũtibus ad numer̃. Primo qꝛ priogeniti redimebant.ꝛ sic dabat pro eis q̃tũ valebant: vel saltẽ dabat preciũ noie totius valoris:ꝛ tñ transeuntes ad numer̃ nõ redimebant:neq̃ dabant p̃ eis preciũ noie totius valoris.ideo valde minus dandum erat p̃ transeuntibus.q̃ aũt transeũtes redimerent fuit oñsum precedẽti.q.q̃ aũt priogeniti redimerent pz Nu.3.c.vbi deus iussit separari oẽs leuitas ꝛ oẽs priogenitos israel: ꝛ dari leuitas pro primogenitis deo:qꝛ fuerunt ducenti septuagintatres plus in priogenitis israel q̃ in leuitis:qꝛ nõ poterat pro illis aliquis dari:iussit eos redimi dãdo p̃ quolibet q̃nq̃ sicl̃os qui sũt mille trecẽti sexagintaq̃nq̃.ꝛ istud fuit tũc preciũ redẽptionis eorũ.qõ datum fuit aaron ꝛ filijs eius.e.c.ꝛ postea in legẽ posituz fuit q̃ primogenitus q̃libet redimeret dando p̃ eo q̃nq̃ sicl̃os post mensem a natiuitate eiuꝭ Nu.18.c.maius ergo preciuz debuit dari p̃ priogenitis q̃ñ p̃ transeũtib⁹ ad numerũ. ¶Scõo qꝛ oẽs israelite transibant ad numerũ cũ essent annoꝝ viginti Exo.30.c.ꝛ tñ nõ soluebant oẽs preciũ primogenitoꝝ.ꝛ pz hoc Nu.1.c.vbi numerati sunt oẽs israelite preter leuitas in duodecim tribubus ꝛ inuenta sunt sexcenta tria milia ꝛ quingenti:ꝛ oẽs isti soluerũt preciũ pro se.ſ.quilibet dimidiũ sicli:ꝛ fuerunt sicli trecenta ꝛ vnũ milia septingenta ꝛ q̃quaginta: ꝛ dati sũt oẽs isti sicli ad opus sanctuarij Exo.38.c.ꝛ tñ in toto israel non inuenti sunt nisi viginti duo milia ducenti septuaginta tres de primogenitis Nu.3.c.ꝛ si pro oib⁹ bis soluerent p̃cia.ſ. p̃ quolibet sicli q̃nq̃ essent centũ ꝛ vndeciz milia ꝛ trecenti sexaginta quinq̃ sicli:ideo ſz q̃libet solueret minorẽ sũmam colligebatur maior pecunia ex numeratione transeuntiũ ad numer̃ q̃ priogenitoꝝ. ¶Tertio debuit minus preciũ dari a transeuntib⁹ ad numerũ:qꝛ sepe cõtingebat eundẽ boiem trãsire ad numerũ siue numerari vt si eũdũ esset ad bellũ:vel faciende essent simileꝭ ꝯgregationes in ḡbus deberent numerari boes:qꝛ semp soluebat q̃libet dimidiũ sicli:ne sequeret plaga in numeratis Exoõ. 30.c.ꝛ vt dictũ est precedẽti.c.ꝛ tñ redẽptio priogenitoꝝ semel tñ fiebat in fine mensis vnius a natiuitate Nu.18.c.ergo maior pecunia danda erat p̃ redẽptione priogenitorũ. ¶Luz aũt obijciebat q̃ fiebat in vouẽtibus dr̃ia etatũ ad taxationẽ preciorũ. Dõm q̃ vex est:tñ in priogenitis ꝛ transeuntibus ad numerũ non fiebat differẽtia:qꝛ oẽs trãseuntes ad numerũ erant viginti annoꝝ:oẽs autẽ primogeniti q̃ñ redimebant erãt vni⁹ mensis:ideo in oibus priogenitis erat idẽ p̃cium:ꝛ in oibus trãseuntibus filr vnũ ꝛ idẽ preciũ.ꝛ tñ ſz maioris etatis essent transeuntes ad numer̃ q̃ priogeniti soluebant preciũ minus ꝓpter cãs supra tactas. ¶Et cũ dicebat q̃ tam trãseuntes ad numer̃ q̃ priogeniti soluebant preciũ necessitate legis:qõ non fiebat in vouentib⁹. Dõm q̃ erat verũ.ꝛ ideo erant plures dr̃ie inter vouentes ꝛ trãseuntes q̃ inter priogenitos ꝛ transeũtes.ꝛ tñ sunt aliq̃ dr̃ie inter priogenitos ꝛ transeuntes pp q̃s soluebat maiꝰ p̃ciũ in redẽptiõe priogenitoꝝ q̃ in trãseũtib⁹ ad numer̃. ¶Sed adhuc q̃reꝛ quare plus soluebat pro femina q̃ p̃ puero puero.nã p̃ puero ab vno mẽse dabant q̃nq̃ sicli vsq̃ ad q̃nq̃ annos:ꝛ pro femina q̃ erat a viginti annis vsq̃ ad sexaginta dabant triginta sicli vt pz.ē.in lr̃a.Nã vr̃ q̃ semp dẽret dari plꝰ pro viro q̃ pro femina:qꝛ masculus est nobilioris sexus:iõ cuiuscũq̃ etatis sit masculus erit nobilioꝛ q̃ femia cuiuscũq̃ etatis:sicut hõ cuiuslibet etatis est melioꝛ q̃ equꝰ aut bos cuiuscũq̃ etatis.iõ debuisset magis dari semp pro viro q̃ pro femina. ¶Dicendũ q̃ in viro semp dat maius preciũ q̃ in femina si fit eadẽ etas.sed nõ q̃ñ fit diuersitas etatis:qꝛ tunc dat aliq̃ magis pro femina q̃ pro masculo vt pz ex cõparatione taxationũ que fiunt in lr̃a. ¶Ad rõnẽ in ꝛium põt dici vno mõ q̃ ſz masculus dignioris sexus sit:sed hic cõsiderat hoc:qꝛ siue masculꝰ

Qõ.16. A Qr̃ transeũtes ad numerũ dabãt pecũiã minꝰ q̃ vouentes. ᵇ Cuiusdã rñsio ad q̃stũ. ᵃ Impropatio. ᵈ 1.rõ. ᵉ 2.rõ. B Ad q̃stũ. 1.rõ. Notãd. 2.rõ. 3.rõ. 4.rõ. C 5.rõ. 6.rõ.

Qõ.17 A Qr̃ priogẽiti plus soluebant q̃ trãseuntes ad numer̃. Rñsio ad quesitum. 1.rõ. 2.rõ. 3.rõ. B Ad primaz rõnẽ. Ad scõam

Qõ.18 A Qr̃ plꝰ soluebat p̃ femina q̃ p̃ puero puero. Rõ in diuersum. Rñsio ad quesitum. Ad rõnez i diuersum.

siue femina se voueat tradit se deo p votū: ꝛ cū se redimit debz dari plus p eo g magis valet lz nō dek oino tātū p quolibet ꝯ tum ipse valet. Iste aūt valoz considerak in ministratiōe. vouētes aūt se si nō redimerenk ministrarent deo in aliquo. ꝛ tamē masculus est robustioz ꝛ aptioz ad ministrandū ꝯ femina: ideo plus precij pro masculo dabak ceteris paribus. ꝛ tñ in diuersa etate ꝛtingit feminā esse aptiorem ad ministranduz ꝯ sit vir. ꝛ sic pro ea plus dabīt: sicut femina a gnqz annis vsqz ad viginti est aptioz ad ministrandū ꝛ robustioz ꝯ masculus ab vno mēse vsqz ad gnqz annos: ideo pro femina tūc dabank decez sicli.

B Alr ad rōnem.

pro puero aūt gnqz vt pz in lra. sed qñ sunt eiusdez etatis semp plus dak pro masculo ꝯ pro femina. ¶ Alio mō pōt dici q sil cōsiderabank ista duo .s. diuersitas sexus ꝛ etatis ꝛ p quolibet fiebat diuersitas precij. ꝛ qz vir semp est dignioris sexus existētibus ceteris paribus .i. etate ꝛ sexu dabak plus pro viro ꝯ p femina. qñ aūt erat dispar etas ꝯꝯ aliqd cōsiderarek de sexu p ponderabat etas ꝛ dabak maius pciū pro femina ꝯ pro viro.

Obiectio.

¶ Cū aūt obijcit q cū sexus virilis sit semp dignior ꝯ femini nus in quacūqz etate sit vir aut femina: iō deret indistincte plus dari p viro. ¶ Dici pōt vno mō q lz maneat dignior sexus: ꝛ sit simplr vir dignior femina: tñ hic nō considerak ista dignitas sexus: vel dignitas simpliciter: sed solum dignitas quantum ad id ad quod fiebat votū. sed illud fiebat ad applicādū se deo ad ministrādū. ꝛ tñ femina annoz viginti est aptior ꝛ robustior ad ministrandū ꝯ puer triū annoz: iō maius pciū tūc pro femina dari debat.

Rñsio. 1.

Rñsio. 2.

Alio mō pōt dici q sexus masculinus semp ē dignior ꝯ femininꝰ. ꝛ tñ nō est tāta dignitas sexus q faciat simpliciter dignioꝛē vir in quacūqz etate ꝯ feminā etate q̄lz. ꝛ iō lz viro ꝛ femina exīstibus eiusdē etatis ceteris paribus: vel vt cōiter fit semp dignior vir. tñ si femina sit viginti aut triginta annoz vt esse simplr dignior ꝯ puer vnius anni. iō pro illa dabak maius pciū. Cū vero dr q semp est sexus dignior ꝛ facit simplr dignioꝛem: sicut bō cuiuslibet etatis est semp dignior ꝯ equus aut bos cuiuscūqz etatis sit. ¶ Dōm q nō est file: qz bō excedit equū, ꝛ bouē sm gradū dr ie essentialis cum differāt sm spēm. iō cuiuscūqz etatis aut valoris sit equus sp est bō dignior in quacūqz etate sit. secus est de viro ꝛ femina: qz differunt sexu ꝛ ꝛueniunt spē: ꝛ ita sunt eiusdē gradus pfectionis essentialis ꝛ specifice: iō dr ia sexus nō faciet tātū differre masculū ꝛ feminā q semp masculus sit dignior: imo poterit eē femina dignior: vt si sit multa dr ia sm etatē: vt in exēplo dato. s. si sit mascul' vnī' anni ꝛ femina sit viginti annoz. Si aūt teneret prior rñsio eēt minus dubiū. s. q nō cōsideret hic dignitas vel nālis mobilitas sed solū vtilitas ad ministrationē. nā tūc nō solū femina potest esse maioris precij ꝯ vir: sed ēt equꝰ ꝛ bos ꝛ res inanimate vt ager pōt esse maioris valoris ꝯ vir; ꝛ ita appet in lra. j. exposse de redēptione agroz. nā pro agro q serit triginta modijs ordei dabātur gnquaginta sicli. ergo si sereret q̄draginta modijs plures ꝯ gnquaginta sicli darenk p eo. ꝛ tñ p viro nūꝯ dabank plures ꝯ gnquaginta sicli. ergo plus dabak interdū p agris ꝯ p viris, vñ nō erit incōueniens q dek aliqñ maior redēptio pro femina ꝯ pro viro.

Nō dignior ē in quacūqz etate alijs.

Qō. 19

A Qr plꝰ dabak p vouētibus ꝯ p priogenitis.

¶ Sed adhuc queret q̄re plus dabak p vouentibus ꝯ p priogenitis. nā p vouentibus dabank aliqñ gnquaginta sicli vt pz hic in lra. p priogenitis aūt nunqz dabank nisi gnqz Nu. 18. c. * ¶ Aliqs dicet q hoc fiebat qz redēptio priogenitoz erat ex necessitate: vota aūt spōtanee fiebant. ꝛ tñ maius debebat iponi spōtaneis ꝯ necessarijs: qz in solutionibus ex pcepto si eēnt magne clamarēt soluētes ꝛ nō sustinerēt legē. in spontaneis aūt secus est: qz si magne viderent liberum erat nō vouere. ꝛ sic nō grauaretur vouēs. * ¶ Sed dōz q hoc nō stat: imo lz essent vota spontanea ꝛ redēptio priogenitoz ex necessitate pcepti fiebat in eis eqlitas taxatiōis. Cū aūt dicit q erat ineqlitas. dōm q in vouētibus cōsideraꝛ dr ia etatis ꝛ sm illas causank diuersa pcia. in priogenitis autē est vnica etas: ga oēs primogeniti redimebank in mense prio a natiuitate Nu. 18. c. ideo ponebak in oīb' vnū preciū. s. gnqz siclorꝫ Nu. 3. et. 18. c. Cōsiderando tñ eandē etatē in vouētibus ꝛ priogenitis fiebat equalitas pcij. nā oēs priogeniti redimebant post primū mēsez vt dictū est. lz p eis q vouebank ab vno mense vsqz ad annos quinqz erat preciū gnqz siclorū vt pz hic in lra. ꝛ ita erat eqle in priogenitis ꝛ vouētibus qñ erant eiusdē etatis. ¶ Cā autez quare eēt in eis equale preciū cū vota eēnt spōtanea ꝛ redēptiones priogenitoz necessarie: fuit qz deus nō cōsideraꝛ hic precipue esse spontaneū a pcipio vel voluntariū: sed esse redēptionē pro toto valore rei vel pro parte eius. Idē in transeuntibus ad numerū: qz non dak preciū pro toto valore bois: neqz est redēptio dare paruū precium. s. dimidiū sicli Exo. 30. c. In primo genitis aūt ꝛ vouentibus fit redēptio: qz dak preciū p toto valore bois. nam primogenitus totaliter debek deo ad ministrandum. ꝛ quia non sunt idonei ad ministrandum omnes primogeniti israelitaꝛ sm dei iudicium dabatur pro eis commutatio leuitarū Nume. 3. ca. ꝛ qñ cessauit illa cōmutatio successit redēptio. s. q pro quolibet denk gnqz sicli. e. c. ꝛ Nu. 18. vouētes ēt totaliter deo debenk cū seipsos simplr deo vouent: ꝛ eiꝰ ministerijs in ppetuū applicari dēbent si deus hoc acceptaret. ꝛ qz nō acceptat fit cōmutatio in pecuniā q̄ est redēptio. ideo taz in priogenitis ꝯ in vouentibus maius precium dr dari ꝯ in trāseūtibus ad numeꝛ. ꝛ eadē rōne existente etate eq̄li priogenitoꝛ ꝛ eoꝛ qui vouenk dr esse precium eq̄le: qz vtriqz totalr dabank deo ꝛ vtriqz ꝛpetit redēptio: ideo cū oēs priogeniti redimank post vnū mēseꝫ a natiuitate Nu. 18. fuit ꝛueniens q tātū precium darent qui vouenk ab vno mēse: ꝛ ita fit qz vtrobiqz dant quiqz sicios vt patet in lra.

E Priogenitꝰ totaliter deo debetur ad ministrādū.

¶ Quare tāta diuersitas fuit in taxationibus precioꝛ p vouentibus. Et multa dubia particularia circa hoc. Qō. 20.

Sed queretur q̄re tanta diuersitas fuit in taxationibus pcioꝛ pro vouentibus. ¶ Dicendū q pria cā fuit qz deus nō voluit q israelite q seipsos vouebant venderēt ꝛ darek p eis q̄tū valerent. nā lz de rigore bī fieri deberet: qz qui se vouet tradit se deo in seruū: ꝛ cū ille non acceptet eū in ministrū vult cōmutationē in pecuniā. ꝛ ita tātū precium vr q vendū erat quāto ille vendi potuisset: ꝛ tñ pp aliquas causas egtatis deus noluit fieri venditionē: neqz dari p̄ciū q̄si pro vendito: lz taxauit q̄dā precium minus vt declaratuz est. s. nā si illud nō fuisset venderek quisqz quātū valeret: ꝛ non fieret ista diuersitas taxationū que hic ponit. ¶ Scōa fuit voluntas legislatoris qr in assignatiōibus terminoꝛ ꝛ numeroꝛuz p qualibet re nō vr esse cā aliqua q̄re potius tātū tps ꝯ tātuz assignek sicut in diebus ad appellādū ꝛ in tpe ad petēdū apostolos ꝛ in tpibus prescriptionū ꝛ vsucaptionū ꝛ sīlibus: qz ibi nulla rō pōt dari q̄re potius tātū tps ꝯ tantū dek vt ostensum est s. ita ꝛ nūc cū fiat taxatio quātū q̄sqz vouens dēat ꝛ nō respiciak ad vez valorē vouētis quāt' esset si ille venderek: non pōt poni taxatio nisi solū voluntaria. ꝛ ideo bap diuersarū taxationū cā vr esse voluntas legislatoris. sed iste taxationes ꝯꝯ non sint ex rōne dictante illos sic ꝛ nō alr debere poni: ꝛueniunt tñ rōni. ¶ Et ob hoc fecit deus diuersitatē multā. nā in hoc voto nō solū masculi: sed ēt femine vouere se pñt cū votū sit cōmutādū in pecuniā: ꝛ ideo pro vtriqz deus statuit precia ꝛ in hoc secit plures diuersitates. ¶ Prima est gilaliter masculi ad feminā. Scōa masculi ad seipsum sm varias etates. Tertia ēt femine ad seipsam sm varias etates. Quarta est ꝓportio etatū femine ad masculū sm diuersas etates suas. ¶ Quātū ad primā diuersitatē est doctrina q in viro ꝛ femina. qñ sunt vnius etatis semp dak plus pro viro ꝯ pro femina. ꝛ rō est tā pp dignitatez sexus ꝯ precipue ꝓpter maiorē aptitudinē ꝛ robur ad ministrādū vt ostēsum est. s. Quādo aūt sunt diuersaꝛ etatū dak aliquā do plus pro femina ꝯ pro viro vt pz hic in lra. cuius ēt cā data fuit. s. ꝛ ita quantū ad istaz diuersitatē bñ apparet cā qz considerak hoc in cōmuni. ¶ Secūda est viri ad seipm sm varias etates. ꝛ hoc est presupponēdū q distinguit hic deus q̄ttuoz etates in viro. s. ab vno mēse vsqz ad gnqz annos. ꝛ in hac dank gnqz sicli pro viro: alia est a gnqz annis vsqz ad viginti. ꝛ dank tunc pro viro viginti sicli. Alia est ab anno vicesimo vsqz ad sexagesimū: ꝛ tunc dank gnquaginta sicli. Alia aūt ab anno sexagesimo vsqz ad mortē ꝛ tunc dank gndecim sicli pro viro. circa istā nō pōt dari ratio ita aperta sicut in precedēti. ¶ Sed insurgūt multa dubia. primū est quare potius fecit partes totius vite q̄ttuoz ꝯ plures vel pauciores. nam poterant fieri decem partes aut plures vel poterant fieri sole due. ¶ Ad hoc dicendum q ratio non sufficit sed voluntas legislatoris fuit q fierent iste q̄ttuoz sole partes ꝛ non plures: neqz pauciores. ꝛ tamē dicenduz q aliqua ratio adiuuit ad hoc. nam quāto plures partes etatis fierent tanto iustioz est estimatio. vnde si pro quolibet anno esset vna estimatio fieret iustius iuxta verū valorē rei. nam nunc vnū precium ponit pueri in sexto anno ꝛ in vicesimo. s. sicli vigīti. sed manifestū est q plusq̄ duplo valet homo in anno vicesimo ꝯ in sexto. si aūt pro quolibet anno esset vna estimatio nō esset error talis. si autē fierent due dimensiones etatiꝫ fieret multum iniusta estimatio: sicut si nō fieret aliqua diuisio: sed p omnibus qui vouenk daretur equale precium cuiuscūqz etatis cēnt: quia esset multum iniustū. Dedit ergo quattuoz partes etatis: ꝛ

B Quas diuersitates fecerit deus.

1. diuer.

2. diuer.

L

Dubiuz primū.

Rñsio.

ita nō

ita non eſt tanta ineq̃litas vel iniuſtitia taxationis. Si aūt ſeptē
vel octo partes feciſſet eſſent taxationes iuſtiores: ꝙ autē pre-
D ciſe quattuor ptes fecerit ⁊ nō plures neq̄ pauciores nō fuit ni
Dubium ſcōm. ſi ſolius volūtatis. ¶ Secūda dubitatio eſt cū vellet in q̃ttuor
ptes diuidere etatē: q̃re potius ꝑ has q̃ttuor q̃ ꝑ aliquas alias
diuiſit ſi multi alij modi poterant fieri q̃ttuor harū partiū .i. per
alios terminos annorū: vt ſi prīa eſſet ab vno menſe vſq̄ ad ſe-
Rñſio. ptem annos: ⁊ ita de alijs. Et de hoc dōm ꝙ nulla oīno rō red-
E di pōt ſed ſola volūtas legiſlatoris eſt vt ſic fieret potius q̃ alr:
Dubi.3. nā multis modis poterāt fieri. ¶ Tertia dubitatio ē quō fecit
ab anno q̄nto vſq̄ ad viceſimū ꝙ darenť viginti ſicli pro viro:
q̄r ſic tātū dabať ꝓ puero ſex annorū quātū ꝓ hoīe decē ⁊ nouē
vel viginti annorū ⁊ tñ inconueniens vr̄. Dōm ꝙ ſi deus vellet
dari ꝓ quolibet quātū valebat nō ſic ſtatuiſſet ſed feciſſet quē
libet vendi: ⁊ tunc eēt vera eſtimatio valoris. ⁊ tñ deus noluit
illud fieri ꝑꝑ cās expreſſas. ſ. voluit tñ deus fieri quādā taxatio
nē proportionalē ſm etates: ſȝ nō ſm quelibet indiuidua. ⁊ ad
hoc poſuit iſtas q̃ttuor ptes. ⁊ tñ nō ſufficiunt iſte diuiſiones: q̄r
intra q̃libet earū ſunt multi anni in q̄bus ſunt ineq̃les valorum
eorū qui vouenť: nō curauit tñ deus tam ſtricte diuidere ne fie-
rent multe diſtinctiones: q̄r iſtud ꝑtineret ad eū ſi vellet hēre ꝓ
prīū valorē rei vel aliquid ꝓximū. ſed deus in hoc non curabat
ſatis putans ſufficere id qđ ſtatuerat: q̄r iſtud nō eſſet niſi vel i
ꝑiudiciū ſuū cui ſoluebať preciū: aut eorū qui ſoluebāt. non erat
F preiudiciū ſibi: q̄r ipſe ſtatuebat. non ēt ſoluentiū: q̄r ſponte ipſi
vouebant ſcientes talē eſſe legē: ideo cōuenieter poſita erat lex.
Dubi.4. ¶ Quarta dubitatio erat q̄r ab vno anno vſq̄ ad quinq̄ ſol-
uebanť q̄nq̄ ſicli. ⁊ a q̄nq̄ vſq̄ ad viginti ſoluebanť ſicli vigin
ti. ⁊ ita in anno quarto ſoluebanť q̄nq̄ ſicli: ⁊ in q̄nto ſoluebā
tur viginti. ⁊ tñ paruȝ plus valebat vouens in q̃rto q̃ tertio ⁊
in q̄nto q̃ quarto ⁊ ſoluebať quadruplū. Sic ēt in anno decio
nono ſolueret viginti ſiclos: ⁊ in viceſimo ſolueret q̄nq̃ginta: ⁊
tñ tātū vel q̃ſi valet hō in decimonono quātū in viceſimo: ideo
Rñſio. erat incōueniens. ¶ Dōm eſt ſicut in precedēti ꝙ ſi deus vellet
ꝑciū rei diligentiſſime taxare: qđ fieri nō potuit niſi vouens vē
dereť vel eſtimareť ſicut vendēdus. qđ nō fuit ꝯueniēs vt oſtē
G ſum eſt. ſ. oportuit ergo fieri aliq̃s taxationes que eēnt aliqua-
Dubi.5. liter iuſte: ſȝ nō poterant ꝯtinere iuſtitiā ꝑ oīa. ¶ Quinta dubi-
tatio eſt quō circa oēs viros fuit facta iſta taxatio: q̄r aliq̄s hō
vnius etatis eſt maioris precij q̃ alius eiuſdē etatis: imo dupl⁹
Rñſio. vel triplus. ¶ Dicendū ad hoc ꝙ fuit iſtud ꝯuenienter factū: nā
ſi deus voluiſſet totū valorē preciſum vouētis iuſſiſſet eū vendi
vel eſtimari vt venalē. ⁊ hoc noluit vt oſtēſum. eſt. ſ. Jō poſuit
taxationē equalē pro oībus q̄ ſunt eiuſdē etatis ſȝ nō ſint ṽe va
loris equalis. ⁊ nō eſt hoc incōueniens imo vt euitarenť inuidie
H debuit iudicari equalis taxatio: ⁊ in nullo d̄buit ꝯſiderari ineq̃
litas niſi in ſexu ⁊ etate que ſunt ſm nām ⁊ oībus ꝯueniūt. in ce
Dubi.6. teris aūt nō cōſiderať inequalitas aliq̃ vt oſtēſuȝ eſt. ſ. ¶ Sex
ta dubitatio eſt q̃re talia precia fuerūt conſtituta. ſ. q̄nq̄ ſicli ab
Rñſio. vno mēſe vſq̄ ad q̄nq̄ annos ⁊ ita de alijs. Dōm ꝙ hec pure
dependēt a voluntate legiſlatoris. hoc aūt ꝑſupponenduȝ erat:
q̄r nō dēbat taxari hō q̃tū valebat ſed minus: q̄r al's vēdereť.
ꝙ aūt ꝯſtitueret minor ſūma pro vouente q̃ ille valebat erat i
volūtate legiſlatoris q̃tū vellet ponē: q̄r multas ſūmas poterat
ponē ⁊ de nulla earū poterat determinate rō dari. nā rō nō pote
rat ſumi niſi ꝑ adeq̃tionē ad valorē. ⁊ tñ hic nō ꝯſiderabať eq̃
litas valoris. Jdeo rō nō poterat dari niſi ſola volūtas legiſla-
toris. ¶ Sed quātū ad primā ſūmā poterat dari aliq̃ rō ex pre
ſuppoſitione alterius cerimonie. primogeniti eni redimebanť ſi-
cut vouentes ⁊ redimebanť q̄ñ erāt vnius menſis Nu.3.c. ⁊ ꝓ
eis dabanť q̄nq̄ ſicli Nu.3.et.18.c. ergo cū vouentes redime-
renť ab vno mēſe iuſtū erat tātūdē dari ꝓ illis. ſ. q̄nq̄ ſiclos ſi
cut ꝓ primogenitis. De alijs autem taxatiōibus ſcilicet ꝙ a q̄n
Nota d̄ ꝓportionibus. to anno vſq̄ ad annū viceſimū ſoluerenť ſicli viginti ⁊ a vigin
ti annis vſq̄ ad ſexaginta ſoluerenť q̄nquaginta ſicli nō poteſt
dari rō. ſed ſola voluntas eſt legiſlatoris. eſtimat eni hominē in
quadruplū ab āno q̄nto vſq̄ ad viceſimū q̃ ab vno mēſe vſq̄
ad q̄ntū annuȝ tertia eſtimatio q̄ eſt ab anno viceſimo vſq̄ ad
q̄nquageſimū eſt dupla ſexquialtera ad illam que eſt a q̄nto an
no vſq̄ ad viceſimū: q̄r ita ſe hñt q̄nquaginta ad viginti. vltia
eſtimatio que eſt ab anno ſexageſimo vſq̄ ad mortē eſt valde
I minor. ſ. q̄ndecim ſiclorū. de q̄ etiaȝ nulla rō pȝ quare non eſſet
Tertia diuerſitas tacta ſupra .b. maior neq̄ minor. ¶ Tertia diuerſitas quātū ad pricipale erat
femine ad ſeipſam ſm varias etates. ⁊ de hoc dōm eſt prīo ꝙ
deus diuiſit quattor etates femine ſm quas conſtituit varia pre
cia: ⁊ de hoc dōm ꝙ fuit eadē cauſa que in viro. nā poterat de⁹
facere plures aut pauciores ptes etatis in femina ꝑ quas taxa-
ret ꝑcia: ſed iuſtū fuit ꝙ femina ſequereť legē viri. non quidem
ꝙ daret tantū preciū quātū vir ſed ꝙ in ea fierent tales diuiſio
nes etatis quales ſunt in viro. ¶ Etiā taxauit deus ꝑcia pro fe
mina vouēte ſm iſtas etates. ſ. ab vno mēſe vſq̄ ad annū quin
tū ſicli tres ſunt. a q̄nto anno vſq̄ ad viceſimū ſunt ſicli decem.
ab anno viceſimo vſq̄ ad ſexageſimū ſunt viginti: ⁊ a ſexageſi
mo vſq̄ ad mortē ſicli decē. De his nō pōt dari cā determina-
ta. ꝙ eni pro prīa etate nō denť q̄nq̄ neq̄ vltra eſt rō manife-
ſta ne illa equareť viro ꝓ quo dabanť q̄nq̄: ſed ꝙ citra q̄nq̄
darenť potius tres q̃ quattuor: vel duo: vel vnus ſiclus nō ap
paret manifeſta cā ſed eſt voluntas legiſlatoris. De ſcđa etate
ꝙ nō denť viginti neq̄ vltra ēt ne equať maſculo: ſed infra vi
ginti ꝙ potius denť decē q̃ in aliquo alio numero nō eſt cā ni
ſi voluntas. ſic ēt de tertia ꝙ dentur triginta ⁊ non plures neq̄
pauciores, voluntas eſt legiſlatoris. Jdē quoq̄ de vltia etate. K
¶ Quarta diuerſitas erat de ꝓportiōe preciorū femine ad ma- 4.diṽſitas.
ſculū ſm varias ſuas etates. nā ꝑter hoc ꝙ precia non ſunt eq̃-
lia adhuc ñ ſeruať ꝓportio. in prīa etate danť ꝓ viro q̄nq̄ ſicli:
ꝓ femina tres. ꝙ ṽo pro femina pauciores darenť rōnale fuit:
ſed danť tres qui ad q̄nq̄ ſunt pluſq̃ ſubduplum ⁊ minus q̃
ſubſexgalterū. Et tñ cōſiderādū eſt ꝙ aliq̃liter fuit rōnabile: q̄a Notādū.
deus in his taxationibus nunq̃ poſuit maſculū pluſquā i du-
plo ad feminā vt pȝ in oībus. ſed ad plus in duplo. ſi ergo deus
poneret minus q̃ tres. i. duos ſiclos: eſſet vir ad feminā pluſq̃
in duplo. ſi aūt poneret q̃ttuor pro femina: hēret ſe vir ad femi
nā ſolū in ſexquiq̃rta ⁊ ita modicuȝ excederet eaȝ: q̄r in oībus
alijs taxationibus q̄ñ minus excedit vir hȝ ſe vt in ſexgaltera.
hoc aūt eſt valde minus: iō nō debuit poni femina in q̃ttuor: q̄r
maſculus parū excederet neq̄ in duobus: q̄r maſculus multum
excedet. debuit ergo poni in tribus vbi excedit magis q̃ in ſex
quialtera: ⁊ nō excedit magis q̃ in duplo. hoc aūt eſt qđ deus
obſeruat hic. ⁊ tñ q̃re poti⁹ ſeruauit iſtā ꝓportionē q̃ aliaȝ. ſ.
vt poneret ſemꝑ virū ad feminā: vt in q̃druplū: vel tripluȝ: aut
maiori vel minori ꝓportione nō apparet cā. ſed vr̄ ꝙ d̄s voluit
ꝙ vir eēt duplo melior ad plus aut parū minus in ꝯſideratione
votorū. Jn ſcđa etate taxauit virū in viginti feminā in deceȝ. ⁊
hic eſt vir duplus ad feminā. ⁊ iſte eſt maxim⁹ exceſſus quo vir L
excedat feminā. nā in alijs taxationib⁹ minus excedit. ⁊ hic nō Que ſit ꝓportio arisme. ⁊ geome.
teneť eadē ꝓportio que in ꝑcedenti: neq̄ ariſmetica: neq̄ geo-
metrica. nō ariſmetica q̄r nō ſeruať idē exceſſus: nam in prīa ex
cedit vir feminā ꝑ duos ſiclos hic aūt ꝑ decē. nō ēt geometrica:
q̄r non eſt idē nomē ꝓportionū: cū in prīa eſſet min⁹ q̃ dupla.
hic aūt ſit dupla. ¶ Jn tertia hȝ vir q̄nquaginta ſiclos ⁊ femina
triginta. ⁊ nō apparet cā q̃re tāta ſūma ⁊ nō maior neq̄ minor
ponať: ſeruať tñ hic ēt ꝓportio geometrica q̄ in prīa: q̄r ſicut ſe
hñt ibi q̄nq̄ ad tres: ita ſe hñt hic q̄nquaginta ad triginta. Jn
vltia hȝ vir q̄ndecim femina decē. ⁊ in hoc nō apparet cā q̃re ñ
plures: neq̄ pauciores hūit: ⁊ eſt hic ꝓportio ſexgaltera. ⁊ iſte ē
numerus exceſſus quo vir excedit feminā. Sed nūc ꝯſiderādū
ꝙ nō eſt talis hitudo taxationū viri inter ſe ſicut taxationū fe-
mine inter ſe. nā in viro ſcđa ad primā eſt q̃drupla. i. viginti ad
q̄nq̄. ⁊ tertia ad ſecūdā eſt dupla ſexquialtera .i. q̄nq̃ginta ad
viginti. ⁊ q̃rta ad tertiā eſt ſubtripla ſubſexquitertia. in taxatio
nib⁹ aūt femine ſcđa nō eſt q̃drupla ad primā: ſed eſt tripla ſex
quitertia. i. decē ad tres ⁊ eſt minor ꝓportio. tertia ad ſecundaȝ
eſt maior q̃ in viro: q̄r eſt tripla. ſ. triginta ad decē. Jn viro aūt
erat dupla ſexgaltera. q̃rta ad tertiā erat ſub tripla. i. decem ad
triginta ⁊ eſt mior q̃ in viro vbi eſt ſubtripla ſubſexgaltera.
eſt enim minor in noīe: ſed eſt maior in re: q̄r maior pars eſt de-
cem de triginta q̃ quindecim de q̄nquaginta. ¶ Quereť
quare quādo aliquis vouens erat pauꝑ minuebať preciuȝ: ⁊ in Qō.21
tranſeuntib⁹ ad numerū nō minuebať preciū quātūcūq̄ aliquis A
eēt pauꝑ Exo.30.c.[a] ¶ Dōm ꝙ cā potiſſima erat ꝙ preciū trā Qr q̄ñ voueñs erat pauper minuebať ꝑciū ⁊ ītrāſeūtib⁹ ad numerū nō minuebať q̃tūcū q̄ aliq̄s eēt pauper.
ſeuntiū ad numerū erat valde paruū. ſ. dimidiū ſicli. ⁊ nullus q̃
tūcūq̄ pauper eēt poterat eſſe qui nō poſſet ſoluere dimidium
ſicli. ſecus in vouentibus vbi erat magnū preciū ſicut interdum
q̄nquaginta ſiclorū: vt in eo q̄ erat ab anno viceſimo vſq̄ ad ſe-
xageſimū vt pȝ in lr̄a. ⁊ q̄r multi erant q̄ ad tātū preciū nō ſuffi
cerent debuit ibi dari ꝙ poſſet minui.[b] ¶ Scđo fuit vt hoīes
non diſtraherenť a cultu dei ꝑ votū. nam ſi ſcirent ꝙ nō fieret
aliqua diminutio precij in pauꝑibus multi diſtraherenť a vo-
uendo. vt ergo non diſtraherenť fuit ꝯueniens minui precium
q̄ñ eſſent pauperes. nō erat aūt ſic in trāſeuntib⁹ ad numerū: q̄a
illi ex neceſſitate ꝑcepti tenebanť ſoluere: ideo nō diſtraherenť
a ſoluendo. ſecus de vouentibus qui ſpōtanee vouebant: ⁊ ſi nō

[a] 1.cā.
[b] 2.cā.

Qō.22 A Qr i redēptiōe priogenitoꝝ nō minuebat p̄ciū paupi b⁹ sicut i vouētibus.

scirent tēperandā esse in illis sūmā qñ pauperes essent nō vouerent: vel multi distraherent. ¶Sed quereṫ q̄re in redēptione priogenitoꝝ nō minuebat preciū paupibus sicut i vouentibus. nā nō est hic eadē rō que in transeūtibus ad numerū. nā soluebāt solū dimidiū sicli: qd̓ erat multū paruū: iō nō fiebat ibi diminutio in paupibus: sed priogeniti soluebant qnq3 siclos Nu.3.et.18.c. ꝛ istud erat cōparatiue magnū preciū: iō minui d̓ bebat. ¶Aliquis dicet q̄ veꝝ ē q̄ nō minuebaṫ. ꝛ apparet h̓ q2 in sacrificijs offerentis priogenitū fiebat idē. nā dēbat offerre agnū anniculū in holocaustū ꝛ vnā turturē: vel pullū columbe pro pcō. si tñ nō posset offerre agnū pp paupertatē offerebat loco agni vnū turturē vel pullū colūbe. s̄. 12.c. ¶Dōm q̄ in redēptione priogenitoꝝ nō minuebaṫ preciū in paupibus: sed qlibet soluebat qnq3 siclos. ꝛ p3 hoc pⁱo q2 Nu.18.c. poniṫ gn̄aliter q̄ priogeniti darent qnq3 siclos ꝛ non poniṫ exceptio aliq̄. ergo gn̄aliter intelligiṫ q̄ ab oībus dareṫ qnq3 sicli. Scd̓o q2 Nu.3.c. fuit facta redēptio priogenitoꝝ ꝛ inter illos eēnt forte aliqui pauperes ꝛ tñ nō fuit detractū aliqd d̓ precio: sed fuit data sūma itegra. e.c. ergo nihil detrahebaṫ. Tertio p3 q2 exceptio firmat regulā: ꝛ deus cōsueuit in qbusdā regulis suis facere exceptiones sicut in sacrificijs parientis ꝛ sacrificijs leprosi. s̄.14.c. ꝛ in qbusdā alijs nō ponit: iō intelligiṫ q̄ in illis nullus casus excipiṫ: neq3 aliqd minuendū est pp pauptatē: q2 al's si subintelligereṫ casus pauptatis in alijs nō oporteret in aliquo exprimi. sic etiā in presenti est. expressit deus hic de vouentibus si essent pauperes q̄ minuereṫ preciū ꝛ in priogenitis nō expressit. ergo intelligitur q̄ in priogenitis ēt casus pauptatis nihil minuit. nā si ibi subintelligereṫ nō exprimereṫ hic in vouentibus: sed etiā tacereṫ ꝛ subintelligereṫ. ¶Dōm igiṫ q̄ in primogenitis nihil minuebaṫ pp paupertatē: sed qlibet soluebat quinq3 siclos. Ad rōnem aūt in c̄riū de sacrificijs. dōm vno mō q̄ illud. s̄. 12. c. non intelligiṫ magis pro sacrificio pariētis priogenitū q̄3 quēlibet aliū filiū: ꝛ nō solū offerētis filiū sed ēt filiā: vt p3. e.c. ꝛ ita nō est ad ꝑpositū. ¶Aliter ꝛ melius dōm q̄ potius ista rō adiuuat: q2 in sacrificijs pariētis expressit deus q̄ pp paupertate3 minuereṫ. si aūt per se subintelligereṫ q̄ pp pauptatē minuereṫ sacrificiū nō oporteret exp̄mi sed exp̄ssit de⁹. ergo vr̄ q̄ nō intelligereṫ si nō exprimereṫ. ꝛ tñ circa siclos qnq3 priogenitoru3 nō expressit q̄ pp paupertatē aliqd tollereṫ: ergo nihil minuebatur. Scd̓o p3 q2 si aliqd posset minui expressisset illud deus vt scireṫ quātū posset minui ꝛ a quo: sicut hic de vouentibus exprimiṫ q̄ veniret vouens corā sacerdote ꝛ ille taxaret s̄m q̄ posse videret vouentē. Sed de siclis priogenitoꝝ nihil exp̄ssum est a quo siue q̄tū minuereṫ. ergo nihil minuebaṫ. ¶Et hoc supposito dōm q̄ minuebaṫ preciū in vouētibus paupibus ꝛ non in priogenitis. Primo q2 preciū vouentiū erat magnū. s. iterdū qnquaginta siclorū. in priogenitis aūt erat paruū. s. nūquā nisi quinq3 sicloꝝ. ergo nō debebat minui. Scd̓o q2 nō erat ide3 inconueniens circa priogenitos qd̓ circa vouentes. nā si in vouētibus nō fieret diminutio precij distraherenṫ a vouēdo cū spōte vouerent. sed in solutione priogenitoꝝ non erat sic: q2 erat ex necessitate salutis siue precepti. ideo ēt si nō diminuereṫ preciu3 nō distraherenṫ a soluēdo. ¶Ad rōnē in c̄riū. s. q̄ preciū priogenitorū erat magnū cū essent qnq3 sicli. Dōm q̄ in compatiōe ad precium transeuntium ad numerum erat magnum precium priogenitorum: sed in cōparatione ad precium vouentiu3 erat valde p̄uū preciū priogenitorū: iō nō minuebaṫ aliqd de illo.

Deter. qd̓. 1. rō. — 2. rō. — Ad. 1. rōnē i diuisū. — Ad. 2. rōnē i diuisū. — Rō i diuersum. — Rñsio ad 1. rō. — 2. rō. — 3. rō.

¶Quare deus minuebat aliqd de precio oblationis primogenitorū. Et nō minuebat aliqd de qnq3 siclis. Qō.23.

A 1. rñsio ad q̄situm.

Sed queretur occasione precedentiū q̄re deus remittebat vel minuebat aliqd de precio oblationis priogenitoꝝ. s. cōmutādo vnū agnū in vnū turturē ꝛ nō minuebat aliqd d̓ qnq3 siclis. ¶Dici pōt vno mō q̄ nō fecit deus remissionē aliquā spālem circa solutionē priogenitorū siue in siclis siue in oblōne. ꝛ cū dr̄ q̄ diminuunt agnū cōmutando in turturē. Dōm q̄ nō fit illud spāliter circa priogenitos sed gn̄aliter circa oēs siue mulier pareret priogenitū siue alios: siue masculū: siue feminā. s̄. 12.c. nā ibi nō exprimiṫ aliqd d̓ primogenitis sed de oībus dr̄. ꝛ q2 priogeniti erant aliqui nati in oblōne pro eis poterat fieri illa diminutio sicut in oībus alijs. ꝛ ita obseruatū est in oblōne pro xp̄o nato qui fuit priogenit⁹ eo q̄ fuit vnigenitus. nā non oblatus fuit agnus anniculus sed par turturū vel duo pulli colūbaꝝ Luc.2. Si tñ. s̄. 12.c. spāliter agereṫ de oblōne pro priogenitis forte nō diminuereṫ aliqd de illa. Sed q2 gn̄aliter de oībus dr̄ fuit facta diminutio. ꝛ rō est q2 priogēitus vn⁹ tñ est respectu cuiuslibet mulieris pariētis: alij aūt multi esse p̄nt tā filij q̄3 filie. ꝛ q2 si mulier paup sepe pariat nō poterit q̄libet vice offerre agnū anniculū: fuit ꝯueniē3 minui sacrificiū. secus aūt si de sola priogenitoꝝ oblōne agereṫ: q2 cū illis semel tñ fieret n̄ oporteret ibi fieri diminutionē. ¶Scd̓o pōt dici q̄ ēt si in oblōne pro priogenito spāliter minuereṫ eēt rōnabile q̄ facta diminutiōe in oblōne nō fieret in siclis. nā d̓s volebat aliqd minuere mulieri parienti priogenitū de eis q̄ datura erat. q̄ aūt illud diminueret in pecuniā vel in oblōne non differebat quātū ad mulierē soluētē: dūtñ tātū esset qd̓ remittereṫ in oblōne q̄tū qd̓ remittereṫ in pecunia si nō remittereṫ i oblōne. ꝛ iō de hoc nō erat petēda cā: sed sola volūtas remittentis. ¶Tertio ꝛ p̄cipue q2 dato q̄ deus remissionē vel diminutionē aliquā faceret in precio qd̓ soluebat pariens priogenitum nō minueret in pecunia sed in oblōne. ꝛ hoc spāliter circa agnū anniculū. ꝛ rō est q2 hoc maxime ꝯueniebat ex oī p̄te. na3 ex p̄te mulieris soluentis nihil plus ꝓderat remitti in oblōne q̄3 in pecunijs vel e c̄rio: dūtñ equalis valor vtrobiq3 minuereṫ. q̄tum ad remittentē aūt differebat multū. nā pecunia qnq3 sicloꝝ pro priogenitis cedebat in ius sacerdotū Nu.18.c. ꝛ si aliqd minuereṫ de pecunia p̄iudicareṫ sacerdotibus: vel saltē minuereṫ facultas eoꝝ. agnus aūt anniculus ad deū solū p̄tinebat: q2 erat in holocaustū: ꝛ de holocausto nihil prouenit aliqd sed totum deo p3. s̄. 1.c. preter pellem q̄ dabaṫ sacerdoti imolāti. s̄.6.c. ꝛ deus magis volebat facere c̄ se q̄3 c̄ sacerdotes: quia ipse dabat iura sua sacerdotibus pro ministerio quo illi seruiebant Nu.18.ca. ꝛ erāt illi paupes cū nihil aliud hērent iter israelitas nisi similia iura sacerdotalia Nu.e.c. ꝛ Deute.18. ꝛ Josue.13.c. iō fuit ꝯuenientius fieri diminutionē in oblōne q̄3 in pecunia. ꝛ ista est vera cā. ¶Et est notādū pro regula q̄ si qñ sunt aliqua sacrificia multa ꝛ aliquod illoꝝ deus minuit vel cōmutat: nō erit nisi holocaustū. vel si multa minuanṫ aut cōmutenṫ primū qd̓ minuiṫ erit holocaustū. ꝛ rō est q2 tria sunt sacrificioru3 gn̄a. i. holocaustū: hostia pacifica: ꝛ pro pctō siue pro delicto. in holocausto aūt p̄tinēt ad deū solū oīa. s̄. 1.c. preter pellē q̄ daṫ imolāti sacerdoti. s̄.6. ꝛ iō si istud deus remittit vel minuit sibiipsi preiudicium soli facit. De hostia aūt pacifica nō ꝓuenit deo nisi adeps. s. pinguedo interior ꝛ interdū cauda aialis. s̄.3.c. reliq̄ aūt ꝓueniunt offerentibus ꝛ sacerdoti imolanti. s̄.7.c. ꝛ si istud sacrificiū d̓s tolleret p̄iudicaret multū sacerdoti ꝛ aliquātulū offerenti. s3 q2 remissio fit offerenti dicemus q̄ p̄iudiciū fit sacerdoti. De sacrificio aūt ꝓ pcō ꝛ pro delicto: l3 duo sacrificia sint eadē lex. s. q̄ totū p̄tinet ad sacerdotē imolantē ꝛ nihil ad deū nisi adipes ꝛ ad populares offerentes nihil p̄tinet. s̄.6.et.14.c. ꝛ iō si istud minuereṫ p̄iudicareṫ valde sacerdoti: q2 totu3 qd̓ minuebatur erat ius eius. ¶Et ob hoc dicēdū q̄ si tria sacrificia offerenda sint. i. holocaustū: hostia pacifica: ꝛ pro pctō. ꝛ pp pauptatē offerentis deus velit minuere vel cōmutare vnū ipsoꝝ non cōmutabit nisi holocaustū: q2 in hoc sibi soli maxie p̄iudicat ꝛ nō tollet ibi hostiā pacificā ꝛ pro pcō: q2 in illis magis ledereṫ sacerdos ꝛ offerens. nā l3 remittēdo vel minuēdo qd̓cūq3 eoru3 fiat grā offerenti: maior tñ grā fit si remittaṫ ei holocaustū q̄3 si hostia pacifica nā de holocausto nihil h3 offerens. de hostia āt pacifica h3 totā carnē preter pectusculū ꝛ armū dextrū que cedūt i iura sacerdotis imolantis. s̄.7.et.12. iō vt faceret deus gr̄a3 tā offerenti q̄3 vt nō preiudicaret sacerdoti imolanti poti⁹ minueret vel cōmutaret holocausta q̄3 hostiam pacificā. Id aūt quod minime mutareṫ esset sacrificiū pro pctō vel delicto. ꝛ rō est q2 in hoc esset maximū preiudiciū sacerdoti: q2 in hostia ꝓ pctō ꝛ delicto totū p̄tinet ad sacerdotē. s̄.6.et.14. in hostia aūt pacifica nō p̄tinet ad eū nisi armus dexter ꝛ pectusculu3. s̄.7.et.10. ꝛ tñ p̄iudiciū maxie attendiṫ in sacerdote ne ei fiat: iō minus cōmutaṫ hostia ꝓ pctō q̄3 aliqua alia. nā remissio de quocūq3 fiat in offerente grā est: q2 min⁹ soluit: iō siue hostia pacifica: siue ꝓ pcō remittaṫ soluiṫ ab expēsis vnius aialis. in sacerdote autem ꝯsideraṫ p̄iudiciu3: q2 qñ aliqd remittiṫ tolliṫ de iuribus eius. ideo id agendū est in quo ei minus p̄iudicaṫ. sed minus preiudicaṫ in remissione hostie pacifice q̄3 ꝓ pcō. iō remittereṫ hostia pacifica ꝛ non ꝓ pcō. ¶Sed ꝯsiderādū est q̄ l3 hoc d̓ rigore iuris agendū erat nūq̄3 tñ inueniṫ actum q̄ hostia pacifica remittiṫ pp pauptatē. ꝛ rō pria est q2 qñ minuitur aliquod sacrificiū cōmutaṫ vt offeraṫ vnū aial pro altero qd̓ sit minoris valoris. s. cōmutaṫ vnus aries in vnā turturē: vel pullū colūbe vt p3. s̄. 12.et.14.c. ideo in sacrificijs illis in qbus non p̄nt offerri turtures vel pulli colūbaꝝ nō poterit fieri cōmutatio. In holocausto aūt possunt offerri bos: ouis: capra: ꝛ turtures: atq3 pulli columbe. s̄. 1.c. ideo poterit cōmutari aliqd̓ aial. ꝛ turturem vel pullū

2. rñsio ad q̄situ. — B 3. rñsio ad q̄situ. — Notād̓. — Tria sūt sacrificioꝝ gn̄a. ℒ holocaustū cōmutabatur: hostia vero pacifica nunq̄3. — Notād̓.

serui in perpetuū: ⁊ sic possent esse consecrati. ⁊ sic dicūt q̄ tales manerent semp in ministeriū sanctuarii. ¶ Scō qz gabaonite erāt chananei ⁊ cōuersi fuerūt ad deū israel ⁊ facti sūt serui mādante iosue ⁊ p̄ncipibus populi: ⁊ tunc a tota multitudine oblati sunt vt essent serui in scūario ad cedenda ligna: ⁊ aquas portādas p̄o necessitate sacrificioꝝ Josue. 9. c. ⁊ ibi manserunt semp lib. 2. Re. 21. c. ⁊ tñ non poterant esse alig magis alieni a deo q̄ chananei. ergo a fortiori serui cōuersi ad iudaismū cū vouerentur a dñis non redimebanꝫ sed manebāt in perpetuū ad ministrandū deo appliciti. ¶ Dōm q̄ serui conuersi de gētilitate qñ dño vouebanꝫ non applicabantur ei sed redimebanꝫ. ⁊ dato q̄ dñi offerētes vellent q̄ manerēt deo appliciti non poterāt sed oportebat redimi: ⁊ hoc qz erant homines: ⁊ boies redimebantur vt patet hic. Scō quia cum posuerit hic deus doctrinā de rebus que vouenꝫ non posuit de aliqua que nēcio, applicaretur deo nisi aialibus imobilibus. De alijs autē dixit q̄ poterāt redimi: ⁊ tñ serui non erāt aialia imolabilia. ergo poterant redimi ⁊ nō applicabātur necessario. Tertio qz isti putāt q̄ serui cōuersi per votū cederent sanctuario ⁊ seruirēt ibi in perpetuū sicut gabaonite. sed nō est verū q̄ serui per votū cedebant sacerdotibꝰ potius q̄ scūario ⁊ ita non manebat ibi motiuū eorū. ¶ Ad rōnem p̄mā in ōrium dōm q̄ fundaꝫ illa distinctio super errore. naz serui hebrei cū vouerētur a dominis: siue cederent scūario: siue sacerdotibꝰ: nō applicabātur p̄sonalr̄ sz redimebātur in pecuniā si non erat cā qz non poterant manere in perpetuū ad dei cultum. nā si applicari possent ad ministeriū dei possent tēpora liter vel in perpetuū applicari. sicut poterat aliquis leuita vouere se ad seruiendū deo in loca scūarij determinato tēpore vltra id qō tenebaꝫ: vel poterat se vouere ad semper sicut vouit mater samuelis ipsum samuelē. 1. Re. 1. c. ⁊ ita in votis tpalibꝰ laicorum erat. s. in voto nazareoꝝ in quo consecrabant̄ homines deo: ⁊ poterat illud votum esse tēporale vel perpetuuz Nume. 6. c. Ita si laicis concederet̄ ministrare circa aliquas res scūarij poterant se vouere ad ministrādū in illis determinato tēpore vel ad semper: iō nō est ista causa quare redimebātur serui hebrei cum vouerētur. nam p̄o tēpore illo quo dominis tenebantur seruire vel saltē quouscḡ se redimerēt tenerētur manere ministrando in seruitio sāctuarij vel sacerdotū ḡbus cederent ex voto. sed causa redēptiōis est: quia nulli laici admittūtur ad aliquas ministratiōes sāctuarij: sed cōuerti vult eorū votum in pecuniam. ¶ Ad scōm dicēdū q̄ non fuit simile de gabaonitis ad alios seruos qui vouētur. nam illi non fuerūt dati deo per votū sed per oblationē Josue. 9. c. naz fuit potius condēnatio quedā qua condēnati fuerunt ad istam seruitutē. nā p̄ius nō erant serui ⁊ tunc effecti sunt serui. ¶ Scō qz ibi nō solum traditi sunt ipsi gabaonite qui tunc erāt: sed etiam oēs ḡ de eis nascerētur vsq in sempiternū ⁊ omnes dicebanꝫ esse sub maledicto. i. maledictione Josue. 9. c. sed si aliqui serui applicarētur deo nō ob hoc filij eorū erāt appliciti. ¶ Tertio qz hoc valuit qz itercidit ibi auctoritas iosue ḡ erat ꝓpheta ⁊ dux totius populi. ⁊ sic fuit spāle qō deus approbauit: qz als homines non poterāt applicari eo modo ad ministeria sanctuarij: ideo postea non licuit fieri: sed q̄ legi staretur. s. q̄ homines qui vouerentur redimerētur. ¶ Quarto fuit qz nō erant tunc aliqui assignati ḡ seruirent sanctuario in officio cedendi ligna ⁊ cōportādo aquas. Nam hoc non ptinebat ad leuitas sed alia ministeria dignioza: ideo quando sanctuariū alicubi locaretur ita q̄ fieret in eo iā ministratio quotidiana oportebat q̄ illa fierent ab aliqbus mercennarijs: ⁊ fierent magne expense sanctuario: ideo placuit deo per istū modum ꝓuidere. s. q̄ tunc cum introierūt iudei in terram chanaā quando ministrationes incipere debebāt ꝓuideret de ministrijs oando gabaonitas ḡ a populo obligarētur ad istā ministrationē. ⁊ fuerunt isti sufficiētes ministri. ¶ Et ex ista ratione nō debuerunt alij ḡ vouerētur applicari in sanctuario ministerio alicui: qz non erat aliqō quod cōpeteret laicis nisi ministeriuz gabaonitarū: ⁊ ad illud sufficiebāt gabaonite qui multi erant. s. viri de quattuor ciuitatibus Josue. 9. ca. ideo plures apponi erat superuacuū: ⁊ rursus erat dānosum sanctuario: quia isti qui ministrabant alebātur ꝓptibꝰ sanctuarij: ⁊ quanto plures essent tanto maiores fierent expense: ideo nō debuit concedi alijs qui vouebātur q̄ in illam ministrationem transirent: sed potius q̄ redimerētur. ⁊ tunc erat vtilitas sanctuario ⁊ sacerdotibus ꝓpter pecuniam quā accipiebāt de redemptione borum. ⁊ ita apparet q̄ nulli serui debuerunt per votum trāsire in ministrationem gabaonitarū sed redimi. ¶ Sz nūc querē qualiter redimebātur isti serui cum vouerētur ꝓ dominos suos. ¶ Dicendum

2.rō.

Rñsio ad q̄st. 1.rō.

2.rō.

3.rō.

Ad p̄mā rōnē.

Ad scōaz rōnem. 1.rō.

2.rō.

3.rō.

4.rō.

Qō. 55. A Qualr̄ redimebāt isti si cū vouerēt ꝓ dños suos.

Fñ. ad q̄stū.

cendū g aut erant serui iudei:aut cōuersi de gentilitate.si erant serui hebrei aut vouebant simplr deo:aut vouebant vt essent in iura scūarij. ¶Si p̄mo modo cedebāt sacerdotib⁹:qz oē votū simpliciter factū ad illozū ius ptinebat.z tunc dōm quia redimēdi erant serui illi z fiebat redēptio per vouentē q dabat pecuniam illā z retinebat sibi seruū cum redēptio nō competeret nisi vouenti.si autē vouēs nollet redimere vēdebatur seruus alteri z dabat p̄ciū z illud sacerdotibus ꝓueniebat. ¶Si autē factum erat votū cum determinatione p̄dicta cedebat res ꝓmissa per votū in iura scūarij:z vouens redimebat tunc seruū z retinebat sibi:z pecunia redēptionis dabat scūario.si autē vouēs nollet redimere vēdebatur alteri z pecunia dabat sanctuario. ¶Sed dōm q sine cederet sacerdotib⁹ siue scūario z vēderet nō vendebat nisi vsqz ad tp̄s quo als manere obligat⁹ erat.s.seruus iudeus exibat in anno septimo remissionis regulariter nisi volens liberare filios quos acceperat ex ancilla tradita sibi in vxorē a dño z ipsam vxorē permitteret sibi pfozari aurez subula:qz tunc vsqz ad iubileū seruiebat Exo.21.z Deutero.15.z supza.25.c.sine ergo liberādus esset in anno remissiōis siue in iubileo nō extendebat vltra venditio.etiam si dñs redimeret eū post votū non poterat maiozi tpe retinere q̄ poterat ante votū. nam dñs per actum suū non poterat conditionē serui deteriorem facere:ideo redimēdo ipsum nūc postq̄ vouerat nō acquisiuit maius in eo ius vt amplius possit retinere.nā per votū potuit sibiipsi dñs p̄iudicare perdēdo aliquid de rebus suis:sz nō potuit pingui⁹ ius acgrere.similiter vendēdo illum vel vouendo redimere nō poterat facere conditionē illius deteriozē sed liberabat eo tēpoze quo als liberādus esset z nullū votum emissum eēt. ¶Si autē esset seru⁹ conuersus de gētilitate:aut p votum cedebat sacerdotib⁹:aut sāctuario.si sacerdotibus redimebat dñs seruū z pecunia redēptionis dabat sacerdotib⁹:manebatqz seruus penes dñm vouentē.si autē ille nollet redimere eū vendebat alteri cedebatq̄ p̄cium sacerdotibus.Si autē votuz eēt tale vt cederet res scūario redimebat dñs seruū z pecuniaz dabat scūario.si autē non redimeret alteri vendebat:z similiter pecunia ꝓueniebat sanctuario:z tamen hic qz erat seruus ouersus de gentilitate cuicunq̄ venderetur simpliciter vendebatur sicut si venderetur sine voto aliquo.

¶Quāta pecunia p seruo dabat seu gētili seu iudeo. Qō.56.

a **Lum sit** dictū q seruus siue iude⁹ siue gētilis cū voueba
tur nō applicabat deo neq̄ sacerdotibus sz dabatur p eo pecunia.est dubiū que pecunia p illo dabat. ¶Aliqui dicūt q dabat pecunia statuta.nā iam taxata erat hic in lra quāta pecunia erat dāda pro quolibet q vēderet:siue eēt masculus siue femina z iuxta illam taxationē daretur pro istis seruis.

Opi.1.

Impzo. 1.rō.

¶Sed dōz q nō stat.p̄mo qz ista taxatio erat pro illis q se vouebant cuz dicat.homo qui votū fecerit z spoponderit deo animam suam sub estimatione dabit p̄ciū:z isti sunt liberi.serui aūt non vouebant seipsos sed oñi eos vouebāt.ergo non debebat teneri illa estimatio. ¶Scō patet qz hic est dzia q̄ quis vouebat se vel rē suam:z ali⁹ modus erat circa p̄sonā se vouentez q̄ circa res.sed seruus cōputatur inter res possessas:qz est pecunia dñi sui Exo.21.ca. ergo nō debet haberi circa seruos idem modus qui habet circa boues:sed qui habetur circa res eozū ab eis possessas.z circa illas non erat posita aliqua certa taxatio.q̄ neq̄ fuit redimēdi erant per taxationes que hic ponunt ꝓ hominibus. ¶Tertio apparet qz non cōpetebat hec lex seruo. naz poterat aliquis habere seruuz hebreū inter viginti annos z sexaginta:z tales fm istam legē dant pro se qnquaginta siclos cū se vouerint:sed dñs poterat vouere seruū vno anno ante annū remissionis vel iubilei:z qz vouēdo seruū non vouebat nisi ius q̄ habebat in illo:z illud erat ius ad seruiēdū vno anno:z illō ius forte nō haberet q̄ttuoz aut qnq̄ siclis vel parū plus:qūo redimeret dominus talem seruum dando ꝓ eo quinquaginta siclos.nā grauaretur:z ideo nollet redimere:z cum venderet alteri noléte eum redimere dño:non darent pro eo nisi quattuoz aut qnq̄ siclis:z sic non posset haberi ista estimatio.nisi dicat q dñs cogebat redimere dando illud p̄ciuz pro seruo z tunc grauaret nimiū:qz multam pecuniā daret pro re parui p̄cij.vñ nemo iudeozū vellet vouere seruū hebreū in quo diuinus cult⁹ z ꝓuentus minueretur.non ergo dabat pro seruo hebreo estimatio que ponitur in lra pro alijs boibus. ¶Quarto qz non cōuenit hoc intentioni legis quia dicit q vouentes se soluerēt taxationes illas que in lra habētur.z si aliqs pauper esset nō potēs soluere p̄ciū illud staret ante sacerdotē:z quantū ille taxaret cōsiderata paupertate sua tātū daret.hoc enim cōueniebat pro bominib⁹ liberis.s.ne cogerent vēdi cū non haberēt vñ soluerēt. sed in seruis nō stabat ista cā:qz si dñs vouens nō posset soluere estimationē legis poterat vēdi seruus z ide haberet estimatio cum non eēt inconueniēs vendi seruū cū ipse se ꝓus vendidisset z dñs haberet potestatē vēdēdi illum:z tñ deus voluit q̄ homines qui vouebant non vēderent etiā si nō possent soluere estimationē.ergo nō accipiēda est lex hic de oibus boibus sed solū de liberis q seipsos vouent:vel vt liberi vouent ab eis in quoz potestate sunt. ¶Quinto qz fm formā istaruz taxationum videt q̄ homo redimat se p̄ toto qō valet ꝓportionabiliter.i.posita q̄titate eius q maxime valoris est sz non tarez ille ꝓprius quantū valet tarent ceteri ꝓportionabiliter fm estimationem illius.z hoc apparet:qz fm diuersas etates ponunt hic diuersa p̄cia z fm differentiā seruum:qz magis valet masculus q̄ femina z vir q̄ puer.si tñ serui redimerent ꝓportionabiliter q̄tum valerēt:sed multo magis aut min⁹.nam seruus hebreus tantū valet q̄tum est seruitiū tp̄is illius quo seru⁹ futur⁹ est.sed poterit esse q̄ voueat vno anno añq̄ in libertatē exeat ideo non est p̄cium illius nisi p vno anno.si autē ad etatem respiciatur valde inconueniens erit.vnde magis respiciendū esset ad tēpus seruiēdi qō restat q̄ ad etatē.sed hic statuit p̄cium iuxta etates.ergo statuit p̄cium pro boie libero q seipsum tradit simpliciter.z iuxta dziam etatum esset maioz aut minoz ei⁹ valoz z non p seruis qui vouent. ¶Sexto qz sequeretur ēt maguum inconueniēs.s.q̄ tantū daretur p redēptione serui iudei quantū pro redēptione serui conuersi de gētilitate.sed falsū est: quia seruus de gētilitate est multo maiozis valoris cū ille sit seruus in eternū z nunq̄ liberat neq̄ in iubileo:z tam ipsi q̄ q nascerent inde erūt serui dñi sui supza.25.c.seruus autē hebreus solum erat vsqz ad annū remissiōis:z forte seruiret per vnū aut duos annos.ideo ineq̄le p̄cium redēptionis debebat eē in illis: z tñ si redimant per has taxationes erūt equalia p̄cia:ideo dicendū q nō sunt he taxationes nisi pro boibus liberis. ¶Alij ergo dicunt q in seruis non erat alia nisi q venderētur z darētur p̄cium ei qui cedebat siue sanctuario siue sacerdotib⁹.z hoc videbat eis cōueniēs quia seruus vēdi potest:ideo simpliciter vēdendus erat z tota taxatio p̄cij eius cederet deo. ¶Sz dōz q hoc nō stat p̄mo qz si seruus vēdendus eēt qz vouebat venderent serui iudei simplr:z ita p̄iudicaret eis qui nō tenebant seruire nisi vsqz ad determinatū tēpus. ¶Scō qz p̄iudicaret dominis.nā vouētes semp habebāt ius redimēdi res quas vouebāt nisi essent aialia imolabilia.serui autē non erant hmōi:iō dominis cōpetebat redimere eos:z si ipsi redimere nollent vēdi debebāt.si igitur statim vēderent serui votiui nō cōcessa dominis vouētib⁹ facultate redimēdi p̄iudicaret eis. ¶Tertio qz tunc nō eēt hic regula p quā ageret in voto illo:qō erat incōueniens.ponit enim hic regulā de⁹ sufficientē de oibus votis:ideo opz q votum factū de seruis includat sub aliqua pte hui⁹ regule.sz hic sunt tria mēbra circa votuz:qz quedā vouētur que opz redimi vata taxatiōe certa que bz i lra vt boues liberi. Alia que non redimebant neq̄ cōmutabant:sz ipsa eadē tradebant sicut erāt aialia imolabilia. Alia erant que redimebant z si nō redimerētur vēdi poterāt sicut aialia nō imolabilia z agri z dom⁹: z gña fr oia alia būana possessa.sz serui nō ptinebāt ad p̄mū mēbzū cū ñ eēnt boies libi:neq̄ ad scōz cū ñ eēnt aialia imolabilia. q̄ opz q ad tertiū ptineāt:qz als nō eēt aliqua rīa sub qua caperent:quod est iconueniēs cū circa cerimonias nō possumus aliquid facere neq̄ ex nobis cōstituere nisi qō a deo institutuz est.

Impzoba. 1.rō.

2.rō.

3.rō.

D Doc.rñ.ad q̄stum.

¶Dōm ergo q ad istud tertiū ptinebat votū de seruis:z ideo redimēdi erāt vel vendēdi.z cōueniens est:qz ipsi erant res dominoz suozū sicut alie res possesse. ¶Sz circa modū redēptionis dōm est q alr redimebāt serui iudei q̄ conuersi de gētilitate. nā serui iudei nō erāt serui ad semp sz ad tēpus:iō cum vouens ferret seruū quē vouerat ad sacerdotē statuebat ille p̄ciū z redimebat illum dñs sibi retinēs seruū:z p̄ciū tradēs siue sacerdoti siue sanctuario. ¶Considerabat autē sacerdos in taxādo p̄ciū tēpus vsqz ad quod manere deberet seruus i sutitute:z pro pauco tempore parū estimabat z pro multo tpe multuz.z istud patet ex filij.nā cū vouerez ager redimebat eū dñs agri iuxta ipositum sibi p̄ciū a sacerdotib⁹.sz dz q̄ circa ipositionē p̄cij cōsiderare dz sacerdos quantū valeret ager simplr vēdit⁹.s.a iubileo vsqz ad iubileū qō erat cōsiderata magnitudie semētis quā caperet:z postea cōsiderabat ānos qui manebāt vsqz ad iubileū:z fm illos taxabat p̄ciū parū aut multū vt pz.j.in lra.ita ergo eē deberet hic cū teneret seruus soluz vsqz ad determinatū fuire tp̄s. ¶Si āt erat fu⁹ de gētilitate ouersus ducebat a vouēte ad sacerdotē z

5.rō.

6.ratio.

An seruus vēderetur p toto quo vēdi potat z plus dāti cederet z q ñ z q̄re.

2.opio.

Quid cōsiderabat sacerdos in p̄cij taxatione.

B 4.rō.

estimabat eū:ꝛ vouēs oabat p̄ciuz si redimere vellet:sin autē alteri vēdebaſ:ꝛ tū nunc estimāe seruū illuz nō respiciebat q̄tuz vsq; ad iubileū vel vsq; ad tēpus aliqō valere posset:sed q̄tum simpliciter venditū valeret:qz seruus de gētilitate nō soluebaſ a seruitute in iubileo:sed trāsmittebaſ ad posteros.ē.25.c.ꝛ ita p̄ciū huius esset magnū. ¶Queret nunc qua estimatione vēdebaſ ꝛ redimebaſ seruus iude⁹.nam dictū fuit q; seru⁹ debe⁹ estimādus erat nō simplr sz solū ꝑ illo tpe quo mās⁹ erat in seruitute.ꝛ tū ista estimatio poterat esse duplex.s.illa quā oīs vederat ꝑ seruo isto qui emit eū.ꝛ tūc q; ꝯsideraret quantū residuū erat de tpe seruitij:ꝛ eēt talis ꝓportio ptis p̄cij ad totū p̄ciū q̄lis erat ptis tpis ad totū tpe.alia estimatio eē poterat quā nūc faceret sacerdos vel aliq⁹ ali⁹ si emeret illū seruū.s.q; ꝯsideraret q̄tū poterat valere iste bō vēdit⁹ ad septē ānos:ꝛ poſat eē ista estimatio p̄cij maioꝛ vel minoꝛ q̄ ꝑma:ꝛ iō dubiū ē ꝑ quā istaꝝ nūc sacerdos deret iudicaſ.s.an staret ꝑme quā fecerat oīs emēs seruū.vel posset ipse facere nūc aliā quā sequeret oīs. ¶Dicet aliq; q; poterat sacerdos facere aliā:qz forte oīs emerat seruū illū ꝑ paruo p̄cio ꝛ iuste poterat estimari ꝑ maioꝛi:ꝛ vt non defraudaret sacerdos vel scūarū sequebaſ vouēs estimationem iustā quā nūc sacerdos fecerat. ¶Scōo qz iste seru⁹ poſat nūc plus valere q̄ qñ fuit vēdit⁹:iō si vendaſ nūc ꝓ septem ānis vabiſ maius p̄ciū ꝑ eo q̄ a p̄ncipio:ꝛ tū qñ fit redēptio voti no uiter ptinere incipit vel obligat⁹ esse seru⁹ille deo vel sacerdoti bus.ergo attendi dz valoꝛ eius nūc:ꝛ nō ille q fuit qñ a p̄ncipio vēditus est. ¶Dōm q; istud nō est satis manifestū:qz vtraq; ps pōt bñe rōnes ꝑbabiles.sed magis vz dōm q; sacerdos debeat seq estimationē seruī quā oīs fecit emēdo seruū:ꝛ iuxta illā faciet ꝓportionē residui tēporis ꝛ p̄cij cōpetentis ꝑ illo. ¶Et rō ꝓma est qz oīs seruū debzeū vouens nō vouet illuz simplr:sed ius solū qō in illo bz:sed ipse bz ius tpis seruitij ꝑ illa ꝓportiōe p̄cij qō vedit ꝑ eo.ergo cū voueat ꝑ residuo tpe videſ q; nihil voueat nisi p̄ciū qō cōpetit ꝑ illo residuo tpe seruitij sibi debiti. ¶Scōo qz iste seru⁹ bz ius redimēdi se si vult de seruitute exire ante annū remissiōis vt pz.ē.25.c.ꝛ si seipsuz redimit debit p̄cij ptem sm ꝓportionē tpis ad illud p̄ciū qō vedit oīs ꝓ eo: ēt si plus valeret.ergo oīs redimēs illū cuz vouerit vz q; teneatur dare sm ꝓportionē p̄cij qō ipse vedit ꝑ seruo:ꝛ nō debebit fieri aliq̄ noua taxatio ꝑ sacerdotē. ¶Tertio qz alis seq̄ret inconueniēs.s.si cū vouit oīs seruū:faciat sacerdos aliam maioꝛē taxationē:ꝛ iuxta illā reddat partez ꝓportionalē ꝑ tpe residuo.si seruus vellet se tūc redimere daret oño ptez ꝓportionalē iuxta p̄ciuz qō acceperat a oño:ꝛ ita defraudaret oīs:qz daret plus sacerdoti q̄ acciperet a seruo:ꝛ sic voueret plusq̄ in seruo habebat qō nō erat cōueniens. ¶Quarto qz sacerdotez nūq; debebant taxare ad maximū qō reꝝ valere pōt:sed inter multū ꝛ paucū qō est iter bonuz ꝛ malū vt dicit in lr̄a:qz alis vouētes distraherent a vouēdo:ꝛ tū taxare vltra id qō vouēs ꝓ seruo dederat erat multū taxare quo grauaret vouēs.ergo sacerdos stabat illi taxatiōi quā seru⁹ empt⁹ fuerat a oño. ¶Ad ꝓmuz in cōtrariū dōm q; satis erat cōtingens q; oīs emisset minoꝛi p̄cio q̄ valeret:ꝛ tū non fraudabiſ sacerdos neq; scūarium si iuxta illā estimationē acciꝑet ꝓportiōabiliter ptē p̄cij:qz sacerdos nō debebat estimare ad maximū qō res valere poterat sed ad mediocritatē.ita vt vouētes non grauarenſ:sed estimatio p̄cedēs erat ꝑ quā non grauaretur vouēs:iō illa tenenda erat ꝛ nō erat alia faciēda de nouo. ¶Ad secundū dōm q; poterat seru⁹ magis valere q̄ nunc voueret q̄ cum venditus fuerat:ꝛ tū si hoc attēderet taxaret res ad maximū quo valere poterat:ꝛ sic grauarenſ vouētes:iō non erat huic taxatiōi accedēdū sz ꝑme quā fecerat oīs emēs seruū illuz.ꝛ de seruo aūt cōuerso de gētilitate nō erat istud dubiū.nā in illo nō poterat fieri nisi vn⁹ modus taxatiōis:qz ille nō vēdebaſ ad tēpus determinatū sed ad tps ꝑpetuū:iō vēdebaſ q̄tuz valere poterat.vñ sacerdos estimaret illū tāti p̄cij quāti rōnabile posset cōiter valere:ꝛ illud p̄ciū solueret redimēs. ¶Sz est nūc dubiū an redimēs debat gntā partē insup vel solā estimationē factā a sacerdote.ª¶Aliq; dicet q; solā estimationē:qz debaſ a redēptore ps quinta.insup qñ vouens habebat fauoꝛē in redimēdo sicut in agro ꝛ reb⁹ mobilib⁹ quas si redimeret haberet in ꝑpetuū:alij vero ementes solū habebāt vsq; ad iubileū.ideo redimēs debat gntā ptez ꝛ alij nō.ꝛ tū hic nō conſequebaſ redimēs aliquā vtilitatē spālem cū res ista que redimebaſ siue emeret siue redimeret transiret in eternū ad emētem vel redimentē.ergo non deberet dare gntam redimēs sicut neq; debat emens. ¶Dōm q; tam in redēptione serui debzei q̄ cōuersi de gētilitate si oīs vellet redimere daret p̄ciū taxatū a sacerdote ꝛ insuper gntā ptem. ¶Et ꝓz hoc ꝓmo qz vbicūq; cōcedit vouēti redimere rez quā vouebat ponitur ei q; soluat gntam siue in reb⁹ mobilib⁹:siue imobilibus vt pz in lr̄a.ꝛ tū hic cōpetebat redēptio.ergo debaſ insup quinta. ¶Scōo qz redimenti fiebat fauoꝛ q; liceret ei retinere rem obligatā sacerdotib⁹ vel sāctuario inuitis illis:ipsis autem emētibus nō erat aliqs fauoꝛ:qz non cōpetebat eis ius emendi nisi volēte eo cui⁹ erat:iō ponebatur loco hui⁹ fauoris aliquod onus redimēti.s.q; gntam solueret.ꝛ ob hoc generaliꝛ lr̄a addit gntam redimēti:ꝛ tū hic ꝛeditur iste fauoꝛ vouenti q; redimat rem suā.ergo ei ponetur hec grauitas.s.q; addat gntā. ¶Tertio ꝛ ꝑcipue qz ꝑuilegiū nō cōpetit ex natura:sed ex spāli cōcessione.vñ non creditur habere ꝑuilegiū aliqs nisi illud ostēdat.ꝛ tū ius redēptionis ꝑuilegiū est:qz de iure cōi tradēti rem suam vel vēdenti non cōpetit redēptio:ꝛ tū dicimus cōpetere hic redemptionē.ergo cōpetit ex hac sola lege que cōcessit hoc vouētib⁹:ꝛ tū ista simul cū iure redēptionis ponit vouēti q; gntam soluat.tenēt ergo dare estimationē serui ꝛ gntā redimēs seruū quē vouerat. ¶Ad rōnem in ꝛiū dōm q; illud ꝓsuppositū nō est votū:qz hoc esset si solū adderetur gnta in imobilib⁹ cum remittur:ꝛ tū etiā circa mobilia additur gnta vt pz in vouētib⁹ aialia que nō pñt imolari:qz si volebāt ea redimere debāt estimationē ꝛ gntā vt pz in lr̄a.ideo eadem rōne addetur hic gnta. ¶Cum aūt dz q; nihil plus cōsequebaſ hic redimēs q̄ simplr emētes ideo nō daret gntā.dōm q; est falsuz. ¶Primo qz pp redimētē ꝑuaſ iure suo sacerdoꝛ.s.vt nō possit retinē rē sibi obligatā sz cōpellet eā dare:ꝛ pp alios emētes nō cogit dare:sz vēdit qñ vult:iō est aliqua vtilitas redimētis. ¶Scōa est qz redimens bz minoꝛē taxationē q̄ alij emētes:iō addit gnta.patet qz sacerdos taxabat rez iter multū ꝛ modicū ad hoc q; posset redimens eā habere ꝛ nō ad maximū qō poterat valere.q̄tū ad vēdendū nō erat sic:qz non erat eadē taxatio:sz vēdebatur quāto posset in plus vēdi.nam si redimēs noluisset redimere ꝛ sacerdos vel scūarium vellet rē illam vēdere nō tenebatur ꝑ eadem estimatiōe dare que.ē.fuerat facta;sed vēdebat quāto plus poterat vt colligit.ī.in lr̄a.ꝛ probatū fuit supra.ꝛ ita cuz esset hic ꝛ generaliter quantū ad omnem redimentem fauoꝛ quidaz tenebantur semper redimentes dare insuper quintam.

¶Qz boies q vouebāt ꝛ redimebāt nō debāt ꝑ se totū valoꝛē suū:ꝓ aialib⁹ vo ꝛ aliis reb⁹ debatur tot⁹ valoꝛ. Qō.59.

Queretur quare boies qui vouebanꝭ ꝛ redimebantur nō debāt totū valoꝛez suum:ꝛ ꝓ animalib⁹ que vouebāt si redimerēt debatur totus valoꝛ:ꝛ ita etiā de aliis rebus. ¶Dōm q; fuit conueniēs in hominibus nō accipi totum valoꝛē ipsoꝝ in animalib⁹ autem sic.in quo consideranduz est q; cum aliquis se vouebat totū se tradebat deo:ꝛ res que vouetur etiā tota deo traditur:ideo quantum ad hoc si id qō vouetur redimenduz erat:debebat totus valoꝛ rei dari:ꝛ tū in boibus fuit aliqd spāle vt non cōueniret dari.datus fuit ergo in aliis rebus. ¶Primū fuit ꝓpter bonoꝛē.nam deus voluit bonozare boies liberos q se sponte vouēt ne videātur vendi sed liberi manere.si tū daretur ꝓ eis totus valoꝛ venderētur:ideo noluit statuere totum valoꝛē:sed aliqd modicū oblationis.circa res aūt possessas nullus bonoꝛ attendi debebat:qz ille non sunt digne aliquo bonoꝛe:ideo nō erat inconueniēs q; venderētur vel daretur ꝑ eis totus valoꝛ. ¶Secundū fuit vt alliceret deus ad se vouendum:ꝛ hoc erat nō grauando vouentes in solutione votoꝝ.si autez boies soluētes p̄ciū ꝓ se darēt totuz valoꝛē:nā cū valoꝛ hominis sit magnus:depauperarētur vouētes:ideo non debuit tot⁹ valoꝛ dari sed statui aliqd min⁹. secus autem est de rebus possessis:qz nō est regulariter tant⁹ valoꝛ eaꝝ:iō ēt si totus valoꝛ daretur nō erat cōueniens. ¶Tertium erat qz homo liber qui se vouebat etiā si applicaretur deo ad ministrationē aliquam nō esset illa penitus seruilis:ideo nō debebat dari ꝓ illo hoīe quātum si simpliciter vēderetur.secus autez erat de rebus possessis ab homine qualescūq; essent: quia ille dande erant ꝓ toto quod erant aut prodesse poterant:ideo si redimerentur totus valoꝛ ꝓ eis dandus erat.ꝛ hoc apparet qz res ille si non redimerenſ tranſibāt ad sacerdotes vel sanctuariū ꝛ vouens perdebat illas.vt ergo retineret illas quas totaliter ꝓditurus erat totum valoꝛem dare deberet.ꝛ hoc non solum fiebat in aialibus sed etiam in domib⁹ ꝛ agris:ꝛ ꝙbuscunq; mobilibus ꝛ imobilibus vt patet in lr̄a.ꝛ idem in ser

tiis siue

Qō.57 A Qua estimatiōe vēdebaſ ꝛ redimebatur seru⁹ iude⁹.

Rōnes i oppositum.

2.rō.

Rñ.ad q̄st.

1.rō.

2.rō.

3.rō.

5.rō.

B Ad.1.rōnē in oppositū.

Ad.2.rōnē

Qō.58 A Nūqd rēdimēs debat gntā ptem insup vel solam estimationē factā a sacerdote. ª Rō in oppositum. Rñ.ad q̄st.

1.rō.

2.rō.

Ad rōnē i oppositū

B

1.rō.

2.rō.

Rñ.ad q̄st.

Primū.

Scōm.

Tertiuz.

Qō. 60. A Qz p redēptione voti hominū posuit deus alijs taxatiōes: z pro alijs reb⁹ nō. ◦Nonnulloꝝ rñsio ad q̄stū. □Aliozuz rñ. ad q̄st. Doct. rñ. ad q̄st. B

uis siue iudeis siue conuersis ad iudaismū: qz non vouebant vt homines: sed vt res possesse ab hoibus: z ideo redimebant vt res z non vt hoies dato totali pcio. ¶Sed queret quare pro redēptione voti bojum posuit deus aliquas taxatiōes: z pro alijs rebus nō posuit aliquaj. ◦¶Dōm q vt quidam putāt fuit quia in boibus est multa varietas: ideo posuit multas taxationes. in alijs autem rebus nō est tanta varietas: ideo nō fecit sic. ¶Sed dōm q non stat: quia tunc ppter plures vtias in boib⁹ essent plures taxationes z in alijs rebus pauciores: z tñ nullam posuit in alijs ideo nō est hec cā. □¶Alij dicūt q boc fuit quia in boibus est valoz magis notus z vt cōmuniter magis similātur in valore: in alijs autē rebus neq est valoz ita notus: nec tāta similitudo: ideo nō fuit ibi facta taxatio. ¶Sed dōm q nec istud stat: qz maioz similitudo est inter duos arietes z duas oues inter se in valore q̄ inter boies: quia cōtingit vnum hominē valere pro mille sicut dixit ioab q dauid p decem milibus cōputa batur lib. 2. Re. c. 18. z vnus valet tres aut quattuor aut plures: z tñ inter oues z boues z asinos z huiusmodi nō est boc multa proximitas in pcio: ideo non est ista causa. ¶Sed dicendus q causa fuit quia voluit deus q pro homine non daret totum pcium: z pro alijs rebus totū daretur. si enim deus voluisset q daretur totum pcium pro boie non oportuisset poni aliquaz taxationem: sed q sacerdos taxaret q̄tum valeret tantū ille daret: z boc conuenientius erat q̄ poni taxationes aliquas fm etates: qz aliqui duo homines sunt eiusdē etatis z vnus valet in quadruplum q̄ alius. in particulari autem fit bene iudiciū de re: qz contingit rem variari infinitis modis qui nō subijciunt cōsiderationi vniuersali: sed sensui z iudicio in particulari. z ob boc quia voluit oēs res pro toto valore redimi non posuit in illis aliquaz taxationē: sed q sacerdos taxaret q̄tum res valeret. ¶Sz obijcietur q etiam circa hominē istud fiebat: qz circa pauperes estimabat sacerdos vt patet in lra. Dicendū q nō est simile. Primo qz circa pauperes estimabat sacerdos quantum poterāt soluere cōmode z non quantū valebant. circa res autem alias taxabat quātum valebant. Scōo quia taxatio sacerdotū semper erat in diminutionē. nam deus statuerat minorē taxationem q̄ homo valeat: z quando homo tam pauper erat vt neq illam cōmode posset soluere diminuebat sacerdos illam quātuz videbat posse soluere. z ita erat semper multo minus q̄ valoz rei.

Obiectō Rñsio

¶Qz nō fiebat sic penes pmogenita que redimebant q̄ solueret insup quinta sicut in alijs que vouebant. Qō. 61.

A Rñ. ad q̄stū. 1. rō.

Queret aliquis quare nō fiebat sic circa pmogenita que redimebant q̄ solueretur insuper quinta sicut in alijs que vouebant. nam soluz dicit q daretur quinq; sicli z non addit aliquid supra Numeri. 18. c. ¶Dicendum primo q boc fuit quia vbicūq; certum pcium statuit non detur quinta sicut in redēptione voti habitam vbi ponunt precia pro singulis etatibus z non datur aliquid vltra. sed ita est in pmogenitis q statuti sunt quinq; sicli pro singulis. ergo nihil addendū erat Nume. 18. c.

2. rō.

¶Scōo quia que vouebant erant triplicia: q̄dam que redimi neēe erat alia q̄ nō poterāt redimi: tertia q̄ nō poterāt redimi vel manere penes illū cui ex voto cedebāt. i pmis nō addebat q̄nta z boc erat pp duo. pmo qz in illis statuebat pciuz certū vt est in voto bois. Scōo qz q̄nta supadditur quādo conceditur redēptio in fauorez redimēti: sed in bis non est in fauorē cum cogatur se redimere: ideo quinta non addit. z boc patet in voto pauperū vbi non dabatur taxatio data a lege sed arbitrabatur sacerdos z supra id qō arbitrabatur non dabat quinta. z ista est causa pcipua. ¶Alia autem erant que nō redimebātur: z ista quia non manebāt apud vouentem sed transibāt ad deuz non poterat dari quinta cum nullum pcium pro eis daretur. Alia erant que poterant redimi vel manere penes sacerdotes vel sanctuarium: z quia concedi ius redimēdi erat in fauorem redimentiū iponebatur onus quinte partis: sed circa pmogenita que redimebātur erat primus modus. s. quia cogebātur redimere ea illi quozum erant. ideo cum redimēdi ius non cederetur in fauozem eozum non cogebātur addere quintā: sed soluebant id qō a lege positū erat. ¶Tertio pōt dici q aliqñ in redēptiōe pmogenitoꝝ erat additio q̄nte partis. Pro quo sciēdū q pmogenita aut erāt būana aut animaliū. si būana dabant pro eis quinq; sicli: z ita redimebant Nu. 18. c. z nō addebatur aliqd neq minuebat ēt pp paupertatē vt oñsum est supra. z iō ibi nō erat locꝰ q̄nte. Si pmogenita alialiū: aut erāt imunda ad imolandū fm spēm: vt asinus: ceruus: equus. aut mūda vt bos ouis capra. si pmo modo redimebant datis q̄nq; siclis vt solet dici. s. illa que in nostra potestate erāt. de quo dicet magis Nu. 18. c. si scōo mō aut erāt p accidēs imunda: aut totaliter mūda. si mūda non redimebātur sz tradebant z imolabant deo z cremabant adipes. carnes autē cedebāt sacerdotib⁹. e. c. si aūt eēnt imunda per accidēs sacerdos tarabat illa: z si offerens volebat illa redimere addebat q̄ntam partē insup. sin aūt vēdebant alteri q̄tūcunq; possent vēdi vt pz infra in lra. z sic aliqñ in redēptione pmogenitoꝝ adddebat q̄nta. ¶Occasione pcedētium queret si pmogenita que addēda sunt fm spēm imolabilia sunt: z tñ facta sunt imunda p accidēs an oporteat semp redimi. ¶Dōm q aliq voluerunt itelligere lram inferiozem. s. q si imundū est aial redimet qui obtulit de aialibus per votū datis. sz boc non est verū qz supuacuū eēt cū bic iaz sit de boc dictum z nō replicaret ibi. maxime qz añ lram ipsam agit de pmogenitis q nō pñt sactificari neq voueri: z statim addit q si imundum est aial. ergo de pmogenitis agit z nō de aialibus que vouent. ¶Sed tūc manet dubiū cū dicit de imundo aiali de quo intelligit: z aliqui putant q intelligat de imundis fm spēm vt est asinus z equus z filia. sed tñ dōz q boc nō est rōnabiliter dictū nā oia aialia que sunt q̄drupedia z in ptāte nra siue sint ad cibū vt pecora siue nō vt equⁿ: mulus: asinⁿ: chamelus: z vtome dariⁿ sūt obligata redēptiōi pmogenitoꝝ vel oblatiōi. sz offerri ad imolandū non pñt nisi bos: ouis: capra q̄ sunt imaculata: ergo oia alia siue imunda fm spēm siue per spēm mūda z imūda p accidēs debebāt redimi. Sz de redēptione est difficultas.

Qō. 62. A Nūqd si pmogenita facta sunt imūda p accidēs sp redimi oporteat. Rñ. ad q̄st. Dubium.

¶Aliqui volūt q oia imūda p̄dicta redimant data estimatiōe z q̄nta pte vt bic dōz. z istud videbat multū rōnabile cū nō possent imolari. sz obstat qō bz Nu. c. 18. s. q p redēptione pmogenitoꝝ imundoꝝ venit quinq; sicli. ¶Dōm ergo videret ad cōcordia scripturarū q aut est imundū aial p spēm aut p accidēs. si per spēm vt equus mulus z bmōi que pñt filios ventur q̄nq; sicli pro quolibet pmogenito. z de boc itelligat lra Nu. 18. c. si autē sunt p accidēs imunda. i. maculata estimētur a sacerdote z redimant data estimatiōe z q̄nta pte insup. z de boc intelligat bic lra. ¶Sz nūc est dubiū an p̄dicta pmogenita necesse debeant redimi vel possint manere deo applicita. ¶Aliq dicet q est necesse redimi: qz als manerēt deo applicita. sed nō pñt deo applicari: qz imunda sunt. q̄ opz redimi. ¶Dōm q nō est necesse redimi. pmo qz si necesse esset redimi nō possent alteri vēdi. z tñ dicit in lra q si non redemerit q obtulit vēdetur alteri. ergo nō est necesse redimi. ¶Scōo qz si vouēs cogeret redimere non ponēret ei q̄nta pe insup soluēda cū redēptio nō eēt in fauorē eius: sed cogeret ad illam: z tñ iponitur q̄nta. q̄ non cogitur offerēs redimere. ¶Tertio qz necesse eēt neēia si nō posset manere res apud deū. sed aial pmogenitū imundū poterat manere apud deū. q̄ nō cogebat offerēs redimere. ¶Ad rōnē in ꝺrium dōm q manere pmogenita imunda apud deū stat ou plr. Uno mō q ei applicent imolādo sicut ea que mūda erāt. z istud nō est ver. Alio mō q tradant ab offerēte z maneant penes sacerdotē q̄nibus loco dei ista p̄ueniunt. z boc modo manere poterāt cū nō imolarētur z sic nō erat incōueniēs. ¶Alio mō pōt dici q argumētū nō valet. nā sz nō possent manere aialia apud deuz neq apud sacerdotes nō oportebat ob boc q redimerētur: quia satis erat q vēderētur alijs: z boc fieri poterat in pñti. ergo nō erat necesse redimi.

Nōnulloꝝ rñsio. Doct. rñ. Nūqd p̄dicta pmogenita neēe ō beāt redimi vel possint manē deo applicita. Rō i oiuersum. Rñ. ad q̄st. 1. rō. 2. rō. 3. rō. Ad rōnē in oiuersum.

¶An bec pmogenita nēcio vēderēt si nō redimerent. Qō. 63.

A Rōnes i oiuersum. 1. rō. 2. rō.

Adhuc queret circa talia pmogenita imunda per accidēs q̄ nō poterāt imolari an necessario vēderent si nō redimerēt vel possent manere penes sacerdotes. ¶Alig dicūt q necesse erat vēdi alteri si offerēs non redimebat. Primo qz dōz. j. in lra de primogenitis imūdis. qz si noluerit redimere alteri vendet. q̄ oportebat alterū boz fieri. s. q redimeret vel vēderet. ¶Scōo qz simile fiebat circa alia. i. domos z agros. nā cū vouerēt dabat ius redimēdi vouēti: z si ille nō volebat redimere oportebat alteri vendi vt pz. j. in lra. ¶Dōm q si offerēs predicta pmogenita nō redimeret illa nō oportebat alteri vēdi: sz licebat sacerdotibus illa sibi retinere. z pz qz redēptio erat introducta bic in fauorē offerētiū ipsa pmogenita vt possent illa retinere dato aliquo: sz q̄tum ad alios nō offerētes nō erat fauoz aligs: iō non cogebat sacerdos vēdere alijs qñ nō redimebant. ¶Itē qz non cogeret aligs redimere quod vouebat siue offerebat. nisi quia illud non poterat manere penes alium nisi penes ipsum: z tamen primogenita imunda poterāt manere penes sacerdotem: ideo non cogebatur vendere. ¶Circa quod sciendū q primogenitozum quedam sunt que oportet penes deuz manere aut applicari ei. z ista nullo modo possunt redimi neq vendi: sed oportet illa deo imolari vt

Rñ. ad q̄st. 1. rō. 2. rō.

Bona distinctio ō pmogenitis an applicētur deo vel redimant aut vēdant.

sunt pmogenita ouis z bouis z capre munda Nume.18.c.Alia sunt que nō possunt manere penes deum neqz penes aliquē aliū nisi circa offerētē:z ista opz redimi ab ipso offerēte vel vouēte:z non conceditur alteri qz illa emat.sic est de primogenitis hominum:quia primogeniti sunt liberi z non possunt vendi.etiā non possunt manere penes deum aut sacerdotes in seruitio:iō oportebat qz redimerentur ab illis quorum erant dando quinqz siclos:vt sic restituerentur liberati:iam nulli existentes obligati:z idem erat de hominibus liberis qui se vouebant.nam non manebant penes deum:neqz vendebantur sed seipsos redimebant dato precio taxato in littera.animalia autem imunda pmogenita non applicabātur deo:quia erant imunda neqz oportebat redimi quia non erant homo liber:ideo erat medium in illis.s.qz poterant redimi:vel poterant manere penes sacerdotem:quia quicunqz locus illorum esset poterat esse apud sacerdotem.siue enim ad cibum essent poterat ea sacerdos in cibum sumere: siue ad laborem poterat sacerdos in eis laborare:ideo non cogerek vendere sed possent manere penes ipsum sicut penes quēcunqz alium laicum cui venderentur. ¶ Ad primum in contrariū dicendum qz non dicitur in littera.si noluerit redimere alteri venundabitur.quasi velit deus necessitatem vendendi significari:sed solum potestatem vendēdi ostendere:quia aliquis crederet qz deus dixisset qz redimeretur.qz si non redimeret ille qui obtulerat non posset sacerdos vendere: sed oporteret retinere illud.hoc autem esset inconueniens:ideo ostendit qz poterat alteri vendere.non tamen qz cogerek:quia quod in fauorem alicuius introductum est:non debet ad illius incōmodum retorqueri.sed ad sacerdotis vtilitatem introductz est qz posset vendere vt non cogerek tenere omnia talia animalia:quia forte non essent sibi vtilia:z precium eorum esset vtile ad prouidendum sibi circa inopiam:z tamē accideret qz aliquādo esset sacerdoti vtilius retinere animal qz vendere illud:ideo si cogeretur vendere esset sam in damnum suum.ergo poterat sacerdos vendere:sed non cogebatur. ¶ Item si sacerdos teneretur vendere predicta animalia.aut ideo hoc esset quia non liceret ei predicta pertinere animalia:aut quia in fauorem alicuius vēdere teneretur:aut quia esset ei damnosum ea retinere.sed nullum istorum erat:iō poterat illa retinere.Non erat primū:quia pdicta animalia licebat sacerdoti retinere cum illa cuilibet laico liceret habere:liceret etiam sacerdoti:quia illa non erāt aliquid sacrum qō soli deo deberetur.Etiam non erat secundū.nam fauor attendebatur ad ipsum offerentem vel viuentem:ideo quantum ad illum dabat ius redimēdi inuito sacerdote:vt sic magis allicerent homines ad offerendum z vouendū.sed quantum ad alios nullus fauor erat:ideo respectu illorum non cogerek sacerdos vendere predicta animalia.Etiā non erat tertiū:quia lz esset vtile sacerdoti retinere illa non cogetur:quia per hoc qz cogerek iam grauaretur. etiam non est verum:quia semper erat vtile sacerdoti vendere: imo aliquando esset vtile retinere:ideo tunc non cogerek vendere:z quia lex non poterat prouidere neqz distinguere quādo esset ei vtile retinere:z quando vendere debuit sacerdoti cōcedere vt libere venderet vel retineret. ¶ Ad secundū dicendum qz non est simile:quia in rebus imobilibus.i.agris z domibus nō licebat sacerdotibus aliquid retinere:quia de⁹ dixerat sacerdotibus z leuitis qz nihil possiderent inter israelitas:neqz habe rent aliquid in terra eorum Deutero.18.z Nume.18.c.agri tamen z domus erant possessiones in terra:ideo non debebāt retinere:sed oportebat qz redimerētur hec vel venderentur vt dicitur infra in littera.Secus de animalibus quia licebat sacerdotibus z leuitis habere pecora z iumenta:imo pro pecoribus z iumentis suis dabantur eis suburbana ciuitatum Josue.21.ca.iō non erat hic sicut in bonis imobilibus:ideoqz poterant retinere sibi hec quādo non redimerentur.Circa agros autem z domos concedebatur redemptio z venditio.redemptio quidem in fauorem vouentiuz:quia semper hoc dabatur vouentibus nisi circa animalia que imolari poterant.venditio autem imponebat nō in fauorem aliquorū:sed qz sacerdotibus non licebat retinere.z sic per venditionem reuerterent hec ad laicos quibus licebat illa retinere.

Obiectio.

¶ Sed adhuc quidam dicunt speciale fuisse circa animalia que pmogenita erant qualiacūqz essent:quia deus volebat qz nunqz manerēt penes sacerdotem:sed aut redimerentur ab offerente aut venderētur alteri.z hoc apparet ex differentia que fit hic in littera inter aialia que vouentur z pmogenita que offerūtur.nā si sint imolabilia vtrobiqz applicātur deo z nō redimuntur.si autem animalia que vouētur non possint imolari: dicitur qz poterunt redimi addita quinta parte estimationis:z nihil vltra dicitur.in quo innitur qz in fauorem vouentis concedebatur redemptio:z tamen non cogebat sacerdos alteri vēdere si ille non redemisset.sed circa pmogenita dicitur infra in littera qz si imundum est animal redimet qui obtulit iuxta estimationem suam:z addet qntam partem precij.si redimere noluerit vēdet alteri:z ita hic addidit.ergo videtur qz hic spāliter voluit qz non maneret animal penes sacerdotē sed cogerek vendere. ¶ Dicendum qz potest qui voluerit hoc tenere: sed paucam rationem aut nullam habet.z si ista littera intelligerek viderek lex continens solum mandata siue causa.nam sicut supra ostensum est nulla est causa quare sacerdos cogatur talia aialia vendere. ¶ Melius ergo dici potest sicut supra diximus qz non tenebatur sacerdos vendere sed erat liberum sibi retinere aut vēdere.Cum autem dicitur qz sit differentia in littera.dici potest vno modo qz non est differētia aliqua:sed illud declarat vtrūqz s.que vouētur z pmogenita.s.qz animalia non imolabilia liceat vendi:z per lrām illam significek facultas vendēdi z nō necessitas:z etiam aialia imunda que vouētur liceat redimi:z si non redimuntur liceat vendi:sed quia supra tacitū fuerat exp̄ssum fuit infra cum agit de pmogenitis z extēditur ad vtraqz.s.qz vendi possint. ¶ Secundo facta fuit ista expressio ad tollendū dubium.nam cum dictū fuisset de animalib⁹ que vouētur qz poterant redimi non fuerat exp̄ssum qz possent vendi:putaret aliqs qz generale foret qz non vēderentur:ideo expressit qz possent alteri vendi:z nō cogerek illa retinere sacerdos.Tertio fuit z p̄cipaliter vt tolleret alterum dubium:qz etiam si nō exprimerek qz posset sacerdos alteri vēdere per se:videbatur subintelligi cū possent ista redimi z transire ad vsum laicorū inuito sacerdote: a fortiori possent trāsire i ꝓsono volente:z sic vēderentur.Sz quia dictum erat qz redimēs daret estimationem z insup quintā partē dubitaret aliquis an si vēderētur pdicta animalia emens deberet dare estimationē z quintam:tollit vnum dubiū dicens qz non dabit qntā sed quātuncūqz fuerit estimatū.s.estimationez: quia nunc non fiebat in fauorē ipsius emētis sicut cum fiebat redēptio:sed potius in fauorē sacerdotis qui pro sua vtilitate vēdebat.ideo non dabat quintam insuper emens sicut redimens. ¶ Aliud quoqz dubiū tollit:qz sacerdos fecerat estimationem mediocrem ad hoc qz redimēs redimeret sz ille noluit:ideo erat dubium an emēs daret eandem estimationē vel maiorē aut minorem:qz sacerdos forte nollet dare pro illa:quia parua fuerat: z emēs vellet gaudere iure illius estimationis nolēs plus soluere.z dicit deus qz nō stabitur illi estimatiōi:sed quātūcunqz fuerit estimatum.i.quantūcunqz conuētum fuerit inter eos siue modicum siue multū:quia vt cōmuniter estimatio quam faciebat sacerdos ad redemptionez erat parua:quia debebat addi quinta pars insup.cum autez non redimebat sed emendū erat animal non soluebat quintā:ideo debebat rōnabiliter cōstitui maiorem rationē:z ita faciebat sacerdos maiorem taxationē sicut conuenlebat inter eum z emētem.maxime quia aliquando sacerdos non vēdebat statim vt offerebat animal quādo cōstituebat taxationem offerēti ad redimēdum:sed post tempus aliquātulum.z tūc res illa forte multo plus valebat:ideo non stabat prime taxationi sed fiebat maior.aliqñ autem res deteriorabat z erat minoris valoris:vel nō erāt emptores pro illa:z fiebat minor estimatio: z sic nō erat respiciēdum ad taxationez quā prius fecerat sacerdos:sed quantūcunqz estimatum esset.i conuentuz inter partes tātū daretur.Ad tollenda ergo ista dubia fuit illud infra additū z non ad oñendum qz sacerdos cogerek vēdere animalia primogenita quādo non redimerenk.(Addet qntam partem estimate pecunie).i.si vouens voluerit redimere non dabit solum p̄cium constitutū:sed etiam qntam partem p̄cij insuper. ¶ Lausa est quia magis granabantur sacerdotes quando redimebat vouens q̄ si quisq̄ alius emeret.Nā si vouēs redimeret:nūq̄ rediturus erat ager ad sacerdotes.si tamen alij emerent rediebant ad sacerdotes in iubileo.Justum ergo erat vt iste plus daret.sed hoc verum est in prima venditione:sed non in secunda z in sequentibus.s.si immediate vt aliquis vouisset redimeret rē suam de manu sacerdotum debet addere qntam partem sup totum p̄cium estimatū:qz tollebat simpliciter totuz ius sacerdotibus.Si tñ non redimeret immediate z alius emeret:postea in iubileo iterū emere poterat:qz cōpellebantur vendere leuite.tñ tunc nō dabat qntam partem sup estimatū precium sicut a p̄ncipio.z cā est quia per istam emptionē nō tollebat aliqō ius sacerdotibus:qz iste q emebat non poterat tenere nisi vsqz ad iubileū:z ēt si millesies emeret solum tenebat qualibet vice vsqz ad iubileū sicut qlibet extraneus.sed si alij extranei emerēt nō solverent

D Rāsio.

Solutio auctoris melior.

E

† Qz qñ aliqs vouebat domum vel agrū z redimebat addebat 5.ptē ad estimationē q̄ darent alij emētes.

